LOCI COMMUNES
JURIS PRACTICI
DE
RATIONIBUS
REDDENDIS,
EARUMQUE REVISIONE,

ID EST,

A QUIBUS, CUI, UBI, QUANDO ET
QUOMODO RATIO SIT REDDENDA? REDDITA ITERUM ET EXAMINATA, AN ET
QUANDO REPETI SIVE REVIDERI POSSIT?

ANTEHAC COLLECTI
A

JOANNE HEESER, QUONDAM CONSILIARIO
ET CANCELLARIÆ DIRECTORE NASSOVICO
CATHOLICO.

NUNC AUTEM

CUM INDICE LOCORUM, RERUM ET VERBORUM LOCUPLETISSIMO, NOVAQUE PRÆFATIONE AUGMENTATI, ET A MULTIS PRIORUM EDITIONUM MENDIS EMENDATI.

PER

WILHELMUM HEESER, D. AUTHORIS FILIUM,
J. U. LICENTIATUM, ET IN ALMA IMPERIALI CAMERA
ADVOCATUM ET PROCURATOREM.

WEZLARIÆ,
Typis & Impensis NICOLAI LUDOVICI WINCKLERI.
ANNO M DCC XXVIII.

PROLOQUIUM
AD
LECTOREM BENEVOLUM.

DEsine mirari Lector, quod, omisso & definitionis, & usitatæ divisionis exordio, illotis, ut ita dicam, manibus rem, & materiam ipsam aggrediar: Illud est Tractatus, Theoricæ penetralia examinantis, non Locorum Communium. Hos ex diffusa Practicorum penu sparsim erui, istius scriptionem mihi non usurpo, mearum virium mihi optimè conscius. Styli quoque diversa & distincta strues, aut Orationis, ubique malè ac inconcinnè hærentis, series te non offendat: Authorum pro confirmandis assertionibus in scenam productorum verba, quæ plerisque in locis libenter & studiò

cum Höpingio in Tractatu de Jure Insignium in syllabo Authorum retinui, aliud nihil volebant. Fuge insuper credere, artis hic aliquid, aut Eruditionis Heeserianæ monumentum spectari, quippe, intima Juris secreta, avido & indefesso Studio duntaxat, indefessisque lucubrationibus scrutanda, me necdum penetrâsse, palàm profiteor, imò etiam hoc addo, omnia, ut cum magno Reinkingio loquar, quæ in hoc Opusculum coacta sunt, aliorum, & non mea esse: Lapides enim, ligna, & cum calce cæmentum, cæteraque ad structuram spectantia illi suggesserunt, sola Operis compositio mea, mearumque est vigiliarum: Nimirum eos, qui spicas excutiunt, imitat, non novam effeci speciem, sed eam, quæ est, detexi, uti loquitur Cajus in *L. 7. ʃ. 7. ff. de acquirend. rer. domin.* Quo nomine Papyrius, non quod de suo quicquam adjecisset, sed quod Leges confusè, & sine ordine latas composuisset, adeò recommenda-

mendatur, ut exinde Jus Civile, ab ipſo in ordinem redactum, Papyrianum appellatum ſit, teſte Pomponio *in L. 2. ſ. 2. in fin. ff. de Orig. Jur.*

In eâdem ante me examinandarum Rationum Palæſtra ſe exercuit ex ſubtiliſſimis Hiſpanis Munnoz de Eſcobar, cujus ego operâ in compilandis hisce locis multùm adjutus ſum. Planiori autem, ni fallòr, & pleniori calamo ex receptiſſimis & recentiſſimis Pragmaticorum Scriptis infinita, & illa quidem quotidiana adjeci, tum etiam omiſſo omni diſputationis involucro, ſtrictim iſta, & paucis, quod Locorum Communium eſt proprium, delineavi, quæ ille, longo in quæſtiones inſtituto examine, multis paginis eruditè complexus eſt.

Fœcundiori aliquando, dante DEO, & uberiori alluvione ſuccreturam, ſpondeo, in exiguas paginas congeſtam heic Ratiociniorum materiam, ſed ita, ut absque pretii, in coemptionem horum locorum

impensi, dispendio sive jacturâ subsecutura seorsim haberi possint, nisi insatiabilis Typographorum, alienos labores ex turpis lucri aviditate recudentium, detestanda avarities à proposito vel invitum retraxerit.

Sphalmata, quæ variis in locis varia & penè multa præter meam spem, & opinionem irrepserunt, pro humanitate tuâ, ut spero, excusabis, ipseque emendabis, amice Lector: à Typographeo absens, & longè dissitus, errores ex voto corrigendi facultatem non habui. Vale, & fave

Authori tibi deditissimo.

PRÆFATIUNCULA
Ad
Benevolum Dominum Lectorem.

SCias, velim, benevole Domine Lector, quod ad annectendum huic à Domino Authore JOANNE HEESER piæ memoriæ, quondam Parente meo in omne ævum uſque plurimùm venerando, cum ſummo ſtudio & labore confecto, & jamtum in Anno 1665. typis demandato, ex poſt verò ob ſuam neceſſitatem & utilitatem aliquoties iterum recuſo Operi, à nullo adhuc improbato, locupletiſſimum Indicem uſque huc necdum viſum, ac proinde à multis, & quidem à primis nativitatis ſuæ cunabulis jamtum à Supremo Brabantiæ Conſilio,

prout

prout ex literis huic Præfatiunculæ postpositis videre est, anxiè desideratum, ansam mihi præbuerit, calcarque adjecerit non vana aliqua gloria, non etiam inordinatus habendi alicujus lucri appetitus, multòminus autem damnata stultæ jactantiæ aut ostentationis superbia, sed tam hujus materiæ excellentia, quàm quotidianus ejusdem in Praxi, & quidem summè necessarius usus. Quis enim tam beatæ & felicis est memoriæ, utpote quæ juxta sapientem Senecam per se ex omnibus animi partibus pro maximè delicatâ & fragili habetur, qui sine adhibito tali vehiculo infinitos quasi casus circa hanc materiam in hoc Tractatu concurrentes absque totius hujus Operis reiteratâ lectione & pervolutione statim cognoscere, illorumque recondita inibi conclavia sibi levi brachio propria facere possit? Me saltem quod attinet, licet mihi hic Liber jam à longo tempore admodùm fuerit familiaris, mul-

tasque

tasque ex illo lites tam patrocinando & consulendo, quàm etiam aliquas decidendo, tractandas susceperim, libentissimè fateor, ob hujus defectum summam semper in illarum elaboratione sensisse difficultatem, multasque desuper habuisse molestias. Unde, si forsan per exiguum hunc meum laborem non satisfecerim expertissimo in hac agendi Sphærâ Juris Consultorum Ordini, saltem Practicis adhuc Neotericis per hanc talem qualem industriam profecisse crediderim: si autem & hoc bonæ spei & confidentiæ desiderio me penitus frustratum esse cognoverim, tandem benevolum Lectorem cum Kellero *in Proœmio sui Tractatus de Offic. Jurid. Polit.* ad hoc oro atque exoro, ut, si aliquis sit, cui exigua hæc mea cura non arriserit, illam pro suâ æquanimitate & benevolentiâ corrigat atque emendet; quod factum non solùm per me non inculpabo, sed meritorium potius esse censebo: imò lætus & lubens

 laudes

laudes agam, gratiasque desuper habebo quàm maximas: Homo enim sum, & humani erroris à me nihil alienum esse puto. Vale itaque benevole Lector, & mihi fave, hocque Opere pro tuo desiderio, & ad beneplacitum utere.

Scriptum in Musæo Wezflariensi, die 5. Februarii Anno 1728.

WILHELMUS HEESER,
Domini Authoris piæ memoriæ Filius, Juris Utriusque Licentiatus, & Almæ Imperialis Cameræ Advocatus ac Procurator.

Præno-

Prænobilis & Clarissime Domine.

EX literis Amicorum intellexi Tuum Sigenam reditum, congratulor Principi nostro, Sigenæ Patriæ, postremò Tibi, qui illa Tibi anteponis semper. Novi Te, amo Te, & ne causam ignores, unde hic amor & familliaritas proveniat, præter animum Tuum aliàs mihi benevolum, Tua me rapuerunt Scripta ad Te observandum & celebrandum, cum quibus quotidie versor, ut ex illo Parnasso aliquid bibam, sugem, hauriam: Tuum enim Tractatum de Rationibus reddendis, legi, relegi, & à me commendatus, Bruxellasque transmissus in Supremo Brabantiæ Consilio fuit lectus, laudatus, & approbatus. Unicum quod Tui amantes summè desiderant, fac, ut Locorum Ratiocinii Tuorum unus sit Index, Opusque promissum in fine Proloquii Tui quanto citiùs habeatur. Id anhelamus, exspectamus, eâque conditione vale.

Prænobilis & Clarissimæ Dominationis Tuæ

Amantissimo & observantissimo Servitore

Limburgi, 26. Novembr. 1669.

J. Coüetz.

INDEX

INDEX LOCORUM
IN HOC TRACTATU CONTENTORUM.

)o(

LOCUS

LOCUS PRIMUS.

De Personis reddendarum Rationum oneri subjacentibus.

SUMMARIA.

1. *Tutores de gestis & omissis rationem reddere tenentur.*
2. *Etiam Protutor.*
3. *Etiamsi quędam tantum negotia gessit.*
4. *De hac materia casus proponitur & deciditur.*
5. *Legitimus Tutor in totum se facit obnoxium redditioni rationis, aliqua tantum Pupilli negotia gerendo.*
6. *Sententia l. 1. §. ult. ff. de eo qui pro Tutor. proponitur* &
7. *Limitatur.*
8. *Publicarum rerum Administratores rationem reddere coguntur.*
9. *Uti & Consules ac Rectores Universitatis, Civitatum, Pagorum & Villarum.*
10. *Et Capitulum sede vacante administrans.*

11. & 15. *Nec non Orphanotrophi & Hospitalarii.*

12. *Hospitalia Privilegiis Ecclesiæ gaudent.*
13. *A rebus Ecclesiæ ad Hospitalia non malè infertur.*
14. *Curatores Ecclesiæ*, die Kirchen-Vorstehere/ *quotannis rationes reddunt.*
16. *Negotiorum quoque Gestores.*
17. *Etiamsi ex aliqua tantùm parte alienum negotium quis gessit.*
18. *Licet etiam de facto, & non observato Juris ordine, administrationem assumsisset.*
19. *Rationem reddere debent, quibus cura & custodia Bonorum absentis committitur.*
20. *Bona à peregrinante domi relicta Fratribus & Consanguineis sub Cautione de restituendo conceduntur.*
21. *Etiamsi infirmi Judicii sit is, cui administratio committitur, modò sit proximior Agnatus ab intestato successurus.*
22. *Tunc per easdem Personas administrare potest, per quas propria ipsius Bona reguntur.*
23. *Bona absentis non nisi sub Cautione præstita Hæredi proximiori concedenda sunt.*
24. *Omissâ Cautione Judex in subsidium tenetur, si Curator datus non sit solvendo.*

25. *Admittitur quandoque Cautio Juratoria in Personis fide dignis.*
26. *Reverso, cujus Bona per alium fuêre administrata, restituendi sunt præter Bona ipsa, etiam Fructus.*
27. *Rationem reddere tenentur Factores de aliorum Administratorum mandato gerentes.*
28. *Etiam Factor communis.*
29. *Pecunia à Debitore communi exacta cum reliquis Sociis est communicanda.*
30. *Frater Bona communia administrans Fratri aut Sorori ad rationes obligatur.*
31. *Idem dicendum de Filio Bona viventis Patris administrante.*
32. *Etiam si Pater rationis redditionem in vita non postulaverit.*
33. *Cohæres Cohæredi rationes reddit de fructibus perceptis & percipiendis.*
34. *Rem quoque sibi cum alio communem administrans, tenetur conficere Inventarium, & rationem reddere.*
35. *Etiam Socius, gerens rem ad societatem spectantem.*
36. *Etiam si per Factorem administret.*
37.& 38. *Quando omnes Socii simul administrant. Quoad rationes reddendas distinguitur.*
39. *Pro rata rei à se administrata quilibet rationem reddere tenetur.*
40. *Si ab uno ex Sociis petatur redditio rationis, exceptione, tu quoque non reddidisti, Actionem elidere potest.*
41. *Creditor in fundum Debitoris immissus, vel vi Pacti possidens, ad hunc reddendarum rationum numerum pertinet.*
42. *Creditor aliquandiu Pignus possidens, ex Fructibus Usuras integras percepisse præsumitur.*
43. *Si contrarium asserat, aliis probationibus destitutus, fructuum numerum Juramento indicare potest.*
44. *Creditor in rebus Pignori captis neglecta, vel omissa resarcire debet.*
45. *Et tenetur ad eos fructus, quos diligens Paterfamilias percipere potuisset.*
46. *Etiamsi verè non perceperit.*
47. *Si Creditor Domum Pignori datam inhabitavit, tenetur imputare tantæ quantitatis mercedem, quam, alteri locando, percipere potuisset.*
48. *Fructus, magnos sumtus, labores, custodiam & curam requirentes, in creditum non imputantur.*
49. *Fructuum ex re pignorata perceptorum pretium ita constituendum est, ut omnes Impensæ deducantur.*
50. *In Expensarum computatione etiam industria & labor Creditoris consideratur.*
51. *Immissio pro modo debiti fieri debet.*
52. *De Fructibus à Creditore ex Pignore vel Hypotheca perceptis, quatenus ratio reddenda, remissivè.*

53. Vi-

53. *Vidua defuncti Mariti Bonis Jure Retentionis insistere potest.*
54. *Pro concurrente tamen Dotis aliarumque pratenfionum quantitate.*
55. *Ex ita retentis Bonis Vidua ejusque Familia Alimenta necessaria debentur.*
56. *Quantitas istorum Alimentorum demetienda est ex necessitate Vidua.*
57. *Et debet Vidua frui Bonis detentis ad indigentiam, donec ipsi satisfiat.*
58. *Alimenta illa non debent excedere fructus annuos illata Dotis.*
59. *Sed hoc ita, si Alimentis sufficere possunt.*
60. *Fructibus Dotis non sufficientibus, id quod deest, ex Mariti Bonis suppletur.*
61. *Vidua Alimentorum tempore Haredibus operari tenetur.*
62. *Non autem artificiales operas, sed officiales duntaxat prastat.*
63. *Mulier plus quàm pro Dotis & illatorum quantitate retinens, vel omnium Bonorum administrationi se immiscens, de omnibus rationes reddit.*
64. *Fructus ultrà Alimentorum modum perceptos in Dotem imputare cogitur.*
65. *Obligatur etiam ad Inventarium, vel, eo deficiente, hareditaria Bona juratò indicare tenetur.*
66. *Sub pratextu Detentionis totum Patrimonium Mariti Mulier dilacerare non debet.*
67. *Cogitur pati, ut ex justa causa Bonis Curator detur, & qua sit justa causa.*
68. *Mater ad rationem reddendam obligata est Filio.*
69. *Contra eam, Librum Rationum non conficientem, in litem jurari potest.*
70. *Tenetur rationem reddere etiam modicarum rerum.*
71. *Qua de Matre dicta sunt, etiam in Avia obtinent.*
72. *Et in Avo Materno.*
73. *Rationem reddit Pater administrans Bona, pleno Jure ad Filium spectantia.*
74. *Item si est Tutor, vel Curator Filii emancipati.*
75. *Vel si Bona Liberorum emancipatorum administrat.*
76. *Liberatur à redditione Rationum, si Bonis Filii, in potestate adhuc constituti, utitur.*
77. *Vel si fruitur Bonis, in quibus ipsi ususfructus debetur.*
78. *Pater de pecul. Filiifamil. adventitio, de utendo boni Viri arbitratu, cavere non compellitur.*
79. *Nisi Bona dissipet.*
80. *Dolosè administrans ad Rationes reddendas obligatur, etiam de Bonis Filii adventitiis.*
81. *Concesso licet Patri ususfructu in Bonis Filii, de ipsa tamen Bonorum substantia respondere cogitur.*
82. *Usufructuarius Proprietario rationem reddit.*
83. *Ut & Hares Fideicommissariis, Legatariis, & Creditoribus defuncti.*
84. *Nec non Procurator ad lites.*
85. *Item Executor Testamenti.*

86. *Sequester, sive publicus sive privatus.*
87. *Thesaurarius sive Exactor.*
88. *Et generaliter omnis Administrator.*
89. *Sive sit voluntarius sive necessarius.*
90. *Sive à Lege, Judice vel Parte constitutus, sive etiam sine mandato administrans.*
91. *Etiamsi Pontifex fuisset Administrator.*
92. *Et indifferenter omnis, quomodocunque administret, sive rei sacræ, sive prophanæ, publicæ vel privatæ sit gestor.*
93. *Sive generalia sive particularia negotia gessit.*
94. *Etiam minor.*
95. *Quatenus scilicet is de Jure obligari potest.*
96. *Uti etiam humiles & deploratæ Personæ.*
97. *Maximè verò ad ratiocinium obligatur is, qui promisit rationem reddere.*
98. *Nec Pacto nec Testamento Administrator à Rationum redditione liberatur.*
99. *Pactum non valet, quo quis promittit nunquam exigere Rationes.*
100. *Quid operetur tale Pactum, Promissio, vel Legatum.*
101. *Per liberationes etiam generales, & quibuscunque verbis conceptas, à Rationum redditione Administrator non fit immunis.*
102. *Neque à reliquorum solutione liberatur.*
103. *A reddendis Rationibus præteritis potest quis Pacto liberari.*
104. *Per hoc tamen non inducitur remissio reliquorum.*
105. *Liberatus à Rationum redditione, ad restitutionem rerum administratarum, nihilòminus tenetur.*
106. *Sed non ad deperdita & consumta ex negligentia vel culpa levi & levissima, nisi dolo neglecta & distracta fuissent.*
107. *Dolosè neglecta & gesta restituenda & resarcienda sunt, etiam, si Dominus juratò liberasset Administratorem à Rationum redditione.*
108. *Liberatio inter vivos etiam in plena forma facta ad dolosè commissa non porrigitur.*
109. *Legatum liberationis Debitoris Creditoribus factum, non intelligitur de illis, qui possident res Testatoris.*
110. *Neque in eo veniunt, quæ à Debitore vindicari possunt.*
111. *Administrator à dolo præterito & reliquis specialiter & expressè liberatus, de illis conveniri nequit.*
112. *Liberatio, ista tamen non comprehendit Pecuniam, & Bona, quæ vindicari possunt.*
113. *Liberatio pro Administratione præterita facta Parentibus, complectitur etiam illa, quæ dolosè gesta sunt.*
114. *Secus si liberatio sit pro administratione futura, quæ quoque trahenda non est ad ea, quæ vindicari possunt.*
115. *Dolus futurus nunquam remitti potest.*

116. *Nec*

116. *Nec cautela, per indirectum liberans Tutorem à dolo futuro, est admittenda.*
117. *Quando dolus circa administrationem commissus remitti possit? remissivè.*
118. *Sub Pacto de stando simplici dicto Administratoris, quid comprehendatur?*
119. *Administratores Rationes reddere tenentur, etiamsi de suo impensam fecisse prætendant.*
120. *Etiamsi etiam redditio rationis non esset in usu.*
121. *Licet quoque appellaverit Administrator.*
122. *Mortuo Tutore aliove Administratore, Hæredes ejus Rationes reddere debent.*
123. *Et in eos transit Actio pro reddendis Rationibus.*
124. *Tutor se suosque Hæredes liberare nequit, protestando, se Rationes semel examinatas non amplius redditurum.*
125. *Rationes pro redditis habentur, si Administrator sæpius se ad reddendas Rationes obtulerit.*
126. *Adultus cogi potest ad liberandum Tutorem vel Curatorem, si ratio pro reddita habetur.*
127. *Si per eum, cui Ratio reddenda est, stetit, ne redderetur, Hæredes Administratoris mortui non obligantur.*
128. *Cautela contra detrectantem examinare rationem.*
129. *Rationibus reddendis obstrictus, rectè petit arbitrum, pro excutiendis Rationibus.*
130. *Idque in omnibus Administratoribus procedit.*
131. *Quod probatur.*
132. *Ratio ejus redditur.*
133. *Hæredes Administratorum non tenentur de dolo & culpa defuncti.*
134. *Ne quidem de levi.*
135. *Inventarium à Prædecessore omissum, ab Hæredibus exigi nequit.*
136. *Compelli tamen possunt, ut jurent, se nec Inventarium, nec Bona vidisse, aut ad manus suas pervenisse.*
137. *Si Libri Rationum in Hæreditate Defuncti fuêre, vel aliàs præsumtio contra Hæredes militat, non Juramento, sed aliis probationibus amissionem docere tenentur.*
138. *Amissionem semel productarum Rationum allegans ad probationem per Juramentum solùm non admittitur.*
139. *Hæredes Tutoris Tutelæ Rationem reddentes, ad Administrationis Librum edendum, cogi possunt.*
140. *Quomodo amissio Instrumentorum probetur, remissivè.*
141. *Administratoris Hæredes de dolo, lata & levi culpa Prædecessoris tenentur. Si vel lis fuerit contestata.*
142. *Vel ex tali dolo & culpa aliquid ad eos pervenit.*
143. *Bona Administratorum tacitè Domino oppignorata sunt.*

 144. *Etiam*

144. *Etiam pro neglectis.*
145. *Quod in omni ad Rationis redditionem obligato verum est.*
146. *Non tantum quoad Bona administrata, sed etiam quoad fructus ex illis perceptos.*
147. *Et omnes alios actus.*
148. *Illa Hypotheca incipit ab initio Administrationis.*
149. *Quod in omni Administratore etiam Patre procedit.*
150. *Et ad Bona etiam post susceptum officium quæsita extenditur.*
151. *Non tenetur reddere Rationes Administrator unius rei, nec Reditus nec Impensas habentis.*
152. *Curator tamen etiam ad unum actum datus, illius Rationem reddere cogitur.*
153. *Administrator non tenetur Rationes reddere, si illud non expedit.*
154. *Nec Fidejussor datus Tutelæ, aut Curationis nomine.*
155. *Idem quoque locum habet in Procuratoribus Fabricæ Rerum Ecclesiasticarum, in Rectore & Curatore Ecclesiæ.*
156. *Ratio non est reddenda, quando cessat causa, propter quam redditur.*
157. *Quod potissimum in Matre obtinet.*
158. *Nec reddit is, qui Rem vel Bona alterius loco Alimentorum possidet.*
159. *Ut & Usufructuarius, qui tantùm satisdat.*
160. *Ad restitutionem tamen ipsarum rerum tenetur.*
161. *Prædia aliena Jure Antichreseos possidentes, immunes sunt à Rationum redditione.*
162. *Modò incertus sit fructuum percipiendarum eventus.*
163. *Et præterea Debitori facultas reluendi Pignus conceditur.*
164. *De Antichresi remissivè.*
165. *Qui non tenetur ad Inventarium faciendum, is etiam regulariter non tenetur ad Rationes reddendas & contra.*
166. *Remissâ vel cessante Rationum redditione, etiam Confectio Inventarii deficit.*
167. *Hoc non crassè & judaicè accipiendum, quasi Tutor omninò non teneatur reddere Rationes.*

1. Omnium primò Tutoribus à Magistratu constitutis incumbit, de omnibus à se tum gestis, tum omissis, finitâ Tutelâ, rationem minori reddere, prout textus sunt manifesti *in* §. *fin. Institut. de Attilian. Tutore. l. 1.* §. *3. ff. de Tutel. & Ration. distrahend. cum simil.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 3. num. 1.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 1.* Hieron. Treutler. *consil. 44. num. 5. & 12.* Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 85. num. 22.* Barthol. Socin. *volum. 4. consil. 92. num. 5.* Francisc. Vivius *decis. 400. num. 1. vers. imò generaliter &c.* Natta *consil. 134. num. 7.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. cas.*

cas. 269. in princ. Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Ecclesiast. lib. 2. tit. 20. definit. 316. num. 6.* & *lib. 5. Respons. Jur. Elector. 69. num. 2.* & *part. 1. decis. 74. num. 1.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 1.* Clemens Merlin. *decis. 185.* Idemque 2.
in Protutore verum esse, probat *tot. tit. ff. & Cod. de eo qui pro Tutore negotia gessit.* in tantum, ut, si quis non omnia quidem, sed quædam negotia 3.
duntaxat gesserit, etiam eorum, quæ non gessit, teneatur, si alius gesturus fuit, *l. 1. §. 9. ff. eod. l. 6. §. fin. ff. de negot. gest.* Ubi Julianus concludit, si tu negotia quædam gessisti, quædam non, contemplatione tamen tui alius ad hæc non accessit, te negotiorum gestorum teneri.

Circa hanc materiam ventilata fuit aliquando in Dicasterio nostro 4.
sequens Quæstio, quæ frequens esse potest. Flagrante circa hæc loca belli tempore, mortui erant certi Parentes in quodam Pago, unicum Filium ætate adhuc minorem, & vix decem Annorum Puerum relinquentes. Huic nulli à Magistratu constituti fuerant, aut ordinati Tutores, aliquis tamen ex proximioribus Agnatis impuberis Pueri curam hactenus susceperat, ut tum de Alimentis necessariis ipsi aliquo tempore prospiceret, tum etiam nonnulla Prædia ad adolescentem spectantia aliis elocaret, reliquis verò Bonis se immiscere noluerit. Elapsis aliquot Annis, & cùm jam ad Annos discretionis ascendisset Puer, agebat cum Cognato jam dicto, sibique de tota à Parentibus relicta substantia rationem reddi petebat, &, hoc facere recusantem, in Judicio, conveniebat. Excipiebat Reus, se Tutorem à Magistratu non esse constitutum, &, si ad aliquod Actoris negotium accessisset, quod tamen perexiguum esset, sponte se hoc, & nullâ necessitate cogente, fecisse, proinde se compelli non posse, de rebus ad se non pertinentibus, & quorum Administrationem nunquam habuisset, reddere rationem. Conclusum fuit, Reum ad Rationis redditionem condemnandum esse. Ex regula, 5.
quod proximus & legitimus Tutor, qui scire debet, se ipso jure Tutorem esse, in totum se faciat obnoxium redditioni Administrationis Tutelæ, si aliqua Pupilli negotia gessit, prout judicatum extat apud Anton. Fabrum *in Cod. lib. 5. tit. 28. definit. 1. num. 4. in allegatis*, & iterum in prima & in secunda Instantia apud Matth. Berlich. *decis. 230. num. 3. & seqq.*

Quod verò dicitur *in dict. l. 1. §. ult. ff. de eo qui pro Tutor. negot. gessit.* quod 6.
is, qui pro Tutore vel Curatore se gessit, eatenus tantùm, & non ulterius teneatur, quàm quatenus gessit, modò alius gesturus non fuisset.

Hoc saltem procedit in eo, qui voluntariè accessit ad gerendum 7.
negotia Pupilli, non in eo, qui ex necessitate administrationem suscipit, uti ex Raphaële Fulgosio *consil. 211. num. unic. in med.* docet nos Berlich. *dict. decis. 230. num. 2.*

II. Admi-

8. II. Administrationis Rationem reddere coguntur publicarum rerum Administratores, *l. 4. & 30. Cod. de Episc. & Cler. l. 23. ff. de liberat. legat.* Petrus Heigius *lib. 1. quæst. 20. num. 1. & 5.* Frider. Pruckman. *volum. 1. consil. 3. num. 13.* Wesenbec. *consil. 3. num. 47. & consil. 331. num. 4.* Matth. Stephani *de Jurisdict.*
9. *lib. 2. part. 2. cap. 2. membr. 2. num. 154. & seqq.* & in specie Consules & Rectores Universitatis, Civitatum, Pagorum, Vicorum, & Villarum, Johan. Brunneman. *in l. unic. Cod. de ratiocin. oper. publicor. num. 1.* Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 3. num. 10.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 75.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 5.* ita aliquoties observatum & decisum fuit in Dicasterio nostro, & quidem nominatim in causa Communitatis Pagi de Mannerbach contra Johann Bäumbgen / Pagi Magistrum, & alias sæpius.
10. III. Capitulum, sede vacante, administrans, novo dein electo Prælato, Menoch. *de Arbitrar. Judic. cas. 209. num. 8.* Petr. Frider. Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 49. num. 2.* Escobar. *dict. cap. 3. num. 9.*
11. IV. Orphanotrophi & Hospitalarii, Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 22.* Escobar. *dict. cap. 3. num. 7.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 8.* facit *Novell. 123. cap. 23.* Ubi Oeconomi, Xenodochi, Nosocomi, Prochotrophi, & aliorum venerabilium locorum Gubernatores, & alii omnes Clerici jubentur pro creditis sibi Gubernationibus apud proprium Episcopum, cui subjacent, rationem suæ Gubernationis facere, & ita ubique receptum, & in usu esse, experientia testatur. Ad textum verò *in l. 32. Cod. de Episcop. & Cler. in fin.* qui huic decisioni diametraliter obstare videtur, videndæ sunt solutiones Gloss. & Bartol. *ad Novell. 131. cap. Orphanotrophi, 15.*
12. Ratio decisionis esse potest, quod Hospitalia non modò Privilegiis Ecclesiæ gaudeant, Matth. de Afflict. *decis. 67. num. 4.* Benedict.
13. Carpzov. *lib. 1. Jurisprud. Ecclesiast. definit. 92. num. 1.* & à rebus Ecclesiæ ad Hospitalia non malè argumentum duci & inferri solet, Carpzov. *dict.*
14. *definit. 92. num. 2.* post Tiraquell. *de Privileg. Pia Causa privileg. 137. & 138.* sicuti ergò Curatores Ecclesiæ, die Kirchen-Vorstehere / Almosen-Pflegere / & hisce similes quotannis rationes reddere coguntur, Tiber. Decian. *volum. 4. respons. 84. num. 21.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Ecclesiast. lib. 2. tit. 20.*
15. *definit. 316. num. 2. & 7.* ita quoque de Orphanotrophis & Hospitalariis idem statuendum est.
16. V. Negotiorum Gestores, de eo scilicet, quicquid non, ut oportuit, gesserunt, vel ex his negotiis retinent: Uti ex diverso quoque justum est, si utiliter gesserunt, præstari eis, quicquid eo nomine vel abest, vel absuturum est, per *text. express. in l. 2. ff. de negot. gest.* Roland. à Valle *volum. 1. consil.*

consil. 49. num. 3. Escobar. *de Ratiocin. cap. 3. num. 3.* Hieron. Schurff. *centur. 1. consil. 65. num. 4.* Barthol. Socin. *volum. 1. consil. 73. num. 1.* Petr. Heigius *lib. 1. quæst. 20. num. 1.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 32.* Procedit hæc regula, etiamsi quis ex aliqua tantùm parte alienum negotium 17.
gessisset, Matth. Wesenbec. *consil. 133. num. 52.* ubi plures allegat, etiamsi 18.
quoque de facto, & prætermisso omni Juris ordine, assumpsisset administrationem rei alienæ, Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 17.*

VI. Huc pertinent illi, & Rationum reddendarum oneri subjacent, 19.
quibus cura & custodia Bonorum absentis committitur, Anton. Faber. *in Cod. lib. 5. tit. 40. definit. 6. num. 3.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 15. definit. 55.* ubi more suo aliqua Præjudicia adducit. Non 20.
etenim ignotum est, si quis peregrè proficiscatur in militiam, vel causâ lustrandi Regiones, aut discendi Artes liberales, vel etiam Mechanicas, & pluribus Annis absit, interim domi Parentes, Fratres, vel alii Consanguinei moriantur, ejusque portio hæreditaria separetur, vel etiam nullis ex Consanguineis defunctis, si ipse domi Bona relinquat, tunc aliis Fratribus & Consanguineis eam portionem sub Cautione de restituendo concedi, Nicol. Boër. *Burdegal. decis. 88. per tot.* Francisc. Hotoman. *volum. 1. consil. 6. vers. Sequitur secunda quæstio.* Cravetta. *consil. 127. num. ult.* Caspar. Klock. *volum. 3. consil. 116. num. 2.* Matth. Berlich. *part. 3. Practicar. conclus. 21. num. 75.* Faber. *in Cod. lib. 5. tit. 40. definit. 9.* Hartman. Pistor. *Observat. 103. in princ.* ita sæpius judicatum fuisse, testatur Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 15. definit. 48.* & aliquoties quoque in Dicasterio nostro observatum fuit: Adeò ut parùm referat, quod is, qui Curator datur, 21.
infirmi Judicii, vel Mulier, vel Infans esse dicatur, dummodò sit proximior Agnatus Cognatusve ab intestato successurus, quibus casibus 22.
per easdem Personas gerere possunt, per quas propria ipsorum Bona reguntur, Faber. *in Cod. dict. tit. 49. definit. 1. num. 6. & definit. 9. num. 5.* Carpzov. *citat. definit. 48. num. 4. & 8.* Bona tamen absentis non, nisi sub Cau- 23.
tione præstita, eo in loco, ubi Bona sita sunt, Hæredi proximiori concedenda sunt, Carpzov. *citat. part. 3. constit. 15. definit. 52.* Faber. *in Cod. lib. 2. tit. 36. definit. 11. & definit. 18.* omissâ Cautione Judex litem suam facit, & in 24.
subsidium tenetur, si Curator datus non sit solvendo, Menoch. *de Arbitrar. Judic. cas. 250. num. 25.* Klock. *volum. 3. consil. 116. num. 13.* admittitur tamen 25.
quandoque Cautio juratoria, si Personæ administrantes sint fide dignæ, nec de fuga & levitate suspectæ, Carpzov. cum præjudicio *dict. constitut. 15. definit. 53.* & ita in Camera pronunciatum fuit apud Klock. *dict. consil. 116. num. 25.*

26. Reverſo igitur, cujus Bona per alium fuêre adminiſtrata, reſtituenda non tantùm ſunt Bona ipſa, verùm etiam fructus ex illis percepti, Carpzov. *dict. conſtitut. 15. definit. 56. per tot.*

27. VII. Factores de aliorum Adminiſtratorum mandato negotium gerentes, Eſcobar. *dict. cap. 3. num. 4.* Montan. *dict. cap. 38. num. 76.* Hector
28. Felicius *de Societate cap. 37. num. 9.* ubi dicit, ſi per communem Factorem Societas adminiſtrata ſit, ipſum cogi Sociis reddere rationem, & ſi unus ex Sociis egerit contra eum, & ſuam partem conſecutus fuerit, alter verò non poſſit ſuam partem conſequi, eò, quod Factor non ſit ſolvendo, propter æqualitatem, quæ eſt inter Socios, Socium partem exactam communicare debere per *l. actione. 65. §. ſi communis pecunia. 14. ff. pro*
29. *ſocio.* De hac autem materia, an Pecunia, à Debitore communi exacta, cum reliquis ſit communicanda, dicam latiùs *in Tractatu de Marito & Uxore*, interim videndus eſt Berlich. *part. 1. Practicar. concluſ. 71. num. 18. & ſeqq.* Hartman. Piſtor. *lib. 3. quæſt. 20. paſſim.* Menoch. *conſil. 46. per tot.* Vincent. Carocius *deciſ. 109.* Stephan. Gratian. *Diſceptat. Forenſ. 320. & Diſceptat. 330.* Johan. Baptiſta Aſinius *de Execution. §. 7. cap. 126. per tot.*

30. VIII. Frater, qui Bona communia adminiſtravit, Fratri aut Sorori ad Rationes nomine negotii geſti tenetur, Roman. *conſil. 414. num. 1.* ubi latè Mandoſ. *in not.* Barthol. Socin. *volum. 1. conſil. 73. num. 2.* Roland. à Valle *volum. 1. conſil. 49. num. 11.* Johan. Cephal. *conſil. 678. num. 25.* Eſcobar. *dict. cap. 3. num. 8.* Weſenbec. *conſil. 3. num. 47.* & *conſil. 133. num. 52.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. caſ. 209. num. 5.* Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 49. num. 2.* Cravetta *conſil. 159. num. 6.* Benedict. Carpzov. *lib. 6. Reſponſ. Jur.*
31. *Elector. 65. num. 10.* Idem dicendum de Filio viventis adhuc Patris Bona adminiſtrante, Eſcobar. *dict. cap. 3. num. 17.* Roland. à Valle *dict. conſil. 49.*
32. *num. 12.* etiam ſi Pater Rationis redditionem in vita non petierit, Ber-
33. lich. *part. 2. concluſ. 12. num. 12. & ſeqq.* & *deciſ. 160. num. 7.* de Cohærede, quòd Cohæredi ad reddendas Rationes obligatus ſit, tam de fructibus perceptis, quàm percipiendis & conſumptis, vel etiam de corruptis, de malè itidem Expenſis, & aliis Bonis ad ſe traductis, ſive ſciverit ſe habere Cohæredem, ſive ignoraverit, latè agit Weſenbec. *conſil. 133. num. 51.*
34. Cravetta *conſil. 159. num. 6.* Atque in genere, quòd omnis ille, qui rem ſibi cum alio communem adminiſtrat, teneatur conficere Inventarium, & Rationem reddere, probat Erneſt. Cothmann. *volum. 4. reſponſ. 39. num. 73.* Weſenbec. *conſil. 3. num. 10.* Manent. Coſta *in Conſil. apud Tractat. Mozzii de Contractibus poſt tit. de Societat. impreſſo num. 12.*

35. IX. Huc ſpectat etiam Socius, ſi rem ad Societatem ſpectantem gerat, Eſcobar. *dict. cap. 3. num. 6.* Pariſ. *volum. 11. conſil. 88. num. 6.* Weſenbec.

ſenbec. *conſil. 3. num. 47.* ubi probat, Socium Socio ad Rationem teneri, nomine rerum communium à ſe adminiſtratarum, Agnatum quoque Agnato, Hæredem Cohæredi, etiamſi Frater Cohæres eſſet, Jaſon. *volum. 1. conſil. 4. num. 103.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. caſ. 209. num. 3.* & non 36.
ipſe ſolùm Socius, ſi adminiſtravit, Rationem reddere tenetur, verùm etiam, ſi Factorem ad adminiſtrandum deputavit, quia ipſe adminiſtraſſe cenſebitur, Hector Felicius *de Societate cap. 37. num. 8.* caſu quo omnes 37.
ſimul adminiſtraverunt, diſtinguendum eſt, aut enim adminiſtraverunt in locis diverſis, aut eodem, ſi in diverſis Apothecis aut diverſis Exercitiis, omnes ad invicem Rationum reddendarum oneri ſubjacent: Si verò in eodem loco, in eadem Apotheca, eodemque Exercitio pari formiter, omnesque adminiſtraverunt, cum omnes ſint in pari culpa & negligentia, mutuâ quoque compenſatione Rationum redditio tollitur, Riminald. Jun. *conſil. 280. num. 15.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 1256. num. 6.* Mercurial. Merlin. *deciſ. 92. num. 9.* Hector Felicius *de Societate cap. 37. num. 11. 12. & 13.* Jacob. Schulteſ. *ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 126. num. 135.* pulchrè Paul. à Caſtro *volum. 2. conſil. 126. num. 1.* Si verò non pariformiter admi- 38.
niſtraverint, ſed conſtet, uter plus adminiſtravit, & ad quem major quantitas Pecuniæ, vel Rerum adminiſtratarum pervenerit, & hoc caſu quilibet ſuæ villicationis rationem Conſocio aut Cohæredi reddet, Maſcard. *de Probation. concluſ. 1256. num. 6. & ſeqq.* Riminald. Jun. *conſil. 280. num. 15.* Stephan. Gratian. *Diſceptat. Forenſ. 760. num. 8.* Paul. de Caſtro *lib. 2. conſil. 126. num. 1.* Hector Felicius *dict. cap. 37. num. 14.* Manent. Coſta *in Conſil. poſt Mozzii Tractat. de Contractibus tit. de Societat. impreſſ. num. 15. verſ. Nec obſtat &c.* ubi dicit, ſi unus Cohæredum vel Sociorum magis adminiſtravit, & plus ſe immiſcuit, quàm alter, tunc illum, qui minus egit, & fortè pauciori tempore, vel leviora negotia geſſit, alterum optimè ad reddendas Rationes convenire.

Pro rata igitur rei adminiſtratæ hoc caſu quilibet tenetur, Mercu- 39.
rial. Merlin. *deciſ. 92. num. 8.* Et ſi ab uno ex Sociis petatur redditio ratio- 40.
nis, excipere is poteſt, tu quoque non reddidiſti pro parte tua, Merlin. *dict. deciſ. 92. num. 10.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. 760. num. 9.* Riminald. Jun. *conſil. 280. num. 15. & 16.*

X. Creditor, qui in fundum Debitoris ex cauſa judicati immiſſus 41.
eſt, vel etiam vi Pacti initi poſſidet, ad hunc reddendarum Rationum numerum pertinet, Eſcobar. *dict. cap. 3. num. 12.* Klock. *volum. 3. conſil. 169. num. 1.* Carpzov. *in Juriſprud. Forenſ. part. 1. conſtitut. 32. definit. 28. per tot.* ubi aliquot allegat Præjudicia. In tantum, ut ſi Bona Debitoris aliquandiu 42.
poſſidet, & Fructus percepit, eique opponatur exceptio Solutionis, onus

 pro-

probandi, se scilicet ex Fructibus integram Pensionem haud percepisse, Creditori incumbit, Carpzov. *dict. definit. 28. num. 4.* Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 1. quæst. 23. num. 55.* Klock. *volum. 3. consil. 169. num. 5.* Daniel
43. Moller. *Semestr. lib. 4. cap. 19.* Aliis tamen probationibus destitutus, Fru-
44. ctus perceptos mediante Juramento indicare, &, si quid in rebus Pignori captis ab ipso omissum vel neglectum est, resarcire tenetur, Brunneman. *consil. 17. num. 20. & seqq.* Moller. *dict. cap. 19. num. 2.* Carpzov. *citat. definit. 28. num. 5.* Caspar. Klock. *volum. 3. Consil. 169. num. 5. & 6.* ubi dicit,
45. Creditorem ad eos Fructus teneri, quos ipse, si diligens Paterfamilias esset, percipere posset, per *l. 2. & ibi* Sichard. *Cod. de pignoratit. action.* etiamsi
46. per negligentiam vel desidiam verè non perceperit, Negusant. *de Pignor. part. 5. membr. 5. num. 1.* Mantica *de Tacit. & Ambig. lib. 11. tit. 8. num. 5. & 6.* Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 5. tit. 2. quæst. 45. num. 6.*

47. Hinc sequitur, si Creditori data sit Pignori Domus, eamque ipse inhabitavit, tenetur imputare tantæ quantitatis mercedem, quàm alteri locando percipere potuisset, Mantica *dict. tit. 8. num. 10.* Negusant. *part. 5.*
48. *membr. 5. num. 10.* Merlin. *citat. quæst. 45. num. 7. & 8.* Si magnos sumptus, labores, custodiam, curam ac periculum requirerent, Creditor illos lucratur, neque in creditum imputare cogitur, Wesenbec. *consil. 331. num. 65.*
49. Nicol. Boër. *decis. 44. num. 21.* aliàs Fructuum ex re pignorata perceptorum pretium ita constituendum est, ut omnes Impensæ deducendæ sint, Negusant. *dict. membr. 5. num. 12. vers. Secundò &c.* Mantica *de Tacit. & Am-*
50. *big. citat. tit. 8. num. 25.* Merlin. *dict. quæst. 59. num. 27.* adeò, ut in Expensarum computatione consideretur etiam industria & labor ipsius Creditoris, pro rata enim laboris & industriæ fructus suos facit, Negusant. *dicto loco num. 13.* Mantica *citat. tit. 8. num. 27.* Merlin. *dict. quæst. 45. num. 28.* Boër. *decis. 44. num. 29.*

51. Addo materiæ occasione, Immissionem pro modo debiti fieri de-
52. bere, Hieron. Treutler. *consil. 29. num. 2.* Et de Fructibus à Creditore ex Pignore vel Hypotheca perceptis, quatenus ratio sit reddenda, id est, quinam in sortem imputandi sint, latissimè ante omnes est videndus Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 5. quæst. 45. per tot.*

53. XI. Claris Juris Constitutionibus definitum est, posse Viduam defuncti Mariti Bonis, ratione illatorum & Dotis, tamdiu Jure Retentionis insistere, donec sibi de omnibus fuerit satisfactum, Mynsing. *centur. 6. observat. 45. num. 5.* & *observat. 82. num. 1. & seqq.* Petr. Sanz de Marquech. *de Divis. Bonor. lib. 1. cap. 9. num. 24.* Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 10. gloss. 8. num. 10.* Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 3. tit. 2. quæst. 76. num. 1.* Johan. Aloys. Riccius *Collectan. decis. 191.* Francisc. Vivius *Neapol. decis. 317. num. 4.*

Matth.

Matth. Coler. *de Processſ. Executiv. part. 1. cap. 2. num. 220.* Franciſc. Burſat. *conſil. 8. num. 15.* ſed ita, ut pro concurrente Dotis, aliarumque Prætenſionum quantitate, & non omnia Mariti Bona retineat, Andreas Rauchbar. *lib. 1. queſt. 33. num. 28.* Carpzov. *dict. conſtitut. 25. definit. 11.* ubi præjudicium, Cacheran. *qui magis communem dicit deciſ. 135. num. 13.* Giurba *ad Conſuetud. Meſſan. gloſſ. 8. cap. 10. num. 16.* Matth. Coler. *de Proceſſ. Executiv. part. 1. cap. 2. num. 224.* Moller. *Semeſtr. lib. 4. cap. 13.* Neguſant. *de Pignor. part. 5. membr. 1. num. 33.* Merlin. *eod. tractat. lib. 3. queſt. 76. num. 34.* Bald. Novell. *de Dote part. 7. privileg. 47. in fin.* Gail. *lib. 2. obſervat. 92. num. 13.* Caſpar. Klock. *volum. 3. conſil. 124. num. 114.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 5. artic. 11. num. 44.* Hartman. Piſtor. *dict. obſervat. 107. num. 12.* ex quibus 54. 55.
Bonis ita retentis Viduæ, & ejus Familiæ Alimenta neceſſaria debentur per illud tempus, quo Mariti Bonis Jure Retentionis utitur, Coler. *dict. cap. 2. num. 224.* Berlich. *dict. concluſ. 32. num. 21.* Klock. *dict. conſil. 124. num. 134. & conſil. 155. num. 232.* Mevius *dict. tit. 5. artic. 13. num. 45. & quatuor ſeqq.* ubi *num. 50.* ait, quantitatem Alimentorum Viduæ debitorum demetiendam eſſe ex neceſſitate, non verò ex voluntate aut cupiditate illius: 56.
Frui enim debet detentis Bonis ad indigentiam, & quantum ſufficit vitæ, donec ſibi ſatisfiat, Coler. *dict. cap. 2. num. 230.* Hoc interim hic à 57. 58.
Doctoribus communiter ſtatuitur, Viduæ Alimenta non debere excedere Fructus annuos illatæ Dotis, per *text. in l. 22. §. 8. ff. ſoluto matrimon.* Mevius *dict. artic. 13. num. 52.* ubi hoc ita accipiendum putat, ſi Alimentis 59.
hi ſufficere poſſunt. Iis autem neceſſitati quotidianæ non ſuffragantibus, dicit Mevius *dicto loco num. 53.* quicquid deeſt, ex Mariti Bonis ſupplendum eſſe. Sed & ipſa hoc Alimentorum tempore tenetur operari 60. 61.
Hæredibus Mariti, non aliter atque Marito tenebatur, vide Coler. *dict. cap. 2. num. 226. & ſeqq.* Id eſt ſicuti artificiales operas ne Marito quidem, per dicenda alibi, ſed officiales duntaxat præſtare obligata fuit, juxta Mevium *dict. artic. 13. num. 55. 56. 57. & 58.* ita hîc quoque dicendum eſt. 62.

Si igitur Mulier plus, quàm pro Dotis & aliarum rerum illatarum quantitate retinuit, vel ſe omnium Bonorum adminiſtrationi immiſcuit, obnoxiam ſe facit Rationibus reddendis, Fructusque, quos præter Alimentorum modum percepit, Hæredibus Viri reſtituere, vel in Summam Dotis imputare debet, Rauchbar. *dict. queſt. 33. num. 34.* Moller. *citat. cap. 13. num. 2.* Coler. *alleg. cap. 2. num. 225. & num. 232. cum ſeq.* Berlich. *part. 2. concluſ. 32. num. 22.* cum præjudiciis, Carpzov. *part. 2. conſtitut. 25. definit. 13. & 14.* Hartman. Piſtor. *dict. obſervat. 107. num. 20. & 23.* Caroc. *deciſ. 21. num. 41.* Klock. *citat. conſil. 124. num. 134. & 135.* Cacheran. *Deciſ. Pedemont. 136. num. 13.* 63. 64.

65. Quinimò hoc in casu, ubi ultrà Dotis quantitatem retinet, vel etiam omnium Bonorum administrationi se immiscet Mulier, cogitur de rebus hæreditariis defuncti Inventarium conficere, vel, eo deficiente, mediante Juramento de omnibus reddere rationem, Coler. *dict. cap. 2. num. 233.* Berlich. *dict. conclus. 32. num. 23.* Mevius *dict. artic. 13. num. 65.* Moller. *Semestr. lib. 4. cap. 13. num. 2.* Carpzov. *dict. constitut. 25. definit. 13. & 14.*
66. & hoc rationem habet, ne videlicet occasione Possessionis, & sub prætextu Retentionis totum dilaceret Patrimonium, Coler. *dict. cap. 2. num.*
67. *233.* aliquando etiam pati debet Vidua, ut, si justa causa subsit, Bonis Curator detur, quod tunc necessariò accipiendum est, quando nimis prolixa litigia malitiosè movet, quo diutius retineat, aut cum prodigè grassari incipit, David Mevius *dict. artic. 13. num. 66.*

68. XII. Mater ad Rationum redditionem obligata est Filio, & tenetur de culpa & negligentia, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 56.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. cas. 209. num. 22.* Faber. *in Cod. lib. 5. tit. 31. definit. 5. num. 6.* Cephal. *consil. 678. num. 27.* Matth. Wesenbec. *consil. 36. num. 5.* Tiber. De-
69. cian. *volum. 3. respons. 94. num. 20.* ubi dicit, sicuti contra Tutorem, Inventarium vel Librum Rationum non conficientem, jurari potest in litem, ita etiam contra Matrem, Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 49. num. 4.* pro hac opinione ter judicatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 5. num. 6. & seqq.* & *de Jure Fœminar. singul. decis. 2. posit. 5.* sive ea fuerit Tutrix, sive non, quia eadem est ratio, Montan. *dict. cap.*
70. *38. num. 57.* maximè autem tenetur rationem reddere, si convolavit ad secunda vota, quo casu etiam modicarum rerum redditio ab ipsa requi-
71. ritur, Montan. *dict. cap. 38. num. 58.* ubi *num. 63.* regulam nostram ad Avi-
72. am extendit, quod etiam facit Escobar. *dict. cap. 3. num. 22.* & ad Avum Maternum, Matth. Wesenbec. *consil. 86. num. 6.*

73. XIII. Patrem quoque Filiifamiliàs Bona, in quibus ille Usumfructum non habet, administrantem, rationis reddendæ oneri subjicimus, *l. 37. §. 2. ff. de negot. gest.* Hartm. Pistor. *part. 4. quæst. 11. num. 12.* Roland. à Valle *de Inventar. confect. part. 2. quæst. 27. num. 2.* Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 49. num. 4. & seqq.* Riminald. Jun. *consil. 53. num. 9. & 10.* Wesenbec. *consil. 86. num. 8.* Anton. Negusant. *de Pignor. part. 2. membr. 4. num. 15.* Boër. *decis. 61. num. 19.* Escobar. *dict. cap. 3. num. 23.* Cravetta *consil. 218. num. 3.* Montan.
74. *de Tutel. cap. 38. num. 113.* cumprimis si sit Tutor vel Curator Filii emancipati, Gail. *lib. 2. observat. 72. num. 15.* Montan. *dict. cap. 38. num. 114. & 115.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 129.* Mindan. *dict. cap. 49. num. 4.* Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 3. & consil. 86. num. 5.* ubi vult, Pa-
75. trem administrantem Bona Liberorum emancipatorum, prorsus ut alium

Tuto-

Tutorem ad Rationes & Inventarium teneri. Si verò Filius esset adhuc 76.
in potestate Patris constitutus, non teneretur Pater suæ administrationis rationem reddere, prout in Camera Imperiali judicatum fuit, teste Mynsing. *centur. 2. observat. 93. num. 5.* Rauchbar. *lib. 1. quæst. 30. num. 32.* de Bonis scilicet, in quibus Patri Usufructus debetur, *l. cum oportet. 6. §. non* 77.
autem. 2. & *l. fin. §. fin autem. 4. Cod. de bonis quæ liberis in potestat. &c.* Gail. *lib. 2. observat. 72. num. 16.* Johan. Brunneman. *in Authent. item hereditas. §. 2. Cod. de bonis quæ liberis in potestat. &c.* Jacob. Schultes. *ad Modestin Pistor. part 3. quæst. 126. num. 127.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 5. num. 1. 2. & 3.* eleganter Francisc. Caldas *in l. si Curatorem. verb. læsis. Cod. de in integr. restitut. minor. num. 134.* ubi multis authoritatibus probat, Patrem de pe- 78.
culio Filiifamil. adventitio, & in quo ipsi usufructus debetur, rationem reddere, & cavere de utendo boni Viri arbitrio non compelli, nisi 79.
dissipet Bona & noxiè circa ea agat, *l. 50. ff. ad SCtum Trebellian.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 2. tit. 2. artic. 21. num. 4.* Montan. *dict. cap. 38. num. 112.* quo casu & ad satisdationem tenetur, Natta *consil. 543. num. 26.* Mevius *dict. artic. 21. num. 5.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. dict. quæst. 126. num. 128.* ubi docet, si Pater dolosè in administratione versatus sit, ad Ratio- 80.
nes reddendas obligari, etiamsi Bona Filii adventitia, in quibus Usumfructum habet, administraverit.

Et hoc tenendum est, & si Pater plenam & impunitam habeat po- 81.
testatem administrandi Bona Filii in Sacris constituti, tamen hoc saltem intelligitur de solo usufructu, non verò de ipsa Bonorum substantia, quorum alienatio cum sit ipsi interdicta, de rebus ipsis rationem ad minimum reddet, Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 49. num. 6. 7. & 8.* Nicol. Boër. *decis. 61. num. 19.*

XIV. Rationem reddere debet Usufructuarius Proprietario, de re- 82.
bus in usumfructum datis.

XV. Hæres Fideicommissariis, Legatariis & Creditoribus defuncti. 83.

XVI. Procurator ad Lites. 84.

XVII. Executor Testamenti. 85.

XVIII. Sequester sive publicus sive privatus. 86.

XIX. Thesaurarius sive Exactor; de quibus omnibus vide Escobar. 87.
dict. cap. 3. num. 13. & seqq. Montan. *citat. cap. 38. num. 78. & seqq.* & de gravato Fideicommisso latissimè Vincent. Fusar. *de Fideicommiss. Substitut. quæst. 503. per tot.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 215. num. 17. & 18.* Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 3. quæst. 3. num. 1. & seqq.*

XX. Generale est, omnem hominem alterius negotia administran- 88.
tem obstrictum esse, reddere rationes, Joseph. de Sesse *Decis. Arragon. 150. num.*

num. 6. Berlich. *decis. 141. num. 2.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 3. in fin.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quaest. 126. num. 32.* Francisc. Vivius *Neapol. decis. 400. num. 1.* Hieron. Schurff. *centur. 1. consil. 65. num. 4. & 7.* Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 29. num. 11.* Marcus Anton. Natta *consil. 134. num. 3.* Franc. Niger Cyriacus *Controvers. Forens. 51. num. 57.* ubi certum esse dicit, quemlibet alienis negotiis se in gerentem, teneri ad reddendam rationem, adde Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 2.* Johan. Cephal. *consil. 678. num. 48.* Rauchbar. *lib. 1. quaest. 20. num. 37.* Matth. Wesenbec. *consil. 3. num 47.* & *consil. 47. in princ.* Camill. Borell. *in Summ. Decision. tit. 30. num. 38.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Ecclesiast. lib. 2. tit. 20. definit. 316. num. 1.* Francisc. Caldas *in l. si curatorem. verb. laesis. num. 34. vers.*
89. *facit etiam. Cod. de in integr. restitut.* Sive sit Administrator voluntarius, sive
90. necessarius, sive à Lege, Judice, vel Parte constitutus, sive etiam sine mandato administraverit, Escobar. *de Ratiocin. dict. cap. 3. num. 31.* ubi ex-
91. tendit regulam, etiamsi Summus Pontifex fuisset Administrator, adde
92. Matth. Wesenbec. *consil. 3. num. 47.* ubi latè probat, omnem Administratorem rei alienae, quomodocunque administret, vel gerat, ad rationes reddendas teneri, sive sit Administrator rei sacrae, sive prophanae, tam publicae quàm privatae, adde eundem Wesenbec. *consil. 47. num. 1. & 2.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Elector. 69. num. 1.* Farinac. *consil. 96. num. 45.* ubi
93. communem esse dicit opinionem, quòd omnes & singuli rerum gestores, sive publica sive privata, sive generalia sive particularia negotia administraverint, rationibus reddendis subjaceant: Idque Juri divino & humano consentaneum esse, probat Escobar. *de Ratiocin. cap. 1. num. 5.*
94. etiamsi esset minor, qui si administraverit alterius Bona, non habitâ ratione aetatis, ad rationis redditionem compellendus est, Menoch. *de Ar-*
95. *bitrar. Judic. cas. 209. num. 9.* Escobar. *dict. cap. 3. num. 11.* quatenus scilicet minor de jure obligari potest, Ludovic. Roman. *consil. 414. num. 2. & 4.*
96. Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 49. in fin.* etiamsi quoque essent humiles & deploratae personae, *l. 6. §. 1. ff. de edendo.* Matth. Wesenbec. *consil. 129. num. 9.*
97. quod maximè verum est, si quis promisit rationem reddere de aliqua re, uti Administrator, quo casu verbis suis fidem praestare debet, post Rotam Genuens. *decis. 58. num. 2.* Escobar. *dict. cap. 3. num. 26.*
98. Ampliatur haec Regula I. ut Administrator nec Pacto à Partibus interposito, nec Testatoris voluntate aut dispositione à rationum redditione liberari possit, Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 5. num. 11.* Michaël Grassus *Recept. Sentent. §. legatum. quaest. 40. num. 7.* Didac. Covarruvias *variar. Resolut. lib. 2. cap. 14. num. 3.* Moller. *Semestr. lib. 1. cap. 29. num. 9.* ubi communem dicit Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5.*

resolut.

resolut. 8. num. 12. Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 46.* ubi Pactum non 99.
valere dicit, quo quis promittit, nunquam exigere Rationes. Interve- 100.
niente autem isto Pacto, Promissione, vel Legato, hoc saltem consequitur Administrator, ut scrupulosa tantùm inquisitio intelligatur prohibita, ideoque nec à reliquorum solutione, nec de illo, quod dolosè gessit, liberatus esse censebitur, *l. 119. ff. de legat. 1.* ubi JCtus ait, si Servus vetitus est à Testatore reddere rationes, non hoc consequitur, ut, ne quod apud eum sit, reddat & lucrifaciat, sed ne scrupulosa inquisitio fiat: hoc est, ut negligentiæ ratio non habeatur, sed tantùm fraudium, ita sentiunt omnes Doctores modò laudati, quibus addo Barthol. Socin. *volum. 2. consil. 201. in princ.* Cravettam *consil. 193. num. 9.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 74.* Ludovic. Bellum *in consil. 114. num. 6.* Georg. Adam. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. lib. 31. tit. 7. num. 36.* Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 12. num. 22.* Francisc. Nigrum Cyriac. *Controvers. Forens. 73. num. 20. & quatuor seqq.* ubi multis textibus probat, per istas liberationes, ut- 101.
cunque generales, & per quæcunque verba conceptas, sicuti rationalis nihilòminus Libros Rationum conficere & edere cogitur, Escobar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 14.* ita quoque à reliquorum solutione ipsum non 102.
liberari, confer. Menoch. *lib. 4. præsumpt. 164. num. 1.* Mascard. *de Probation. conclus. 1252. num. 14.* magis communem dicit Hector Felicius *de Societate cap. 20. num. 10.* & *cap. 37. num. 36. & seqq.*

Illud verum est, posse Administratorem à reddendis rationibus 103.
præteritis liberari, *l. 4. in fin. princip. ff. de administrat. tutor. l. 10. in fin. ff. de legat.* Francisc. Nig. Cyriac. *Controvers. Forens. 73. num. 27.* Mascard. *de Probation. conclus. 1256. num. 1.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 58. 59. & 72.* sed per hoc non inducitur remissio reliquorum, Covarruv. 104.
variar. Resolut. lib. 2. cap. 14. num. 1. Escobar. *de Ratiocin. cap. 5. num. 3. & seqq.* Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 26. & seqq.* Pruckman. *volum. 1. consil. 42. num. 39.* hanc doctrinam communem & receptam esse dicit Michaël Grassus *in §. Legatum, quæst. 40. num. 5.* si igitur prohibuerit Testator, ab Admini- 105.
stratore exigere Rationes, eumque in Testamento generaliter liberavit, tenetur nihilòminus gestor ad Res & Bona, quæ tenet & possidet, & ad Debita & Actiones ratione Administrationis causata, nec non adquisita: Non tamen tenetur ad Res & Bona deperdita, & consumpta ex negli- 106.
gentia, vel culpa levi, & levissima, sed benè ad ea, quæ fraude & dolo neglexit, distraxitque, ita expressè Anton. Gomez. *variar. Resolut. tom. 1. cap. 12. num. 83.* quando enim quis promisit & juravit, nullam petere Ra- 107.
tionem Administrationis, sed stare simplici verbo Administrantis, nihilòminus Administrator conveniri potest Rationum reddendarum causâ, si

C quid

quid doli commiſerit, ut & ad reliqua reſtituenda, Carol. Molinæ. *ad Conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 9. gloſſ. 6. verb. rendre comte. num. 21. verſ. Idem de eo qui promiſit.* Jacob. Schulteſ. *ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 126. num. 71.* ubi addit, nul-
108. lam inter vivos factam liberationem, licèt in plena forma facta ſit, ad ea, quæ doloſè Adminiſtrator commiſit, quæque de Bonis ejus, cujus res geſſit, penès eum ſunt, porrigi, poſt Jodoc. Damhouder. *in Patrocin. Pupill. tit. de Tutor. liberat. cap. 2. num. 47. & 48.* nec ad ea in quibus culpam admiſit, Pruckman. *volum. 1. conſil. 42. num. 41.* ratio eſt pleniſſima, nam
109. etiam legatum liberationis omnibus Debitoris Creditoribus factum, non intelligitur de illis, qui poſſident res Teſtatoris, Mantica *de Conjectur.*
110. *ultimar. Voluntat. lib. 9. tit. 8. num. 15.* & in legato liberationis non veniunt illa, quæ à Debitore vindicari poſſunt, *l. Aurelius. 28. §. Mævia. 4.* & *l. fin. §. inter cætera. 1. ff. de liberation. legat.* Mantica *dict. tit. 8. num. 14.* Covarruv. *variar. Reſolut. lib. 2. cap. 14. num. 1.* ubi omnium conſenſu id receptum eſſe
111. teſtatur, Pariſ. *volum. 1. conſil. 84. num. 33. & 34.* Certè ſi quis expreſsè & ſpecialiter etiam à dolo præterito, ac reliquis in jam geſtâ adminiſtratione contractis liberatus fuerit, conventis & pactis ſtandum erit, nec etenim tunc doli aut reliquorum nomine conveniri poteſt Adminiſtrator, *l. 9. in fin. ff. de liberation. legat.* Alexand. *volum. 1. conſil. 47. num. 13.* Anton. Gomez. *dict. cap. 12. num. 83.* Mantica *de Conjectur. ultimar. Voluntat. lib. 9. tit. 8. num. 27.* Jacob. Schulteſ. *ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 126. num. 75.* ſed hoc
112. ita, ut liberatio iſta, quâ Teſtator vel Dominus remittit Adminiſtratori omnia illa, in quæ fortè Adminiſtrator ratione præteritæ Adminiſtrationis uſque ad præſentem diem condemnari poſſet, non comprehendat Pecuniam, aliaque Bona Teſtatoris vel Domini, quæ vindicari poſſunt, ita latiſſimè contra Bartolum Jacob. Schulteſ. *dict. quæſt. 126. num. 76. & ſeqq.* Mantica *de Conjectur. ultimar. Voluntat. lib. 9. tit. 8. num. 20. & ſeqq.* In Patre
113. hoc ſingulare eſt, quòd liberatio pro præterita adminiſtratione facta Patri Matrive, comprehendat etiam illa, quæ doloſè geſta ſunt, Mantica
114. *dict. tit. 8. num. 20. 21. 22. & ſeqq.* ubi addit ſecus eſſe, ſi quæſtio ſit de adminiſtratione futura, nec quoque trahenda eſſe ad illa, quæ à geni-
115. tore vindicari poſſunt: Dolus autem futurus nunquam remitti poteſt, Matth. de Afflict. *deciſ. 120. num. 6. & 7.* Celſus Bargalius *de Dolo lib. 2. cap. 2. rubr. de dolo futuro. num. 19. & ſeqq.* Si igitur Teſtator, relinquens Filiis ſuis Tutorem, mandat, ne finitâ Tutelâ exigant ab ipſo Rationem Adminiſtrationis, eâ verò exactâ, ſi condemnatus fuerit Tutor, legat ipſi tantùm de Bonis ſuis, quantum eſt illud, in quod ratione Tutelæ fuit con-
116. demnatus, hæc cautela, quæ per indirectum liberat Tutorem à dolo futuro, non eſt admittenda, uti poſt plures relatos ex communi Doctorum

ctorum opinione concludit Prosper. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. dolus futurus. num. 172.* Sed de hac quæstione, an & quando dolus circa Administrationem commissus, sive ille expressus, sive præsumptus fuerit, tum directè tum indirectè remitti possit? videndus est latissimè Cardinal. Mantica *de Conjectur. ultimar. Voluntat. lib. 9. tit. 8. num. 29. & seqq.* Farinac. *dict. verb. dolus futurus. passim per tot.* Schultes. *citat. quæst. 126. num. 76. & seqq.* 117.

Quæri hic potest, si promissum fuit per Dominum Administratori, id quod aliquando factum fuisse memini, quod in Rationibus simplici Administratoris dicto sine ulteriori probatione fides sit habenda, an hoc casu, si Librum Rationis non conficiat, contra Administratorem jurari possit in litem, an verò Libri Rationis confectionem remissam esse, dicendum sit? & per Jura allegata verius est, quod sub hoc pacto, de stando simplici dicto Administratoris, solùm censeatur liberatus à scrupulosa inquisitione, & à culpa levissima & levi, sed non à culpa lata, nec à dolo sive vero sive præsumpto, post Plotum Escobar, *dict. cap. 10. num. 21.* Molinæ. *ad Consuetud. Paris. gloss. 6. §. 6. num. 21.* Mascard. *de Probation. conclus. 1252. num. 13. & 15.* 118.

Amplia II. Etiamsi Administratores de suo impensam fecisse, & Pecuniam Dominorum non attigisse prætendunt, adhuc enim ad Rationes reddendas obligantur, Petr. Heigius *dict. quæst. 20. num. 6.* 119.

Amplia III. Procedit Regula, etiamsi redditio rationis non esset in usu, quia non valet consuetudo, quâ introductum est, quòd Tutor non teneatur rationem reddere, Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verb. d'en vendre Comte. num. 20. vers. Quod si inveniatur.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 11.* 120.

Amplia IV. Administrator per Interlocutoriam ad Rationes reddendas condemnatus, Appellans adhuc tenetur Rationes reddere, & reliqua solvere, non obstante Appellatione interpositâ, quanquam postea in Appellatione cum suis Gravaminibus audiatur; Gutierez. *lib. 1. Practicar. quæst. 37. num. 1.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 4. num. 5.* per *Novell. 123. cap. 23.* 121.

Amplia V. Mortuô Tutore aliôve Administratore, ejus Hæredes obligati sunt nihilòminus, rationes sui Patris alteriusve, cui successerunt, expungere, *l. fin. Cod. de hæred. tutor. l. 3. §. hac autem actio. 7. ff. de negot. gest.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 3. in fin.* Hector Felicius *de Societat. cap. 37. num. 2.* Cravetta *consil. 218. num. 2.* Roman. *consil. 413. num. 2.* Johan. Brunneman. *in l. si quis Presbyter. 20. Cod. de Episc. & Cler. vers. Tertiò etiam.* Hieron. Treutler. *consil. 44. num. 2. & 3.* Francisc. Bursat. *consil. 105. num. 1.* Nicol. Boër. *decis. 59. in princ.* Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 4. consil. 226. num. 10. &* 122.

consil. 335. num. 509. Carpzov. *decis. 75. num. 1. & 6.* & *lib. 5. Responsf. Jur. Elector. 69. num. 3.* & *consil. 335. num. 191.* Decian. *volum. 2. respons. 85. num. 24.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 9. 10. 11. & seqq.* Schurff. *centur. 1. consil. 65. num. 6.* Berlich. *decis. 160. num. 19.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit.*
123. *5 artic. 8. num. 8.* adeò, ut in eosdem ea ipsa transeat Actio, quæ adversus Administratorem pro Rationibus reddendis competebat, Schultes. *ad dict. Pistor. quæst. 126. num. 34.* Tiber. Decian. *volum. 3. respons. 94. num. 22.*
124. Quod adeò verum est, ut ne quidem Tutor se suosque Hæredes liberare possit per Protestationem, se rationes semel examinatas non ampliùs redditurum, Benedict. Carpzov. *decis. 75. num. 60. & seqq.* Si tamen
125. Administrator sæpius se ad reddendas Rationes obtulit, & eum, cui reddendæ sunt, ad videndum, calculandum, & examinandum easdem admonuit; per eum nihilòminus, cui reddi debuerunt, stetit, quo minus redderentur, tum ejusmodi Rationes pro redditis habentur, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1256. num. 13.* Johan. Cephal. *consil. 9. per tot.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 130.* juxta quam doctrinam bis pronunciatum, nec non à Facultate Juridica Marpurgensi responsum fuit, apud Christoph. Philip. Richter. *decis. 13. num. 24.* ubi dicit,
126. hoc casu adultum cogi posse ad liberandum Tutorem vel Curatorem, sive ratio reddatur, sive pro reddita habeatur, confer. Ferrar. *in Pract. in forma libell. ad reddend. ration. tut. vers. debitam rationem. num. 2.* Hector. Fe-
127. licium *de Societat. cap. 37. num. 3. & seqq.* ubi latè docet, si per eum stetit, cui ratio reddenda erat, ne redderetur, Administratore mortuo, ipsius Hæredem ulterius non obligari, Menoch. *consil. 988. num. 7.* Munnoz de
128. Escobar. *de Ratiocin. cap. 5. num. 95.* ubi, contra detrectantem examinare rationes, cautelam suggerit, scilicet, ut Administrator denunciet Domino, se paratum esse, ipsi reddere rationem, quam si adhuc pertinaciter dispungere detrectet, posse Administratorem à Judice petere, ut ad perpetuam rei memoriam Testes recipiat, citato illo Domino, de cujus præjudicio agitur, ac deinde ex sua parte calculatorem nominare, & præterea instare, ut alter in contumaciam Domini à Judice nominetur, coram illis Libri Rationum cum Inventariis exhibeantur, ac tandem Rationes examinentur, per *text. in l. 53. vers. liber etiam. ff. de Judic.* ubi Her-
129. mogenianus JCtus docet, Rationibus reddendis obstrictum rectè petere arbitrum, pro excutiendis Rationibus.

Quod responsum, & si de servo, qui sub conditione, si Rationes reddiderit, liber esse jussus est, loquatur, ejus tamen decisio est genera-
130. lis, omnibusque ad rationem reddendam obligatis, vel etiam timentibus forsitan, ut vel ipsi, vel ipsorum Hæredes aliquando occasione Administra-

miniſtrationis conveniantur, vel vexentur, utilis eſt, Angel. Peruſin. *in dict. l. 53. num. 1. ff. de Judic.* Erneſt. Cothman. *volum. 2. reſponſ. 83. num. 6. & 7.* Barthol. Cæpolla *Cautel. 143.* Petr. Paul. Pariſ. *volum. 1. conſil. 96. num. 30.* facit *text. opt. in l. fin. Cod. de Uſur. Pupillar.* ubi Imperatores Dioclet. & Maxim. 131. inquiunt, Pupillum quidem actione Tutelæ agere compelli non poſſe, attamen ut adverſus futuram calumniam, vel, ſi quid debeant Tutores, curſus inhibeatur Uſurarum, non prohiberi nunciationibus frequenter interpoſitis ad Judicium Pupillum vocare, ac, ſi rem diſſimulatione proferat, Actis apud Præſidem Provinciæ factis, voluntatis ſuæ rationem declarare, eoque facto tam ſibi ipſis, quam ſecuritati Filiorum conſulere. Et hoc quidem optimâ ratione, docet enim experientia, reperiri 132. Dominos, qui ſegniùs recipiunt Rationes à ſuis Receptoribus, aſtu forſan & calliditate quadam, ut eos ſemper obligatos habeant, vel mortuorum relictis Conjugi & Liberis imponere, & aliquid detrahere facilè queant, Paul. Matth. Wehner. *in Theſaur. Pract. verb.* Rechnung.

Ampliatio hæc Quinta hactenus reſtringenda eſt, ut Hæredes Ad- 133. miniſtratorum non teneantur de dolo & culpa defuncti, ideoque nec Juramentum in litem adverſus ipſos locum habet, niſi & ipſi doli vel culpæ convinci poſſint, *l. 4. Cod. de in lit. jurand. l. 2. verſ. ſin verò. & l. fin. Cod. eod.* Jacob. Schulteſ. *ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 126. num. 178.* Matth. Weſenbec. *conſil. 13. num. 35.* Jeremias Setſer. *de Jurameut. lib. 5. cap. 6. num. 23.* Benedict. Carpzov. *deciſ. 74. num. 6. & ſeqq.* quinimò Tutoris Hæredes 134. nequidem ex levi ipſius culpa, ex communi & approbata opinione tenentur, vide cum præjudicio Carpzov. *in Juriſprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 11. definit. 35. per tot.* In Sententia ergò ab illis Inventarium à Prædeceſ- 135. ſore omiſſum exigi nequit, notum enim eſt, Hæredes impoſſibilitatem conficiendi Repertorium excuſare, Benedict. Carpzov. *deciſ. 74. num. 12.* Jacob. Schulteſ. *ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 126. num. 179.* compelli interim 136. poſſunt, ut jurent, ſe nec Inventarium, nec Bona in illo deſcripta vidiſſe, multòminus ad manus ſuas perveniſſe, Borgnin. Cavalcan. *part. 1. Fivizan. Deciſ. 38. num. 1. & 14.* Alciat. *de Præſumption. regul. 2. præſumpt. 21. num. 7. & 8.* Urſill. *ad Afflict. deciſ. 330. num. 2.* & ſi palam ſit, Libros illos 137. in hæreditate defuncti fuiſſe, vel ſi militet præſumptio ſive conjectura contra Hæredes, ad Juramentum non ſunt admittendi, ſed aliis probationibus amiſſionem docere tenentur, Cavalcan. *dict. deciſ. 38. num. 14. verſ. Nec puto &c.* poſt Plotum *in l. ſi quando. 9. num. 541. verſ. Mandatarius. Cod. unde vi.* Matth. de Afflict. *deciſ. 330. num. 2.* qui dicit *text. in l. fin. Cod. de fide Inſtrumentor. §. ſed ſi quis.* ubi dicitur, jurantem ſe Inſtrumentum, quod deſideratur, non habere, id proferre haud cogi, non aliter ha-

bere locum, quàm si proferre jussus, habeat præsumptionem amissionis pro se.

138. Quando autem rationes semel productæ denuò producendæ sunt, fides haberi non potest illi, qui earum amissionem allegat, & hunc casum simpliciter Juramento probare desiderat, Afflict. *dict. decis. 330.* &
139. Ursill. *in notis uterque num. 2.* Et hoc casu verum est, Hæredes Tutoris administratæ Tutelæ rationem reddentis ipsius administrationis Librum exhibere debere, & ad eum edendum, casu quo nollent, cogi etiam posse, uti amplissimè multis rationibus monstrat Johan. Cephal. *consil. 674. num. 14. cum multis seqq.* Nicol. de Passeribus *de privata Scriptura lib. 4.*
140. *de Libris Tutor. num. 33.* Quomodo interim amissio Instrumenti probetur? vide Mascard. *de Probation. conclus. 88. & conclus. 909. utrobique per tot.*
141. Tandem etiam Administratoris Hæredes de dolo, lata & levi culpa Administratoris tenentur: (1.) Si ante ejus obitum lis cum defuncto
142. fuerit contestata. (2.) Si ex tali culpa dolove quid ad Hæredem pervenerit, Matth. Wesenbec. *consil. 226. num. 31. 32. & 33.* Carpzov. *decis. 74. num. 14. & 15.*
143. Amplia VI. Alienarum rerum Administratores adeò tenentur suæ gestionis reddere rationem, ut pro officio administrationis Bona propria, si Debitores existant, Pignoris nexu tacitè Domino obligentur,
144. *l. 20. Cod. de administrat. tutor. Novell. 118. cap. 5. in fin.* etiam pro neglectis, Escobar. *de Ratiocin. cap. 39. num. 1.* Mantica *de tacit. & ambig. Convention. lib. 11. tit. 16. num. 1. in fin.* Statilius Pacific. *de Salviano Interdict. inspect. 3. cap. 4. num. 49.* Negusant. *de Pignor. part. 2. membr. 4. num. 7. in fin.* Mercurial. Merlin. *eod.*
145. *tractat. lib. 3. quæst. 27.* idque in omni ad rationis redditionem obligato verum esse scribit Caspar. Anton. Tessaur. *lib. 2. quæst. forens. 84. num. 7.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 282. num. 20. & seqq.* Merlin. *dict. lib. 3.*
146. *quæst. 3. num. 3.* dissentit Menoch. *consil. 851. num. 46.* non tantùm ratione Bonorum descriptorum in Inventario, verùm etiam ratione Fructuum & Redituum ex illis perceptorum, Octavius Cacheran. *decis. 1. 29. num. 10.* Vincent. de Franchis *decis. 374. num. 5.* Escobar. *dict. cap. 39. num. 2. in fin.*
147. Merlin. *de Pignor. citat. quæst. 2. num. 10.* & omnium aliorum actuum ab ipsis gestorum, Gutierez. *de Tutel. part. 2. cap. 16. num. 11. in fin.* Merlin. *de*
148. *Pignor. dict. quæst. 2. num. 50.* quæ quidem Hypotheca incipit non à die malæ gestionis, sed ab initio susceptæ administrationis, *l. 6. §. fin. Cod. de bonis quæ liber. &c. l. 6. §. omnibus. 2. Cod. de secund. nupt.* Cravetta *consil. 230. num. 4.* Surd. *consil. 7. num. 18.* Negusant. *de Pignor. part. 2. membr. 4. num. 12.* Gutierez. *de Tutel. part. 2. cap. 16. num. 31.* Montan. *eod. tractat. cap. 31. num. 20.* Mantica *de tacit. & ambig. Convention. lib. 11. tit. 16. num. 18.* Pacific. *de Salvian.*

Inter-

Interdict. inspect. 3. cap. 4. num. 488. Merlin. *de Pignor. lib. 3. quaest. 4. num. 8. & per tot.* Caspar. Anton. Tessaur. *lib. 2. quaest. forens. 84. num. 9.* idque in omni Administratore etiam in Patre verum esse tradit Gutierez. *dict. cap. 16. num. 27. in fin.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 53. num. 4. & 5.* Merlin. *citat. cap. 4. num. 9.* 149.

Et hæc quidem Hypotheca tacita non ad Bona, tempore suscepti officii possessa, sed ad illa etiam extenditur, quæ Administrator postea acquisivit, Gutierez. *de Tutel. dict. cap. 16. num. 30.* Merlin. *de Pignor. lib. 3. quaest. 2. num. 64. 65. & 66.* 150.

Limitatur Conclusio 1. In Administratore unius rei, quæ nec Reditus nec Impensas habet, *l. 3. Cod. de in litem dando tutore.* Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 15.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 15. in princ.* Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 22.* 151.

Rectè additur, quæ nec Reditus nec Expensas habet, Curator enim etiam ad unum actum datus, licèt reliquorum Bonorum administrationem nullam habeat, ejus tamen actus, ad quem datus est, rationem reddere cogitur, Faber. *in Cod. lib. 5. tit. 26. definit. 5. num. 1.* Johan. Garf. *de Expens. dict. cap. 20. num. 22.* 152.

Limitatur 2. Si fortè non expediat ei, cujus res administrantur, vel Inventarium, vel Libros Rationum confici, *l. 2. §. tractari. ff. de administrat. tutor.* Balthasar. *ad Jus Bavar. dict. tit. 5. resolut. 8. num. 15.* post Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num 65.* Garsias *dict. num. 22.* 153.

Limitatur 3. Fidejussor datus Tutelæ aut Curationis nomine, licèt exceptioni Ordinis, Fidejussorum more, expressim renunciaverit, si tamen Tutelam curamve gessisse non probetur, ad Rationes reddendas conveniri non potest, sed satis consultum est, sive impuberi sive minori, quòd, postea quam Tutorem constituerit Debitorem, Fidejussorem indemnitatis nomine obligatum habeat, id est, ad hoc, ut præstet reliqua, & quidem primo loco, si renunciaverit exceptioni Ordinis, vide Fabrum *in Cod. lib. 5. tit. 33. definit. 2. & definit. 5. per tot.* & Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 168. num. 5. & 6.* ubi præjudicium adducit, & idem quoque locum habere dicit in Procuratoribus Fabricæ Rerum Ecclesiasticarum, nec non in Rectore Ecclesiæ, & in Curatore. 154. 155.

Limitatur 4. Quando cessat causa, propter quam rationum redditio introducta fuit, id est, reliquorum præstatio. Si ergò nulla apud administrationem reliqua inveniantur, ad rationum examen vocari non potest, *l. 50. in princ. vers. hanc conditionem. ff. de condition. & demonstrat. l. 69. §. 4. ff. de eviction.* Marc. Anton. Natta *consil. 338. num. 9.* Hieron. Gratus *volum.* 156.

volum. 2. respons. 140. num. 17. post Gl. Bald. Salicet. Castr. & Cynum, Riminald. Jun. *consil. 338. num. 11.* Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 79. num. 47.* ubi dicit, si nulla sint reliqua, nec aliquid restituendum sit, non esse reddendam Rationem, Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 132.*
157. *& duobus seqq.* Idque in Matre potissimum verum est, quæ propter modica ex reliquis apud ipsam existentia rationum redditione oneranda non est, ita per *l. 88. ff. de solution.* Tiber. Decian. *dict. respons. 79. num. 48.*
158. Limitatur 5. Is qui rem vel Bona alterius invicem & loco Alimentorum possidet, iisque fruitur, ad rationes reddendas nemini obligatur,
159. Ernest. Cothman. *volum. 4. respons. 39. num. 69.* qualis in specie est Usufructuarius, qui tantùm satisdat, se re boni Viri arbitratu, salvâ ejus substantiâ, usurum, *l. 1. & tot. tit. ff. usufructuar. quemadm. caveat.*
160. Ad restitutionem verò ipsarum rerum, & quin de illis respondere teneatur, nullum est dubium, *l. 8. §. 4. vers. item de re. ff. qui satisdare cogantur.*
161. Limitatur 6. Huc referuntur illi, qui prædia aliena Jure Antichreseos possident. Hi enim sinè ulla Rationum reddendarum Lege Fructibus & Reditibus utuntur, etiamsi modum Usurarum legitimarum in aliquo excedant, *l. 11. §. 1. ff. de pignor. l. 11. & l. 14. Cod. de usur.* Roland. à Valle *volum. 2. consil. 96. num. 28.* Mynsing. *centur. 6. observat. 71. num. 1.* Altorff. *consil. 4. per tot.* Cothman. *volum. 4. respons. 39. num. 78.* Gail. *lib. 2. observat. 3. num. 1. & seqq.* Idque immemoriali Germaniæ Consuetudine receptum est, Frider. Martini *de Annuis Reditibus cap. 1. num. 177.* Bernhard. Greven.
162. *lib. 2. Practicar. conclus. 3. num. 3. vers. detenta.* Sed hoc ita, si incertus sit fructuum percipiendorum eventus, tunc enim hanc pactionem Leges admittunt, & non aliter, Mynsing. *dict. observat. 71. num. 2.* & *respons. 2. num. 99.* Greven. *dict. conclus. 3. num. 5.* Johan. Köppen. *quæst. 22. num. 13.*
163. & præterea Debitori facultas reluendi Pignus concedatur, Gail. *lib. 2. ob-*
164. *servat. 3. num. 3.* Cæterùm, de hac antichreseos materia, videatur ex professo & latissimè Frider. Martini *de Jure Censuum cap. 1. num. 124. & multis seqq.* Matth. Berlich. *decis. 170. per tot.* & fusius Christoph. ab Hagen *de Usu Usurarum cap. 11. per tot.*
165. Limitatur 7. Cùm Inventarii confectio, & Rationum redditio à pari procedant, hinc, qui non tenetur ad Inventarium faciendum, is quoque à Rationibus reddendis regulariter immunis est, ac vice versâ, Barthol. *in l. 1. §. 3. vers. de servis. ff. de tutel. & ration. distrahend. num. 1.* Ernest Cothman. *volum. 4. respons. 39. num. 72.* Altorff. *consil. 1. pag. m. 4. & 5.*
166. *vers. planè Inventarium.* Nam remissâ vel cessante rationum redditione, etiam confectio Inventarii deficit, Altorff. *dicto loco.* Zas. *lib. 2. consil. 18. num.*

num. 225. Joh. Petr. Surd. *decis. 194. num. 5.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 411. num. 19.* Damhouder. *in Patrocin. Pupill. cap. 4. num. 16. & 17.* Matth. Wesenbec. *consil. 3. num. 44.* Ernest. Cothman. *volum. 4. respons. 39. num. 72.* Andreas Rauchbar *part. 1. quæst. 20. num. 29.* Joh. Gryphiander *in Oeconom. Legal. lib. 2. cap. 3. num. 50. & 57.* Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 12. num. 21.* & *conclus. 50. num. 70.* Petr. Frider. Mindan. *de Processʃ. extrahend. lib. 2. cap. 69. num. 7.* Frider. Pruckman. *volum. 5. consil. 47. num. 118.* Bened. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 4. num. 1. & seqq.* Hanc opinionem veriorem esse dicit Daniel Moller *Semestr. lib. 1. cap. 39. num. 6. & 7.* etiamsi contra sentiant, Joh. Baptista Plotus *in repetit. l. si quando. 9. §. 4. num. 84. & §. 5. num. 32. Cod. unde vi.* Cavalcan. *de Tutor. num. 206.* Ferrariensf. *in Pract. in form. libell. ad reddend. ration. verb. in suo ultimo Testamento. num. 15.*
Sed hoc non ita crassè & judaicè accipiendum esse, quasi Tutor omninò non teneatur reddere Rationes, sive malè sive benè administraverit, 167.
sed teneri quidem reddere Rationes, modum autem rationi exigendæ adhiberi, ut scilicet culpa & negligentia, non etiam dolus remissus censeatur, & ne in Rationum redditione fiat scrupulosa inquisitio, dicit per *l. 119. ff. de legat. 1.* Berlich. *dict. conclus. 12. num. 22.*

LOCUS SECUNDUS.

Pluribus Administratoribus constitutis, an quilibet in solidum vel pro parte administrata teneatur?

SUMMARIA.

1. *Tutores singuli constituti esse dicuntur in solidum.*
2. *Idem dicendum est de omnibus aliis Administratoribus.*
3. *Et de singulis in officio publico vel privato constitutis.*
4. & 6. *Administratores in solidum administrantes, in solidum quoque pro reddendis rationibus possunt conveniri.*
5. *Adeò ut ob factum unius alter teneatur.*
7. *Administratores Civitatis pro Correis habentur, & tenentur in solidum.*
8. *Si unus ex Administratoribus totum solvit, illi Actio competit adversus Collegam.*
9. *Nisi fuit doli conscius, vel damnum subsecutum prævidere potuit, & non prævidit.*
10. *Etiam Hæredes Administratorum in solidum tenentur reddere Rationes, sed ad solutionem reliquorum non nisi pro Partibus condemnantur.*

11. *Administratores singuli in solidum tenentur, sive sint paris potentia, authoritatis, & principales, sive potentia inaequalis.*
12. *Principalem de famuli sibi adjuncti factis obligari, Juri contrarium est.*
13. *Si unus ex pluribus solus administrans Rationes reddere solus debet, caeteri in subsidium tantùm tenentur.*
14. *Ita quoque, licèt ex pluribus Administratoribus Civitatis singuli in solidum obligantur.*
15. *Priùs tamen excutiendus est, qui malè administravit, & si is non est solvendo, ipsius Collega convenitur.*
16. *Ut is, qui gessit, prius conveniatur ante Tutorem non gerentem, suadet aequitas naturalis.*
17. *Procedit hoc in omnibus, sive publicis sive privatis Administratoribus.*
18. *Ordo iste non servatur, quando gerens gessit ex mandato non gerentis.*
19. *Tutelam gessisse dicitur, qui alii gerendam mandavit.*
20. *Tacitum mandatum hoc casu non sufficit.*
21. *In neglectis communis est culpa, gerentis, & prorsus non gerentis.*
22. *Idem Ordinis beneficium non competit, si non gerens ob neglecta convenitur.*
23. *Sed hoc verum est de neglectis, quae non sunt connexa rebus gestis.*
24. *In illis, quae gestis connexa sunt, beneficium Ordinis conceditur.*
25. *Administrator qui non gessit, priùs quàm Heres gerentis convenitur.*
26. *Si, computatis Rationibus, Pecunia deficit, tunc Solutio ab utroque pro aequis portionibus exigitur.*
27. *Administratoribus competit exceptio Ordinis, & Excussionis, quâ petit non administrans, ut priùs conveniatur is, qui administravit.*
28. *Tutor ex Contutoris facto conventus, potest exceptionem Ordinis opponere, & petere, ut priùs Contutor administrans, si solvendo fuerit, conveniatur.*
29. *Casus proponitur, & deciditur.*
30. *Singuli Tutores sunt Debitores de actibus à se gestis.*
31. *Si aliquis ex Administrantibus sit solvendo, postea prius quàm adultus petat rationem sibi reddi, efficiatur non solvendo, caeteri Coadministratores non tenentur pro ejus parte.*
32. *Volens se eximere à solutione partis ad Contutorem spectantis, probare debet, hunc finitâ Tutela fuisse solvendo.*
33. *Divisionis exceptionem opponens, tenetur probare, caeteros esse solvendo.*
34. *Tempore scilicet finita Tutela.*
35. *Unus Tutor conventus, potest petere, ut Contutores, qui solvendo esse negantur, in Judicium vocentur, atque de eo cognoscatur.*
36. *Tutor idoneam satisdationem, ut scilicet suo periculo Contutores citentur, atque conveniantur, offerre & praestare potest.*

37. Quan-

37. *Quando Tutores simul administrarunt Tutelam, Ordinis beneficium locum non habet.*
38. *Divisionis tamen exceptio opponi potest.*
39. *Ordinis beneficium locum habet in casibus, quando Tutores plures in solidum obligati sunt.*
40. *Si Tutores in solidum obligati non sunt, tum alter ex alterius facto non tenetur, sed quilibet pro sua administratione.*
41. *Si divisio rei gerendæ à Testatore vel Judice facta est, tunc alter ex alterius facto non tenetur.*
42. *Nisi alter malè administrantem uti suspectum non accusaverit.*
43. *Excipiuntur quatuor casus remissivè.*
44. *Qui gerunt negotium ex voluntate & ultro, in solidum non obligantur.*
45. *Neque plures Tutores post Pupillorum pubertatem in Tutela continuantes.*
46. *Tutores vel Administratores tenentur in solidum, si ipsimet Tutelam vel Administrationem inter se diviserunt.*
47. *Potest tamen hoc casu Tutor in solidum conventus beneficium Divisionis, sed non Ordinis, opponere.*
48. *Pluribus Tutoribus vel Administratoribus existentibus, non admittitur unus sine altero rationem reddere, etiamsi Tutelam inter se diviserint.*
49. *Ratio reddita non videtur, si omnium Rationes non reddantur, nec satis est, unum pro una, alterum pro altera parte reddere.*
50. *Dominus sive Pupillus omnes Tutores simul, & non unum solum, pro Rationibus reddendis convenire debet.*
51. *Iniquitatem ostendit, qui unum solum ex Administratoribus & non omnes simul vult convenire.*
52. *Nisi uni sit commissa Administratio, vel divisa à Judice.*
53. *Casus quotidianus proponitur.*
54. *Et hujus casus decisio.*
55. *Exceptio Ordinis & Divisionis etiam in Executione cum effectu opponi potest.*
56. *Ut tamen ante litem contestatam fiat, consultius est.*
57. *Si nullus Tutorum administravit, tunc omnes in eadem sunt causa, ut in solidum teneantur.*
58. & 59. *Si omnes Tutores simul gesserunt, & omnes solvendo sunt, æquum est, dividi actionem inter eos proportionibus.*
60. *Hoc etiam de omnibus aliis Administratoribus dicendum est.*
61. *Tutor exceptionem Divisionis opponens, si non audiatur, appellare potest.*
62. *Actio Tutelæ ob dolum communem intentata, beneficium Divisionis admittit.*
63. *Heredes Tutoris proportione quidem Hereditatis, & non ultra obligantur, sed hoc non est verum in puncto redditionis Rationum.*

 64. *Hæres*

64. *Hæres in solidum conventus ad reddendas Rationes, Divisionis beneficio se tueri nequit.*
65. *Si Dominus vel adultus transigit cum aliquo Tutorum vel Administratorum, quem priùs convenire debuisset, alii non tenentur.*
66. *Modò iste solvendo sit.*
67. *Administratores publici non tantùm de facto suo, sed & de facto Collegarum & Sub-Curatorum respondent.*
68. *Nec ideo excusantur, quòd aliis mandarint negotium.*
69. *Sic & negotii publici gestores factum Collegæ implicat.*
70. *Sed hoc ita, si suspectum Collegam non removerint, vel aliter cessaverint in avertendis publicis incommodis.*
71. *Si publici Administratores alii rem sibi expediendam mandarunt, coguntur de hujus facto respondere.*
72. *Substitutus ab Officiali publico ad officium exercendum, exercet illud periculo Substituentis.*
73. *Substituenti imputatur, quod non magis idoneum & diligentem elegerit.*
74. *Idque in omnibus Administratoribus verum est.*
75. *Et extenditur ad Procuratores.*
76. *Excusandus tamen est Administrator, communi opinione idoneum substituens.*
77. *Ille quoque, qui, necessitate urgente, aliquem substituit, si culpæ latæ vel levis redargui non potest, culpandus non est.*
78. *An & quando Domini ex Persona Familiæ delinquentis conveniri possunt? remissivè.*
79. *Item, an & quatenus Dominus ex Contractu Institoris, vel Tutoris conveniri possit & è contra?*
80. *Tutor in Rationum redditione propriâ tantummodo facta, non etiam Patris Pupilli justificare tenetur.*
81. *Casus proponitur & deciditur.*
82. *Istius temporis periculum, quod ante susceptum Tutelæ onus evenit, ad Tutorem non pertinet.*
83. *Ea, quæ gessit Judex, Tutores non onerant, nec factum alterius alteri præjudicat.*
84. *Indoctis Judicibus quasi commune, & quodammodo innatum est, ut ab opinione semel concepta non facilè recedant.*
85. *Contra Jus & rationem est, Successorem in officio debitis ab Antecessore contractis illaqueare.*
86. *Debita à Domino agnita, eorumque Usuras Administrator solvere potest & debet.*
87. *An Quæstor sive Ærarii Receptor nomina ab Antecessore non exacta, exigere, & rationibus inferre cogatur.*

88. *Nemo*

88. *Nemo alterius facto prægravandus est, ac non nisi suæ administrationis ratio ab Administratore vel Tutore exigitur.*
89. *Qui tempore sui officii Salarium accepit, nominum Usuras tempore officii sui maturas exigere debet.*
90. *Periculo Quæstoris ab officio discedentis Successor exactionem facere, Antecessor verò ex æquo & bono Successoris labores certo stipendio sublevare debet.*
91. *Successor nomina ab Administratore agnoscens, illorum periculum in se transfert.*
92. *Constare autem debet de agnitione, nec simplex assignatio sufficit.*
93. *Antecessoris culpa & negligentia Successorem implicat, si ipse ex hoc conveniatur, quòd in tempore rationes non exegit, vel per desidiam prioris facti se participem fecerit.*
94. *Casus propositur & deciditur.*
95. *Quod insequitur post officii translationem, Administrationis officiô finitô ad Commissarium non pertinet.*
96. *Pecuniæ ab uno Administratorum exigendæ, ne quidem à Collega, multòminus ab alio exigi, aut illi solvi possunt.*
97. *Unus Officialis alterius officio se non debet intromittere.*
98. *Invito vel ignorante Tributorum Exactore alii solventes obligationis nexum non evitant.*
99. *Alieno Creditori solvens, exceptione Solutionis factæ adversum primum se defendere nequit.*
100. *Exceptio Compensationis Tributorum Exactori frustrà opponitur.*
101. & 102. *Creditum alterius mihi non tribuit Compensationis beneficium.*
103. *Quæ post Administratoris officium eveniunt, & facta sunt, Administratori non nocent.*
104. *Mora ab alio commissæ pœnam alius non portat.*
105. *Administrator contrahens nomine officii, finito officio tanquam Debitor conveniri non potest.*
106. *Ne quidem publicus Administrator.*
107. *Contrahens tanquam Administrator, nomine officii contraxisse censetur, etiamsi id in Instrumento non exprimatur.*
108. *Tutores, Curatores, & similes nomine alieno intervenientes, de suo non tenentur.*
109. *Mutuo sumens pecuniam nomine Domini, nomine proprio non obligatur.*
110. *Administrator Exemptionis Venditionis Contractu, etiam nomine Domini celebrato, pretium recipiat.*
111. *Sed hoc ita, si Dominus ex illo Contractu obligatus est.*
112. *Institor seu Factor ex suo Contractu finito officio conveniri non potest.*
113. *Neque Procurator ad negotia.*

1. REgula sit 1. Si plures dati sint Tutores, & nulla facta fuerit mentio, pro qua parte quilibet administrare debeat, singuli constituti esse dicuntur in solidum, *l. 5. Cod. arbitr. tutel.* Garsias Mastrill. *Decis. Sicil. 41. num. 1. 2. 3. & 4.* Michaël Angel. Gizzius *in Notis ad Capyc. Latro lib. 1. decis. 13. num. 7.* Matth. Wesenbec. *consil. 120. num. 1. 4. & 5.* Marcus Anton. Natta *consil. 428. num. 2. & seqq.* Philip. Decius *consil. 297. num.*
2. *102.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Elector. 69. num. 24.* Idem dicendum est de omnibus aliis Administratoribus, ad expedienda negotia deputatis, si enim hisce commissa est administratio non divisa, cuilibet censetur administratio concessa in solidum, adeò, ut unus sine alio possit actum expedire, *l. 1. §. 13. ff. de exercitor. action.* Natta *dict. consil. 428. num. 2.* post Bartol. Bald. Salicet. Castrens. Angel. & alios, Alexand. Trentacinq. *variar. Resolution. lib. 2. tit. de Procurator. resolut. 1. num. 13.* David Döring. *in Biblio-*
3. *thec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 404.* qui omnes hoc extendunt ad omnes, qui sunt in Officiis authoritate vel utilitate publicis, item authoritate publicis, sed utilitate privatis, uti in Tutoribus & Curatoribus.

Regula

Regula 2. Administratores hi, quibus in solidum commissa est administratio, in solidum quoque possunt à Domino pro expungendis & reddendis Rationibus conveniri, *L. 3. ff. de curat. bon. dand.* Losæus *de Jure Universitat. part. 1. cap. 3. num. 119.* Vincent. Carocius *de Excussion. Bonor. part. 2. quæst. 8. num. 1.* per *l. 3. ff. de negot. gest.* Alexand. Trentacinq. *de Procurator. dict. resolut. 1. num. 14.* 4.

Sicuti enim regulariter plures Tutores in solidum obligantur, & 5.
ob factum unius alter, quem elegerit Pupillus, conveniri potest, *l. 55. in princ. l. 33. §. 2. ff. de administrat. tutor.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 6. num. 3. & 8.* Johan. Schneidewin. *ad §. si ex Testamento. 12. Institut. de satisdat. tutor.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. tit. 8. Respons. Jur. Elector. 69. num. 24.* Hieron. Treutler. *consil. 44. num. 19. & 20.* Ita quoque Officium & Administratio 6.
pluribus commissa, ita illis individuè & in solidum commissa esse dicitur, ut ex continentia individuæ actionis singuli in solidum rectè conveniantur, Petrus Frider. Mindan. *de Processs. extrahend. lib. 3. cap. 17. num. 25.* Et de Administratoribus Civitatis, quòd pro Correis habeantur, de 7.
quibus vulgò dicitur, quòd teneantur in solidum, tradit Carpzov. *lib. 5. tit. 8. Respons. Jur. Elector. 91. num. 12. & 13.* cum hoc tamen moderamine, 8.
quòd si unus totum solverit, etiam non factâ cessione, ipsi Actio competat adversus Collegam, Carpzov. *dict. respons. 91. num. 15.* Losæus *de Jure Universitat. part. 1. cap. 13. num. 119.* Vincent. Caroc. *dict. quæst. 8. num. 4.* ubi vult, principalem conventum, si fuerit doli conscius, vel providere potuit, damnum subsecutum, & non providit, dici esse in culpa, & non habere repetitionem. 9.

Extenditur hæc Regula 1. ad Hæredes, qui propter indivisibilitatem ratiocinii in solidum tenentur reddere Rationes, sed ad solutionem reliquorum non nisi pro partibus suis condemnandi sunt, prout Mechliniæ judicatum fuit, teste Paulo Christinæ. *volum. 3. decis. 163. num. 1. in fine.* 10.

Extenditur 2. Sive ambo Administratores sint paris potentiæ, authoritatis, & principales, sive potentiæ inæqualis, puta, quòd unus sit à publico electus principaliter, & alter subalternatim & in auxilium, & ut minister illius, quia Principalis conveniri poterit propter culpam illius ministri, & de ipsius dolo, Vincent. Caroc. *de Excussion. Bonor. part. 2. dict. quæst. 8. num. 5.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 407.* Verùm ego hanc ampliationem, quâ, Principalem de famuli 12.
sibi à publico adjuncti factis in solidum obligari, docent Carocius & Doring, Juris Constitutionibus contrariam esse puto, per paulò post & alibi dicenda. 11.

II. Regula

13. II. Regula si unus ex pluribus solus administravit, tunc Administrans Rationibus reddendis solus obnoxius est, & alter in subsidium tantùm tenetur, sive sint Administratores publici, sive privati, *l. 2. Cod. si tutor non gesserit. l. 13. ff. ad municipal.* Bursat. *consil. 299. num. 10.* Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 4. num. 12. 13. & 14.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 280. num. 18.* Riminald. Jun. *consil. 576. num. 10.* Hector Capyc. Latro *lib. 1. decis. 13 num. 2.* Paul. Montan. de Administratoribus Civitatis loquens, *in tractat. de Tutel. cap. 39. num. 151.* Trentacinq. *dict. resolut. 1. num. 15.* Eruditiss. Dn. David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 2. artic. 3. in princ. num. 41. & 42.*
14. ubi dicit, ex pluribus Administratoribus Civitatis constitutis, singulos quidem in solidum obligari, per *l. 2. §. Jus Reipublicæ. 8.* & *l. 4. ff. de admi-*
15. *nistrat. rer. ad Civitat. pertinent.* priùs tamen excutiendum esse, qui perperam administravit, illo non solvendo existente, posse Collegam conveniri, per *l. 1. Cod. quo quisque ordin. conveniatur. l. 3. Cod. de conveniend. Fisci debitor.* atque ita judicatum fuisse, testatur Nicol. Boër. *decis. 60. num. 1. & 2.* & Christoph. Philip. Richter *decis. 55. num. 14. vers. sic etiam.* addo *text. express. in l. 8. Cod. de administrat. & peric. tutor. l. 3. §. 2. ff. eod.* Johan. Zanger *de Exception. part. 2. cap. 16. num. 15.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 6. num. 27.* Matth. Berlich. *part. 2. Practicar. conclus. 12. num. 39.* Petr. Frider. Mindan.
16. *de Process. extrahend. lib. 3. cap. 17. num. 26.* atque hanc ordinis rationem, videlicet ut is, qui gessit, conveniatur ante Tutorem non gerentem, ipsa naturalis æquitas persuadet, Hartman. Pistor. *dict. quæst. 6. num. 29. & 30.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 11. num. 5. in fine.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 26.*

17. Extenditur Regula, ut vera sit in omnibus sive publicis sive privatis Administratoribus, ita contra Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 33.* in privatis rationalibus contrarium defendentem, concludit Escobar. *de Ratiocin. cap. 4. num. 14. & seqq.* Christoph. Besold. *part. 5. consil. 208. num. 20.*

18. Declaratur autem 1. Ut non procedat, quando gerens gessit ex mandato non gerentis: cum enim non gerens hoc casu habeatur, ac si gessisset, mirum non est, cur Ordinis beneficium ipsi non competat,
19. *l. 55. §. 2. ff. de administrat. tutor.* ubi Tutelam gessisse is dicitur, qui alii ge-
20. rendam mandavit, Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 6. num. 32.* ubi tacitum mandatum hoc casu non sufficere docet.

21. Declaratur 2. Ut non habeat locum, quotiens is, qui non gessit, ideo convenitur, quod quædam neglecta fuerint, cùm enim in his neglectis communis sit culpa gerentis quædam Tutelæ negotia, & prorsus
22. non gerentis, *l. 2. in fin. Cod. si tutor non gesserit.* ideo hoc casu non gerens bene-

beneficio Ordinis ſeſe tueri non poterit, *l. 39. §. 12. ff. de administrat. tutor.* Mindan. *dict. cap. 17. num. 26.* Hartman. Piſtor. *dict. quaeſt. 6. num. 33.* ubi *num. ſeq.* hoc accipiendum eſſe dicit de neglectis, quæ non ſunt conjuncta, 23. vel connexa rebus geſtis. Nam in his, quæ geſtis connexa ſunt, bene- 24. ficium Ordinis etiamnum integrum remanere Tutoribus probat, Piſtor. *dict. num. 34.*

Declaratur Regula 2. In Hæredibus Adminiſtratorum. Illis enim 25. hoc beneficium conceſſum eſt, ut priùs Adminiſtrator, qui non geſſit, quàm Hæres gerentis debeat conveniri, argum. *l. 40. ff. pro Socio.* Eſcobar *de Ratiocin. cap. 4. num. 15.* Chriſtoph. Beſold. *part. 5. conſil. 208. num. 19.* Sed hoc ita, ut, ſi computatis rationibus Pecuniam deficere deprehen- 26. datur, Solutio ab utroque pro æquis portionibus exigenda ſit, Eſcobar *dict. cap. 4. num. 16.*

Ex dictis facilè conſtat, quòd Tutoribus, Curatoribus, aliisque 27. Adminiſtratoribus competat exceptio Ordinis & Excuſſionis, quâ petit & urget non adminiſtrans, ut priùs conveniatur is, qui adminiſtravit, &, eo non reperto ſolvendo, demum ille in ſubſidium teneatur, qui ab adminiſtratione abſtinuit, Hartman. Piſtor. *allegat. quaeſt. 6. num. 1.* Berlich. *citat. concluſ. 12. num. 39.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 11. definit. 36. num. 2.* quod etiam procedit, ut Tutor non ex proprio ſed 28. Contutoris facto conventus, poſſit eò rem deducere, ut Actor priùs Contutorem, de cujus facto quæritur, ſi quidem is ſolvendo fuerit, convenire, & eundem excutere cogatur, *l. fin. Cod. ſi tutor vel curator non geſſerit. l. fin. Cod. de dividend. tutel.* Hartman. Piſtor. *dict. quaeſt. 6. num. 1.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. Reſponſ. Jur. Elector. 92. num. 13.* Ex quibus Juribus 29. aliquando in cauſa Valentini Hatzfeldii, hujus loci nunc Grammatei & Notarii Publici, ſuos Tutores ob amiſſa vaſa argentea convenientis, concludendum erat, alterum Tutorem Johannem Becker abſolvendum, & alterum Henricum Senſenſchmid in ſolidum condemnandum eſſe, ſi hoc verum eſſet, mobilium Pupillarium adminiſtrationem & directionem apud Senſenſchmidium tantùm ſtetiſſe, confer. Tiber. Decian. *volum. 1. reſponſ. 11. num. 35.* Cothman. *volum. 2. reſponſ. 83. num. 167.* utrobique volunt, ſingulos Tutores eſſe Debitores de actibus à ſe geſtis. 30.

In tantum hoc Ordinis beneficium patrocinatur pluribus, rem alie- 31. nam gerentibus, ut ſi aliquis ex illis, qui adminiſtraverunt, ſit ſolvendo, poſtea, priùs quàm adultus, fortè cum Tutoribus litem inſtituens, petat rationem ſibi reddi, efficiatur non ſolvendo, cæteri Coadminiſtratores non teneantur pro ejus parte, ſed mora adulto imputetur, per *l. 1. Cod. de dividend. tutel.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 139.* Michael An-

gelus Gizzius *in Notis ad Hector. Capyc. Latro part. 1. decis. 13. num. 10.* ubi *num.*
32. *seq.* volenti se eximere à solutione partis ad Contutorem spectantis, onus probandi imponit, hunc Contutorem scilicet, finitâ Tutelâ, fuisse solvendo, post Jacob. Cancer. *variar. Resolut. lib. 1. cap. 7. de Tutor. num. 45.*
33. Idque indifferenter verum est, scilicet quòd Divisionis exceptionem opponens, teneatur probare, cæteros esse solvendo, Hartman. Pistor. *citat.*
34. *quæst. 6. num. 14.* tempore finitæ Tutelæ, licet non probet, eos fuisse solvendo tempore Litiscontestationis, Montan. *de Tutel. cap. 36. num. 152.* Cothman. *volum. 2. respons. 83. num. 87.* Caroc. *de Excuss. Bonor. part. 2. quæst. 1.*
35. *num. 29.* Interim non omittendum est, posse Tutorem unum conventum petere, ut cæteri, qui solvendo esse negantur, in Judicium vocentur, atque cognoscatur, utrum solvendo sint nec ne, *l. fin. ff. de quib. reb. ad eund. Judicem.* post Accurs. Odofred. & Cujac. Cothman. *dict. re-*
36. *spons. 83. num. 163.* Deinde & idem Tutor conventus, & Divisionis beneficium opponens, si ei regeratur, cæteros Contutores non esse solvendo, idoneam satisdationem, ut scilicet suo periculo Contutores citentur & conveniantur, offerre, & præstare potest, atque tunc Contutores in Judicium vocandi sunt, *l. 10. ff. de Fidejuss.* Cothman. *dict. respons. 83. num. 164.*

37. Restringenda est hactenus Regula, si simul administrarunt Tutelam, tunc inter ipsos Ordinis beneficium locum non habet, *l. 1. §. nunc tractemus. 10. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 8.*
38. *num. 6.* Garsias Mastrill. *Decis. Sicil. 41. lat. 2. num. 5. & 6.* Divisionis tamen exceptio concedenda est, Pistor. *dict. num. 6. in fine.*

39. Regula III. Ordinis consideratio in illis solum casibus locum habet, in quibus agitur de pluribus Tutoribus in solidum ita obligatis, ut ob factum unius alter Tutorum, quem elegerit Pupillus, conveniri possit, *l. 55. in princ. l. 33. §. 2. ff. de administrat. tutor.* Benedict. Carpzov. *in Juris-*
40. *prud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 26. num. 3.* etenim, si in solidum obligati non sunt, nec inter eos periculum est commune, tum alter ex alterius facto, ne ipso quidem Jure tenetur, sed quilibet pro sua administratione conveniri debet, non attento, utrum alter solvendo sit, nec ne, Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 6. num. 4.* Carpzov. *dict. definit. 26. num. 4.*
41. quare si facta est divisio rei gerendæ, vel negotii administrandi à Judice, vel à Testatore, tunc alter ex alterius facto non tenetur, sed quilibet
42. pro sua duntaxat administratione conveniendus est, nisi per dolum aut culpam Administratorem malè administrantem, uti suspectum non accusavit, vel removit, *l. 2. vers. in divisionem autem. Cod. de dividend. tutel.* Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 167. & 175.* Carpzov. *dict. respons. 69. num. 2.* & *re-spons.*

ſponſ. 92. num. 14. in Juriſprud. Forenſ. item part. 2. conſtitut. 11. definit. 26. num. 5. Chriſtinæ. *volum. 3. deciſ. 164. num. 2.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 6. num. 7.* Matth. Weſenbec. *conſil. 120. num. 4.* Chriſtoph. Philip. Richter. *deciſ. 13. num. 23.* ubi præjudicium adducit, & ita quoque judicatum fuit apud Maſtrill. *Deciſ. Sicil. 41. num. 7.* exceptis quatuor caſibus, quos recenſet 43.
Piſtor. *allegat. quæſt. 16. num. 20.*

Ampliatur 2. Si aliqui gerant negotium ex voluntate & ultro, horum quilibet pro ſua tantùm geſtione & in ſolidum non obligatur, *l. 20. ff. de negot. geſt.* Joh. Baptiſta Aſin. *in Praxi Judicior. part. 2. §. 6. cap. 17. num. 13.* 44.
Franciſc. Niger Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 280. num. 17.* ubi *num. 16.* idem affirmat, de pluribus Tutoribus, poſt Pupillorum pubertatem in Tutela continuantibus. 45.

Limitatur hæc Regula, ſi ipſimet Tutores vel Adminiſtratores inter ſe Tutelam vel Adminiſtrationem diviſerunt, ita, ut quisque pro ſua parte adminiſtraret, dubium non eſt, quin teneantur in ſolidum unusquisque eorum, electione Pupillo relictâ, quem primò convenire velit, *l. 2. in fin. Cod. de dividend. tutel. l. 55. princ.* & *l. 33. §. 2. ff. de adminiſtrat. tutor.* Benedict. Carpzov. *in Juriſprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 11. definit. 26. num. 6. lib. 5. tit. 8. Reſponſ. Jur. Elector. 92. num. 7. & 8.* & *reſponſ. 69. num. 22.* Chriſtinæ. *volum. 3. deciſ. 164. num. 1.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 6. num. 10.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 105. & ſeqq. & maximè num. 156.* ubi tamen *num. ſequenti* addit, poſſe hoc caſu, Tutorem in ſolidum conventum Diviſionis beneficium, ſed non Ordinis, opponere. 46. 47.

Regula IV. Pluribus exiſtentibus Tutoribus vel Adminiſtratoribus, non admittitur unus, ſine altero rationem reddere volens, quantumvis ipſimet inter ſe Tutelam diviſerint, Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 12. num. 43.* Johan. Franciſc. Balthaſar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. reſolut. 8. num. 4.* Johan. Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 111.* Benedict. Carpzov. *tit. 8. lib. 5. Reſponſ. Jur. Elect. 92. per tot.* nec ratio reddita videbitur, ſi omnium Rationes non reddantur, nec quoque ſatis eſt, unum reddere pro una, & alterum pro altera parte, Matth. Weſenbec. *conſil. 47. num. 24. & 25.* Rationum enim computus non dividi, ſed in totum ab omnibus reddi debet, Barthol. Chaſſanæ. *ad Conſuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verb. d'en rendre compte. num. 3.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 88.* Paul Chriſtinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 19. artic. 13. num. 8.* quæ quidem doctrina extendenda eſt, ut & Dominus ſive Pupillus omnes Tutores ſimul, & non unum ſolum pro Rationibus reddendis convenire debeat, Matth. Berlich. *dict. concluſ. 12. num. 43.* adeò, ut Alexand. *volum. 4. conſil. 62. num. 22.* affirmet, maximam illum oſtendere iniquitatem, qui unum ſolum ex adminiſtrantibus Tutoribus, 48. 49. 50. 51.

 & non

52. & non omnes ſimul convenire velit. Niſi uni ſit commiſſa Adminiſtra-
tio, vel diviſa à Judice, puta diverſorum locorum, ſingulis videlicet ſua
quæque commiſſa, tunc unusquisque de ſua adminiſtratione rationem
reddit, Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 111.* Paul. Chriſtinæ. *volum. 3.*
53. *Deciſ. Belg. 103. num. 1.* Alius aliquando de facto ſe obtulit caſus, qui
erat talis: Pater moriens, tres relinquebat Filios, quibus à Magiſtratu
duo ordinabantur Tutores, trifolium hoc Adoleſcentum, cùm jam
paulatim ad Annos majores aſcendiſſet, in diverſas diſpergebatur regio-
nes, elapſo tandem aliquo tempore, duo reverſi Tutelarum rationes à
Tutoribus petebant, ſed ita, ut ſinguli particulares ſibi & diviſim reddi
vellent; Tutores autem ad rationum redditionem, ſed non ſeparatam,
verùm univerſi à defuncto Patre relicti Patrimonii introitus & exitus
54. comprehendentem, ſe offerrent. Quærebatur, quid Juris pro Tutori-
bus decidendum eſſe? dictum fuit, & hoc ideo, ſi enim plurium Pupil-
lorum ejusdem Parentis Tutor ad rationes reddendas conveniatur, non
ſingulorum Pupillorum rationes ſeparatim pro modo portionis cujus-
que in Bonis defuncti Patris reddere tenetur, ſed omnium ſimul redde-
re ſufficit, uti Curia Pariſienſis apud Charond. *lib. 2. reſponſ. 22.* pronun-
ciavit, & decidendo in terminis ſequitur Paul. Chriſtinæ. *ad Leges Mech-
lin. tit. 19. artic. 13. num. 13.* & *Deciſ. Cur. Belg. volum. 3. deciſ. 161. num. 6.*

55. Hæc exceptio Ordinis & Diviſionis etiam in Executione cum effe-
ctu opponi poteſt, Erneſt. Cothman. *volum. 2. reſponſ. 83. num. 144.* Paul.
Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 154.* Ita judicatum fuit apud Paul. Chriſti-
næ. *volum. 4. Deciſ. Cur. Belg. 106. num. 4. verſ. Quo arreſto.* Carpzov. *Juriſprud.
Forenſ. part. 1. conſtitut. 3. definit. 17. num. 11.* Nicolaus Boër. tamen *Deciſ. Bur-*
56. *degal. 59. num. 10.* inquit, ſe putare, hanc exceptionem ante litem con-
teſtatam eſſe opponendam, idque tútius, expeditius & conſultius eſſe,
docet Cothman. *citat. reſponſ. 83. num. 145. & 146.*

57. Regula V. Si nullus Tutorum adminiſtravit, tunc omnes in ea-
dem ſunt cauſa, ut omnes in ſolidum conveniantur, Hartman. Piſtor.
part. 1. quæſt. 6. num. 9, Benedict. Carpzov. *in Juriſprud. Forenſ. part. 2. conſtitut.
11. definit. 36. num. 1.*

58. Regula VI. Plures Tutores etſi in ſolidum ſint obligati, poſſunt ta-
men conventi exceptionem Diviſionis opponere, & impetrare, ut Actio
contra omnes, vel unum inſtituta inter Contutores dividatur, *l. 1. §. 11.*
59. *ff. de tutel. & ration. diſtrahend.* ubi Ulpianus dicit, ſi omnes Tutores ſimul
geſſerunt Tutelam, & omnes ſolvendo ſunt, æquiſſimum eſſe, dividi
Actionem inter eos, pro Portionibus virilibus, exemplo, Fidejuſſorum,
Nicol. Boër. *deciſ. 59. num. 7.* Gail. *lib. 2. obſervat. 96. num. 9.* Hartman. Piſtor.

part.

part. 1. quaest. 6. num. 8. Mindan. *de Continent. Caus. lib. 3. cap. 17. num. 27.* ubi non tantùm de Tutoribus, sed de omnibus aliis Administratoribus loquitur, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 149.* latissimè & cum refutatione contrariorum Ernest. Cothman. *volum. 2. respons. 83. num 93. & multis seqq.* Paul. Christinae. *ad Leges Mechlin. tit. 19. artic. 23. num. 3. & volum. 3. decis. 164. num. 3.* Christoph. Philip. Richter. *decis. 55. num. 14. vers. sic etiam.* 60.

Amplia conclusionem 1. Ut unus Tutorum solus conventus, si exceptionem Divisionis opponat, & non audiatur, Jure appellare possit, Cothman. *dict. respons. 83. num. 152.* 61.

Amplia 2. Actio Tutelae, ob dolum communem in committendo factum, intentata, beneficium Divisionis admittit, Surd. *consil. 170. num. 30.* Boër. ita judicatum fuisse, dicens *decis. 59. num. 3. & 7.* & plures allegati à Cothman. *dict. respons. 83. num. 174. & seqq.* dissentiunt multi ibid. *num. 173.* citati, inter quos est Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 155.* 62.

Limitatur haec Regula in Haeredibus Tutoris, inter illos enim licet Actio Tutelae ipso jure dividatur, ita, ut quisque pro parte saltem Haereditatis, in qua succedit, factum defuncti praestare teneatur, quoad rationes verò reddendas Actio non dividitur, cum obligatio ad illas reddendas individua sit. Hinc Haeres in solidum conventus ad reddendas rationes, Divisionis beneficio, se tueri non potest: ita pronunciatum fuit apud Christoph. Philip. Richter. *decis. 55. num. 12. vers. Quod autem.* 63. 64.

Addo hîc, omnibus istis casibus, quibus Administratores plures in solidum obligati sunt, si Dominus vel adultus transigit cum aliquo Tutorum vel Administratorum, quem priùs convenire debuisset, alii non tenentur, post Alexand. & alios Paul. Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 124.* ubi hoc eatenus verum esse dicit, quatenus primus solvendo sit. 65. 66.

Regula 4. Administratores publici non tantùm de facto suo tenentur, sed etiam de facto Collegarum, & Sub-Curatorum, quos in subsidium habent, obligantur, *l. 30. ff. de negot. gest.* Petrus Heigius *part. 1. quaest. 20. num. 10.* ubi non ideo excusari dicit Administratores, quòd aliis mandarint, sed ipsosmet ad hoc constitutos fuisse, horumque industriam electam, per *l. 8. §. 3. ff. mandat.* Matth. Stephan. *loco jam citato.* ubi expressè docet, Administratores publicos pro facto Collegae quoque conveniri, Frid. Pruckman. *volum. 1. consil. 3. num. 4.* sed ego hanc Regulam veram esse censeo, quando culpa aliqua Administratoribus imputari potest, cur suspectum Collegam non removerint, vel aliter cessaverint in avertendis publicis incommodis, per *l. ult. vers. ob culpa nexum. Cod. quo quisque ordine conven. l. 11. vers. Collega negligentia. ff. ad municipal.* Wesenbec. *expressè dict. consil. 53. num. 63.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor.* 67. 68. 69. 70.

71. *verb. Administrator, num. 412.* Hoc facilè admitto, si publici Administratores alium sibi substituerunt, vel rem sibi expediendam demandarunt, cogi ipsos de horum facto respondere, *l. 27. §. fin. l. 28. l. 68. l. 73. ff. de Procurator.* Petr. Heigius *dict. quæst. 20. num. 10.* Regner. Sixtin. *volum. 2. Consil. Mar-*
72. *purg. 13. num. 1. & 2.* regulariter enim substitutus ad aliquod officium exercendum ab Officiali publico, intelligitur id exercere periculo & damno substituentis, argum. *l. 2. ff. si mensor falsum modum dixerit. l. 21. Cod. de Episc. & Cler. l. 1. in fin. Cod. de præposit. agent. in reb. l. 13. Cod. de murileg. l. 60. Cod. de decurion.* hanc esse Regulam, dicit Ludovic. Roman. *consil. 338. num. 7.*
73. addens substituenti imputari, quòd non magis idoneum & diligentem
74. elegerit, argum. *l. 23. ff. de minor.* idque ad omnes Administratores ex-
75. tendit Sixtin. *dict. consil. 13. num. 1.* & ad privatos Administratores, veluti Procuratores, Cardinal. Tusch. *lit. P. conclus. 852. num. 2. & seqq.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 425.*
76. Planè si Præfectus alicui administrationi, veluti Quæstor aut alius substitutum communi opinione diligentem, & idoneum elegerit, ille pro substituto, casu quo fortè in administratione quædam neglexit, subtraxit, vel dolo intercepit, non tenetur, *l. 1. in fin. Cod. de condit. in publ. horreis. l. 20. ff. commodat.* Matth. Berlich. *part. 5. conclus. 57. num. 72.* David Döring. *dict. verb. Administrator. num. 424.* Prosper. Farinac. *de Delict. & Pœnis*
77. *lib. 1. tit. 3. quæst. 24. num. 61. & 62.* prout & ille, qui necessitate urgente, aliquem substituit, si alicujus culpæ latæ vel levis redargui non potest, puta quòd diligentiores & magis idoneos non substituerit, à nemine culpandus est, Regner. Sixtin. *dict. consil. 13. num. 30.* David Doring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 425. vers. declaratur 2.*
78. Cæterum, an & quando Domini ex persona Familiæ vel in officio, vel extra officium delinquentis de jure conveniri possit, latissimè persequitur Prosper. Farinac. *citat. tractat. de delict. & pœnis quæst. 24. num. 48. &*
79. *multis seqq. ante omnes alios in hac materia videndus.* Et de Institore vel Tutore, an & quatenus Dominus ex Contractu cum illo celebrato conveniri possit, & è contra, tradit Berlich. *decis. 252. per tot.*
80. Hoc extra dubium esse puto, quòd Tutor in rationum redditione, propria tantummodò facta, non etiam à Patre Pupilli gesta, vel perperam acta justificare teneatur, prout allegatis præjudiciis latè respondit Benedict. Carpzov. *lib. 5. respons. Jur. Elector. 73. & 74. per tot.*
81. Malè ergò & contra expressas Juris Constitutiones processit quidam Judex in casu sequenti: Danielis Kolbii Pupilli Mobilia, à Patre sibi relicta, Prætor Paganus ex officio pro 60. Imperialibus Jacobo Irlenio vendiderat, & simul Emptori fidem habuerat de pretio, deinde dicto

Danieli

Danieli duos constituerat Tutores, Danielem Nohe nimirum & Johannem Rhodium. Illi pecuniam à Pupilli debitore Irlenio exigentes, deprehendebant, eum non esse solvendo, & Bonis cessisse. Quid igitur facerent? Ad acceptorum classem referebant hosce 60. Imperiales, ceu sibi à debitore solutos, sed ita, ut in serie Expensorum eosdem, suo Pupillo in solutum iterum offerrent, affirmantes, se adhibitâ omni diligentiâ, ob inopiam Irlenii debitoris, solutionem impetrare non potuisse. Replicabat Pupillus, Mobilia Irlenio non fuisse credenda. Auditis hinc & indè partibus, Judex contra Tutores pro Pupillo pronunciabat. Ego, hisce ita gestis, à Tutoribus, ut meam expromerem sententiam, rogatus, dixi, malè sensisse & judicasse Judicem, per *l. 1. Cod. de administrat. tutor.* ubi expresè dicitur, istius temporis periculum, quod 82.
ante susceptum Tutelæ onus evenit, ad Tutorem non pertinere. Tum quòd ea, quæ gessit Judex, Tutores non onerent, tum quòd factum 83.
alterius alteri non præjudicet, Modest. Pistor. *volum. 2. consil. 24. num. 63. vers. Et sicut regulariter.* & *consil. 40. num. 17. vers. Factum enim alterius.* tum quòd ita, non quidem de facto Judicis, sed Patris, quod in idem recurrit, in terminis cum duobus præjudiciis concludat Benedict. Carpzov. *citat. responsf. 73. per tot.* Quid obtinuerint malè condemnati Tutores, hactenus 84.
ignoro, hoc saltem scio, indoctis istis Judicibus, hoc quasi commune & quodammodo innatum esse, ut ab opinione semel concepta non facile divellantur.

Hoc quoque contrarium est & Juri & rationi, velle Successorem 85.
in officio debitis ab antecessore contractis illaqueare, per *text. apert. in l. 23. Cod. de decurion.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 418.*

Agnitis verò à Domino debitis, & ipse bonam fidem agnoscere, 86.
& vel Usuras vel Sortem per inferiùs dicenda solvere non prohibetur, sed imò cogitur.

Memini aliquando multis fuisse disputatum: An Quæstor sive Ærarii Receptor, nomina ab Antecessore non exacta, exigere, & suis rationibus inferre cogatur? Iniquum hoc esse, haud abs re quis dixerit, cùm 87. 88.
nemo, uti paulò ante memini, alterius facto prægravandus sit, ac non nisi suæ administrationis ratio ab Administratore vel Tutore exigatur, *l. 1. §. officio. 3. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Ludov. Roman. *consil. 414. num. 1.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. tit. 8. Responsf. Jur. Elector. 74. num. 3.* Et ille, qui 89.
tempore sui officii laborum fructus, id est Salarium, accepit, nominum quoque Usuras tempore sui officii maturas exigere debeat. Conclusum 90.
tamen fuit, periculo Quæstoris ab officio discedentis Successorem exactio-

114. *Quando Tutor vel Curator his, cum quibus, durante administratione Tutelá, contraxit, indemnitatem promisit, finitá Tutelá conveniri potest.*
115. *Vel quando quasi Fidejussor subscripsit, vel durante Tutelâ Fidejussionem in se suscepit.*
116. *Administrator publicus, qui nondum Rationes reddidit, conveniri potest, ut curet Pecuniam à Successore exsolvi.*
117. *Finito officio conveniri possunt Administratores, quando, Pecuniam mutuo acceptam in utilitatem Universitatis, vel Domini, versam esse, probare nequeunt.*
118. *Item si Pecuniam exactam Creditoribus Universitatis, vel Domini non solverunt*
119. *Item si expressè promiserunt, se Pecuniam soluturos.*
120. *Modò ipse Tutor durante Tutelâ, & non Pupilli Pater contraxerit.*
121. *Finito quoque officio rectè convenitur Administrator, si nomine proprio contraxit.*
122. *Proprio nomine contraxisse dicitur, quando se & suos Heredes obligat.*
123. *Si se soluturum promisit.*
124. *Si in re, ad ipsum & Pupillum pariter pertinente, contraxit.*
125. *Si Tutor vel Curator se, & Bona sua obligat, & sub suorum Bonorum obligatione promittit.*
126. *Quando in Instrumento expressè additum est, quòd Tutor vel Administrator ratione officii contraxerit, obligatio Bonorum propriorum ipsum non implicat.*
127. *Si Tutor animó novandi, ut Principalis promisit, propriô nomine contraxisse videtur.*
128. *Voluntarius Procurator obligatus est, finito negotio.*

1. REgula sit 1. Si plures dati sint Tutores, & nulla facta fuerit mentio, pro qua parte quilibet administrare debeat, singuli constituti esse dicuntur in solidum, *l. 5. Cod. arbitr. tutel.* Garsias Mastrill. *Decis. Sicil. 41. num. 1. 2. 3. & 4.* Michaël Angel. Gizzius *in Notis ad Capyc. Latro lib. 1. decis. 13. num. 7.* Matth. Wesenbec. *consil. 120. num. 1. 4. & 5.* Marcus Anton. Natta *consil. 428. num. 2. & seqq.* Philip. Decius *consil. 297. num.*
2. *102.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Elector. 69. num. 24.* Idem dicendum est de omnibus aliis Administratoribus, ad expedienda negotia deputatis, si enim hisce commissa est administratio non divisa, cuilibet censetur administratio concessa in solidum, adeò, ut unus sine alio possit actum expedire, *l. 1. §. 13. ff. de exercitor. action.* Natta *dict. consil. 428. num. 2.* post Bartol. Bald. Salicet. Castrens. Angel. & alios, Alexand. Trentacinq. *variar. Resolution. lib. 2. tit. de Procurator. resolut. 1. num. 13.* David Döring. *in Biblio-*
3. *thec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 404.* qui omnes hoc extendunt ad omnes, qui sunt in Officiis authoritate vel utilitate publicis, item authoritate publicis, sed utilitate privatis, uti in Tutoribus & Curatoribus.

Regula

Regula 2. Administratores hi, quibus in solidum commissa est administratio, in solidum quoque possunt à Domino pro expungendis & reddendis Rationibus conveniri, *l. 3. ff. de curat. bon. dand.* Losæus *de Jure Universitat. part. 1. cap. 3. num. 119.* Vincent. Carocius *de Excussion. Bonor. part. 2. quæst. 8. num. 1.* per *l. 3. ff. de negot. gest.* Alexand. Trentacinq. *de Procurator. dict. resolut. 1. num. 14.* 4.

Sicuti enim regulariter plures Tutores in solidum obligantur, & ob factum unius alter, quem elegerit Pupillus, conveniri potest, *l. 55. in princ. l. 33. §. 2. ff. de administrat. tutor.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 6. num. 3. & 8.* Johan. Schneidewin. *ad §. si ex Testamento. 12. Institut. de satisdat. tutor.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. tit. 8. Respons. Jur. Elector. 69. num. 24.* Hieron. Treutler. *consil. 44. num. 19. & 20.* Ita quoque Officium & Administratio pluribus commissa, ita illis individuè & in solidum commissa esse dicitur, ut ex continentia individuæ actionis singuli in solidum rectè conveniantur, Petrus Frider. Mindan. *de Process. extrahend. lib. 3. cap. 17. num. 25.* Et de Administratoribus Civitatis, quòd pro Correis habeantur, de quibus vulgò dicitur, quòd teneantur in solidum, tradit Carpzov. *lib. 5. tit. 8. Respons. Jur. Elector. 91. num. 12. & 13.* cum hoc tamen moderamine, quòd si unus totum solverit, etiam non factâ cessione, ipsi Actio competat adversus Collegam, Carpzov. *dict. respons. 91. num. 15.* Losæus *de Jure Universitat. part. 1. cap. 13. num. 119.* Vincent. Caroc. *dict. quæst. 8. num. 4.* ubi vult, principalem conventum, si fuerit doli conscius, vel providere potuit, damnum subsecutum, & non providit, dici esse in culpa, & non habere repetitionem. 5. 6. 7. 8. 9.

Extenditur hæc Regula 1. ad Hæredes, qui propter indivisibilitatem ratiocinii in solidum tenentur reddere Rationes, sed ad solutionem reliquorum non nisi pro partibus suis condemnandi sunt, prout Mechliniæ judicatum fuit, teste Paulo Christinæ. *volum. 3. decis. 163. num. 1. in fine.* 10.

Extenditur 2. Sive ambo Administratores sint paris potentiæ, authoritatis, & principales, sive potentiæ inæqualis, puta, quòd unus sit à publico electus principaliter, & alter subalternatim & in auxilium, & ut minister illius, quia Principalis conveniri poterit propter culpam illius ministri, & de ipsius dolo, Vincent. Caroc. *de Excussion. Bonor. part. 2. dict. quæst. 8. num. 5.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 407.* Verùm ego hanc ampliationem, quâ, Principalem de famuli sibi à publico adjuncti factis in solidum obligari, docent Carocius & Doring, Juris Constitutionibus contrariam esse puto, per paulò post & alibi dicenda. 11. 12.

II. Regula

13. II. Regula si unus ex pluribus solus administravit, tunc Administrans Rationibus reddendis solus obnoxius est, & alter in subsidium tantùm tenetur, sive sint Administratores publici, sive privati, *l. 2. Cod. si tutor non gesserit. l. 13. ff. ad municipal.* Bursat. *consil. 299. num. 10.* Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 4. num. 12. 13. & 14.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 280. num. 18.* Riminald. Jun. *consil. 576. num. 10.* Hector Capyc. Latro *lib. 1. decis. 13 num. 2.* Paul. Montan. de Administratoribus Civitatis loquens, *in tractat. de Tutel. cap. 39. num. 151.* Trentacinq. *dict. resolut. 1. num. 15.* Eruditiss. Dn. David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 2. artic. 3. in princ. num. 41. & 42.*
14. ubi dicit, ex pluribus Administratoribus Civitatis constitutis, singulos quidem in solidum obligari, per *l. 2. §. Jus Reipublicæ. 8.* & *l. 4. ff. de admini-*
15. *nistrat. rer. ad Civitat. pertinent.* priùs tamen excutiendum esse, qui perperam administravit, illo non solvendo existente, posse Collegam conveniri, per *l. 1. Cod. quo quæque ordin. conveniatur. l. 3. Cod. de conveniend. Fisci debitor.* atque ita judicatum fuisse, testatur Nicol. Boër. *decis. 60. num. 1. & 2.* & Christoph. Philip. Richter *decis. 55. num. 14. vers. sic etiam.* addo *text. express. in l. 8. Cod. de administrat. & peric. tutor. l. 3. §. 2. ff. eod.* Johan. Zanger *de Exception. part. 2. cap. 16. num. 15.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 6. num. 27.* Matth. Berlich. *part. 2. Practicar. conclus. 12. num. 39.* Petr. Frider. Mindan.
16. *de Process. extrahend. lib. 3. cap. 17. num. 26.* atque hanc ordinis rationem, videlicet ut is, qui gessit, conveniatur ante Tutorem non gerentem, ipsa naturalis æquitas persuadet, Hartman. Pistor. *dict. quæst. 6. num. 29. & 30.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 11. num. 5. in fine.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 26.*

17. Extenditur Regula, ut vera sit in omnibus sive publicis sive privatis Administratoribus, ita contra Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 33.* in privatis rationalibus contrarium defendentem, concludit Escobar. *de Ratiocin. cap. 4. num. 14. & seqq.* Christoph. Besold. *part. 5. consil. 208. num. 20.*

18. Declaratur autem 1. Ut non procedat, quando gerens gessit ex mandato non gerentis: cum enim non gerens hoc casu habeatur, ac si gessisset, mirum non est, cur Ordinis beneficium ipsi non competat,
19. *l. 55. §. 2. ff. de administrat. tutor.* ubi Tutelam gessisse is dicitur, qui alii ge-
20. rendam mandavit, Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 6. num. 32.* ubi tacitum mandatum hoc casu non sufficere docet.

21. Declaratur 2. Ut non habeat locum, quotiens is, qui non gessit, ideo convenitur, quod quædam neglecta fuerint, cùm enim in his neglectis communis sit culpa gerentis quædam Tutelæ negotia, & prorsus
22. non gerentis, *l. 2. in fin. Cod. si tutor non gesserit.* ideo hoc casu non gerens bene-

beneficio Ordinis sese tueri non poterit, *l. 39. §. 12. ff. de administrat. tutor.* Mindan. *dict. cap. 17. num. 26.* Hartman. Pistor. *dict. quæst. 6. num. 33.* ubi *num. seq.* hoc accipiendum esse dicit de neglectis, quæ non sunt conjuncta, 23. vel connexa rebus gestis. Nam in his, quæ gestis connexa sunt, bene- 24. ficium Ordinis etiamnum integrum remanere Tutoribus probat, Pistor. *dict. num. 34.*

Declaratur Regula 2. In Hæredibus Administratorum. Illis enim 25. hoc beneficium concessum est, ut priùs Administrator, qui non gessit, quàm Hæres gerentis debeat conveniri, argum. *l. 40. ff. pro Socio.* Escobar *de Ratiocin. cap. 4. num. 15.* Christoph. Besold. *part. 5. consil. 208. num. 19.* Sed hoc ita, ut, si computatis rationibus Pecuniam deficere deprehen- 26. datur, Solutio ab utroque pro æquis portionibus exigenda sit, Escobar *dict. cap. 4. num. 16.*

Ex dictis facilè constat, quòd Tutoribus, Curatoribus, aliisque 27. Administratoribus competat exceptio Ordinis & Excussionis, quâ petit & urget non administrans, ut priùs conveniatur is, qui administravit, &, eo non reperto solvendo, demum ille in subsidium teneatur, qui ab administratione abstinuit, Hartman. Pistor. *allegat. quæst. 6. num. 1.* Berlich. *citat. conclus. 12. num. 39.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 36. num. 2.* quod etiam procedit, ut Tutor non ex proprio sed 28. Contutoris facto conventus, possit eò rem deducere, ut Actor priùs Contutorem, de cujus facto quæritur, si quidem is solvendo fuerit, convenire, & eundem excutere cogatur, *l. fin. Cod. si tutor vel curator non gesserit. l. fin. Cod. de dividend. tutel.* Hartman. Pistor. *dict. quæst. 6. num. 1.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Elector. 92. num. 13.* Ex quibus Juribus 29. aliquando in causa Valentini Hatzfeldii, hujus loci nunc Grammatei & Notarii Publici, suos Tutores ob amissa vasa argentea convenientis, concludendum erat, alterum Tutorem Johannem Becker absolvendum, & alterum Henricum Sensenschmid in solidum condemnandum esse, si hoc verum esset, mobilium Pupillarium administrationem & directionem apud Sensenschmidium tantùm stetisse, confer. Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 11. num. 35.* Cothman. *volum. 2. respons. 83. num. 167.* utrobique volunt, singulos Tutores esse Debitores de actibus à se gestis. 30.

In tantum hoc Ordinis beneficium patrocinatur pluribus, rem alie- 31. nam gerentibus, ut si aliquis ex illis, qui administraverunt, sit solvendo, postea, priùs quàm adultus, fortè cum Tutoribus litem instituens, petat rationem sibi reddi, efficiatur non solvendo, cæteri Coadministratores non teneantur pro ejus parte, sed mora adulto imputetur, per *l. 1. Cod. de dividend. tutel.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 139.* Michaël Angelus

gelus Gizzius *in Notis ad Hector. Capyc. Latro part. 1. decis. 13. num. 10.* ubi *num.*
32. *seq.* volenti se eximere à solutione partis ad Contutorem spectantis, onus probandi imponit, hunc Contutorem scilicet, finitâ Tutelâ, fuisse solvendo, post Jacob. Cancer. *variar. Resolut. lib. 1. cap. 7. de Tutor. num. 45.*
33. Idque indifferenter verum est, scilicet quòd Divisionis exceptionem opponens, teneatur probare, cæteros esse solvendo, Hartman. Pistor. *citat.*
34. *quæst. 6. num. 14.* tempore finitæ Tutelæ, licet non probet, eos fuisse solvendo tempore Litiscontestationis, Montan. *de Tutel. cap. 36. num. 152.* Cothman. *volum. 2. respons. 83. num. 87.* Caroc. *de Excuss. Bonor. part. 2. quæst. 1.*
35. *num. 29.* Interim non omittendum est, posse Tutorem unum conventum petere, ut cæteri, qui solvendo esse negantur, in Judicium vocentur, atque cognoscatur, utrum solvendo sint nec ne, *l. fin. ff. de quib. reb. ad eund. Judicem.* post Accurs. Odofred. & Cujac. Cothman. *dict. re-*
36. *spons. 83. num. 163.* Deinde & idem Tutor conventus, & Divisionis beneficium opponens, si ei regeratur, cæteros Contutores non esse solvendo, idoneam satisdationem, ut scilicet suo periculo Contutores citentur & conveniantur, offerre, & præstare potest, atque tunc Contutores in Judicium vocandi sunt, *l. 10. ff. de Fidejuss.* Cothman. *dict. respons. 83. num. 164.*

37. Restringenda est hactenus Regula, si simul administrarunt Tutelam, tunc inter ipsos Ordinis beneficium locum non habet, *l. 1. §. nunc tractemus. 10. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 8.*
38. *num. 6.* Garsias Mastrill. *Decis. Sicil. 41. lat. 2. num. 5. & 6.* Divisionis tamen exceptio concedenda est, Pistor. *dict. num. 6. in fine.*

39. Regula III. Ordinis consideratio in illis solum casibus locum habet, in quibus agitur de pluribus Tutoribus in solidum ita obligatis, ut ob factum unius alter Tutorum, quem elegerit Pupillus, conveniri possit, *l. 55. in princ. l. 33. §. 2. ff. de administrat. tutor.* Benedict. Carpzov. *in Juris-*
40. *prud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 26. num. 3.* etenim, si in solidum obligati non sunt, nec inter eos periculum est commune, tum alter ex alterius facto, ne ipso quidem Jure tenetur, sed quilibet pro sua administratione conveniri debet, non attento, utrum alter solvendo sit, nec ne, Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 6. num. 4.* Carpzov. *dict. definit. 26. num. 4.*
41. quare si facta est divisio rei gerendæ, vel negotii administrandi à Judice, vel à Testatore, tunc alter ex alterius facto non tenetur, sed quilibet
42. pro sua duntaxat administratione conveniendus est, nisi per dolum aut culpam Administratorem malè administrantem, uti suspectum non accusavit, vel removit, *l. 2. vers. in divisionem autem. Cod. de dividend. tutel.* Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 167. & 175.* Carpzov. *dict. respons. 69. num. 2. & re-*

spons.

ſponſ. 92. num. 14. in Juriſprud. Forenſ. item part. 2. conſtitut. 11. definit. 26. num. 5. Chriſtinæ. *volum. 3. deciſ. 164. num. 2.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 6. num. 7.* Matth. Weſenbec. *conſil. 120. num. 4.* Chriſtoph. Philip. Richter. *deciſ. 13. num. 23.* ubi præjudicium adducit, & ita quoque judicatum fuit apud Maſtrill. *Deciſ. Sicil. 41. num. 7.* exceptis quatuor caſibus, quos recenſet 43. Piſtor. *allegat. quæſt. 16. num. 20.*

Ampliatur 2. Si aliqui gerant negotium ex voluntate & ultro, horum quilibet pro ſua tantùm geſtione & in ſolidum non obligatur, *l. 20. ff. de negot. geſt.* Joh. Baptiſta Aſin. *in Praxi Judicior. part. 2. §. 6. cap. 17. num. 13.* 44. Franciſc. Niger Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 280. num. 17.* ubi *num. 16.* idem affirmat, de pluribus Tutoribus, poſt Pupillorum pubertatem in Tutela continuantibus. 45.

Limitatur hæc Regula, ſi ipſimet Tutores vel Adminiſtratores inter ſe Tutelam vel Adminiſtrationem diviſerunt, ita, ut quisque pro ſua parte adminiſtraret, dubium non eſt, quin teneantur in ſolidum unusquisque eorum, electione Pupillo relictâ, quem primò convenire velit, *l. 2. in fin. Cod. de dividend. tutel. l. 55. princ.* & *l. 33. §. 2. ff. de adminiſtrat. tutor.* Benedict. Carpzov. *in Juriſprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 11. definit. 26. num. 6. lib. 5. tit. 8. Reſponſ. Jur. Elector. 92. num. 7. & 8.* & *reſponſ. 69. num. 22.* Chriſtinæ. *volum. 3. deciſ. 164. num. 1.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſt. 6. num. 10.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 105. & ſeqq. & maximè num. 156.* ubi tamen *num. ſequenti* addit, poſſe hoc caſu, Tutorem in ſolidum conventum Diviſionis beneficium, ſed non Ordinis, opponere. 46. 47.

Regula IV. Pluribus exiſtentibus Tutoribus vel Adminiſtratoribus, 48. non admittitur unus, ſine altero rationem reddere volens, quantumvis ipſimet inter ſe Tutelam diviſerint, Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 12. num. 43.* Johan. Franciſc. Balthaſar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. reſolut. 8. num. 4.* Johan. Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 111.* Benedict. Carpzov. *tit. 8. lib. 5. Reſponſ. Jur. Elect. 92. per tot.* nec ratio reddita videbitur, ſi omnium Rationes 49. non reddantur, nec quoque ſatis eſt, unum reddere pro una, & alterum pro altera parte, Matth. Weſenbec. *conſil. 47. num. 24. & 25.* Rationum enim computus non dividi, ſed in totum ab omnibus reddi debet, Barthol. Chaſſanæ. *ad Conſuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verb. d'en rendre comte. num. 3.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 88.* Paul Chriſtinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 19. artic. 13. num. 8.* quæ quidem doctrina extendenda eſt, ut & Dominus 50. ſive Pupillus omnes Tutores ſimul, & non unum ſolum pro Rationibus reddendis convenire debeat, Matth. Berlich. *dict. concluſ. 12. num. 43.* adeò, ut Alexand. *volum. 4. conſil. 62. num. 12.* affirmet, maximam illum 51. oſtendere iniquitatem, qui unum ſolum ex adminiſtrantibus Tutoribus,

 & non

52. & non omnes simul convenire velit. Nisi uni sit commissa Administratio, vel divisa à Judice, puta diversorum locorum, singulis videlicet sua quæque commissa, tunc unusquisque de sua administratione rationem reddit, Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 111.* Paul. Christinæ. *volum. 3.*
53. *Decis. Belg. 103. num. 1.* Alius aliquando de facto se obtulit casus, qui erat talis: Pater moriens, tres relinquebat Filios, quibus à Magistratu duo ordinabantur Tutores, trifolium hoc Adolescentum, cùm jam paulatim ad Annos majores ascendisset, in diversas dispergebatur regiones, elapso tandem aliquo tempore, duo reversi Tutelarum rationes à Tutoribus petebant, sed ita, ut singuli particulares sibi & divisim reddi vellent; Tutores autem ad rationum redditionem, sed non separatam, verùm universi à defuncto Patre relicti Patrimonii introitus & exitus
54. comprehendentem, se offerrent. Quærebatur, quid Juris pro Tutoribus decidendum esse; dictum fuit, & hoc ideo, si enim plurium Pupillorum ejusdem Parentis Tutor ad rationes reddendas conveniatur, non singulorum Pupillorum rationes separatim pro modo portionis cujusque in Bonis defuncti Patris reddere tenetur, sed omnium simul reddere sufficit, uti Curia Parisiensis apud Charond. *lib. 2. respons. 22.* pronunciavit, & decidendo in terminis sequitur Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 19. artic. 13. num. 13.* & *Decis. Cur. Belg. volum. 3. decis. 161. num. 6.*
55. Hæc exceptio Ordinis & Divisionis etiam in Executione cum effectu opponi potest, Ernest. Cothman. *volum. 2. respons. 83. num. 144.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 154.* Ita judicatum fuit apud Paul. Christinæ. *volum. 4. Decis. Cur. Belg. 106. num. 4. vers. Quo arresto.* Carpzov. *Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 3. definit. 17. num. 11.* Nicolaus Boër. tamen *Decis. Bur-*
56. *degal. 59. num. 10.* inquit, se putare, hanc exceptionem ante litem contestatam esse opponendam, idque tutius, expeditius & consultius esse, docet Cothman. *citat. respons. 83. num. 145. & 146.*
57. Regula V. Si nullus Tutorum administravit, tunc omnes in eadem sunt causa, ut omnes in solidum conveniantur, Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 6. num. 9.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 36. num. 1.*
58. Regula VI. Plures Tutores etsi in solidum sint obligati, possunt tamen conventi exceptionem Divisionis opponere, & impetrare, ut Actio contra omnes, vel unum instituta inter Contutores dividatur, *l. 1. §. 11.*
59. *ff. de tutel. & ration. distrahend.* ubi Ulpianus dicit, si omnes Tutores simul gesserunt Tutelam, & omnes solvendo sunt, æquissimum esse, dividi Actionem inter eos, pro Portionibus virilibus, exemplo, Fidejussorum, Nicol. Boër. *decis. 59. num. 7.* Gail. *lib. 2. observat. 96. num. 9.* Hartman. Pistor.

part.

part. 1. quaest. 6. num. 8. Mindan. *de Continent. Cauf. lib. 3. cap. 17. num. 27.* ubi 60.
non tantùm de Tutoribus, sed de omnibus aliis Administratoribus loquitur, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 149.* latissimè & cum refutatione contrariorum Ernest. Cothman. *volum. 2. respons. 83. num 93. & multis seqq.* Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 19. artic. 23. num. 3.* & *volum. 3. decis. 164. num. 3.* Christoph. Philip. Richter. *decis. 55. num. 14. vers. sic etiam.*

Amplia conclusionem 1. Ut unus Tutorum solus conventus, si 61.
exceptionem Divisionis opponat, & non audiatur, Jure appellare possit, Cothman. *dict. respons. 83. num. 152.*

Amplia 2. Actio Tutelæ, ob dolum communem in committen- 62.
do factum, intentata, beneficium Divisionis admittit, Surd. *consil. 170. num. 30.* Boër. ita judicatum fuisse, dicens *decis. 59. num. 3. & 7.* & plures allegati à Cothman. *dict. respons. 83. num. 174. & seqq.* dissentiunt multi ibid. *num. 173.* citati, inter quos est Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 155.*

Limitatur hæc Regula in Hæredibus Tutoris, inter illos enim licet 63.
Actio Tutelæ ipso jure dividatur, ita, ut quisque pro parte saltem Hæreditatis, in qua succedit, factum defuncti præstare teneatur, quoad rationes verò reddendas Actio non dividitur, cum obligatio ad illas reddendas individua sit. Hinc Hæres in solidum conventus ad reddendas 64.
rationes, Divisionis beneficio, se tueri non potest: ita pronunciatum fuit apud Christoph. Philip. Richter. *decis. 55. num. 12. vers. Quod autem.*

Addo hîc, omnibus istis casibus, quibus Administratores plures in 65.
solidum obligati sunt, si Dominus vel adultus transigit cum aliquo Tutorum vel Administratorum, quem priùs convenire debuisset, alii non tenentur, post Alexand. & alios Paul. Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 124.* ubi hoc eatenus verum esse dicit, quatenus primus solvendo sit. 66.

Regula 4. Administratores publici non tantùm de facto suo te- 67.
nentur, sed etiam de facto Collegarum, & Sub-Curatorum, quos in subsidium habent, obligantur, *l. 30. ff. de negot. gest.* Petrus Heigius *part. 1. quaest. 20. num. 10.* ubi non ideo excusari dicit Administratores, quòd aliis 68.
mandarint, sed ipsosmet ad hoc constitutos fuisse, horumque industriam electam, per *l. 8. §. 3. ff. mandat.* Matth. Stephan. *loco jam citato.* ubi expressè docet, Administratores publicos pro facto Collegæ quoque 69.
conveniri, Frid. Pruckman. *volum. 1. consil. 3. num. 4.* sed ego hanc Regu- 70.
lam veram esse censeo, quando culpa aliqua Administratoribus imputari potest, cur suspectum Collegam non removerint, vel aliter cessaverint in avertendis publicis incommodis, per *l. ult. vers. ob culpa nexum. Cod. quo quisque ordine conven. l. 11. vers. Collega negligentia. ff. ad municipal.* Wesenbec. *expressè dict. consil. 53. num. 63.* David Doring. *in Bibliothec. Jur. Consultor.*

71. *verb. Administrator, num. 412.* Hoc facilè admitto, si publici Administratores
alium sibi substituerunt, vel rem sibi expediendam demandarunt, cogi
ipsos de horum facto respondere, *l. 27. §. fin. l. 28. l. 68. l. 73. ff. de Procura-
tor.* Petr. Heigius *dict. quæst. 20. num. 10.* Regner. Sixtin. *volum. 2. Consil. Mar-*
72. *purg. 13. num. 1. & 2.* regulariter enim substitutus ad aliquod officium exer-
cendum ab Officiali publico, intelligitur id exercere periculo & damno
substituentis, argum. *l. 2. ff. si mensor falsum modum dixerit. l. 21. Cod. de Episc.
& Cler. l. 1. in fin. Cod. de præposit. agent. in reb. l. 13. Cod. de murileg. l. 60. Cod.
de decurion.* hanc esse Regulam, dicit Ludovic. Roman. *consil. 338. num. 7.*
73. addens substituenti imputari, quòd non magis idoneum & diligentem
74. elegerit, argum. *l. 23. ff. de minor.* idque ad omnes Administratores ex-
75. tendit Sixtin. *dict. consil. 13. num. 1.* & ad privatos Administratores, veluti
Procuratores, Cardinal. Tusch. *lit. P. conclus. 852. num. 2. & seqq.* David
Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 425.*

76. Planè si Præfectus alicui administrationi, veluti Quæstor aut alius
substitutum communi opinione diligentem, & idoneum elegerit, ille
pro substituto, casu quo fortè in administratione quædam neglexit, sub-
traxit, vel dolo intercepit, non tenetur, *l. 1. in fin. Cod. de condit. in publ.
horreis. l. 20. ff. commodat.* Matth. Berlich. *part. 5. conclus. 57. num. 72.* David
Döring. *dict. verb. Administrator. num. 424.* Prosper. Farinac. *de Delict. & Pœnis*
77. *lib. 1. tit. 3. quæst. 24. num. 61. & 62.* prout & ille, qui necessitate urgente, ali-
quem substituit, si alicujus culpæ latæ vel levis redargui non potest, pu-
ta quòd diligentiores & magis idoneos non substituerit, à nemine cul-
pandus est, Regner. Sixtin. *dict. consil. 13. num. 30.* David Döring. *in Biblio-
thec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 425. vers. declaratur 2.*

78. Cæterum, an & quando Domini ex persona Familiæ vel in officio,
vel extra officium delinquentis de jure conveniri possit, latissimè per-
sequitur Prosper. Farinac. *citat. tractat. de delict. & pœnis quæst. 24. num. 48. &*
79. *multis seqq. ante omnes alios in hac materia videndus.* Et de Institore vel Tutore,
an & quatenus Dominus ex Contractu cum illo celebrato conveniri
possit, & è contra, tradit Berlich. *decis. 252. per tot.*

80. Hoc extra dubium esse puto, quòd Tutor in rationum redditione,
propria tantummodò facta, non etiam à Patre Pupilli gesta, vel perpe-
ram acta justificare teneatur, prout allegatis præjudiciis latè respondit
Benedict. Carpzov. *lib. 5. respons. Jur. Elector. 73. & 74. per tot.*

81. Malè ergò & contra expressas Juris Constitutiones processit quidam
Judex in casu sequenti: Danielis Kolbii Pupilli Mobilia, à Patre sibi re-
licta, Prætor Paganus ex officio pro 60. Imperialibus Jacobo Irlenio
vendiderat, & simul Emptori fidem habuerat de pretio, deinde dicto
Danieli

Danieli duos constituerat Tutores, Danielem Nohe nimirum & Johannem Rhodium. Illi pecuniam à Pupilli debitore Irlenio exigentes, deprehendebant, eum non esse solvendo, & Bonis cessisse. Quid igitur facerent? Ad acceptorum classem referebant hosce 60. Imperiales, ceu sibi à debitore solutos, sed ita, ut in serie Expensorum eosdem, suo Pupillo in solutum iterum offerrent, affirmantes, se adhibitâ omni diligentiâ, ob inopiam Irlenii debitoris, solutionem impetrare non potuisse. Replicabat Pupillus, Mobilia Irlenio non fuisse credenda. Auditis hinc & indè partibus, Judex contra Tutores pro Pupillo pronunciabat. Ego, hisce ita gestis, à Tutoribus, ut meam expromerem sententiam, rogatus, dixi, malè sensisse & judicasse Judicem, per *l. 1. Cod. de administrat. tutor.* ubi expresfsè dicitur, istius temporis periculum, quod 82.
ante susceptum Tutelæ onus evenit, ad Tutorem non pertinere. Tum quòd ea, quæ gessit Judex, Tutores non onerent, tum quòd factum 83.
alterius alteri non præjudicet, Modest. Pistor. *volum. 2. consil. 24. num. 63. vers. Et sicut regulariter.* & *consil. 40. num. 17. vers. Factum enim alterius.* tum quòd ita, non quidem de facto Judicis, sed Patris, quod in idem recurrit, in terminis cum duobus præjudiciis concludat Benedict. Carpzov. *citat. responsf. 73. per tot.* Quid obtinuerint malè condemnati Tutores, hactenus 84.
ignoro, hoc saltem scio, indoctis istis Judicibus, hoc quasi commune & quodammodo innatum esse, ut ab opinione semel concepta non facile divellantur.

Hoc quoque contrarium est & Juri & rationi, velle Successorem 85.
in officio debitis ab antecessore contractis illaqueare, per *text. apert. in l. 23. Cod. de decurion.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 418.*

Agnitis verò à Domino debitis, & ipse bonam fidem agnoscere, 86.
& vel Usuras vel Sortem per inferiùs dicenda solvere non prohibetur, sed imò cogitur.

Memini aliquando multis fuisse disputatum: An Quæstor sive Ærarii 87.
Receptor, nomina ab Antecessore non exacta, exigere, & suis rationibus inferre cogatur? Iniquum hoc esse, haud abs re quis dixerit, cùm 88.
nemo, uti paulò ante memini, alterius facto prægravandus sit, ac non nisi suæ administrationis ratio ab Administratore vel Tutore exigatur, *l. 1. §. officio. 3. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Ludov. Roman. *consil. 414. num. 1.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. tit. 8. Responsf. Jur. Elector. 74. num. 3.* Et ille, qui 89.
tempore sui officii laborum fructus, id est Salarium, accepit, nominum quoque Usuras tempore sui officii maturas exigere debeat. Conclusum 90.
tamen fuit, periculo Quæstoris ab officio discedentis Successorem exactio-

actionem facere debere, per *text. in l. 35. ff. de administrat. tutor.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 24. num. 4.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 49. num. 7.* Sed ita, ut prior ex æquo & bono alterius labores certo stipendio sublevaret.
91. Monendi interim sunt Successores, ne temerè nomina à suis Antecessoribus contracta agnoscant, hoc enim si fecerunt, periculum omne in se transferunt, *l. 44. ff. eod. tit.* ubi dicitur, Administratorem periculo Debitorum obligari, si ea ultrò in se receperit, Johan. Gryphiander *in Oeconom. Legal. cap. 3. num. 153.* Ad pro-
92. bandam verò istam agnitionem, verbis vel actu expressè apparere, ex eoque constare debet, quòd agnoverit, Tutor recipiendo verò assignationem simpliciter, non videtur illa nomina ùt idonea approbare, ita per *l. 7. ff. de tutel.* expressè Gloss. & Bartol. *in l. 8. qui nominibus. 44. ff. de administrat. tutor.* Carpzov. *dict. definit. 24. num. 5.* Pist.or. *citat. quæst. 49. num. 7. in fine.* Quòd autem dictum est, prioris Administratoris desidiam factumve Successori non præjudicare, illud in Tutore hactenus verum est, si nulla subsequentis Tutoris negligentia intervenerit: Cæterùm si quic-
93. quam culpæ ipsi queat imputari, quo facto prioris Tutoris se participem fecerit, puta ab eo, vel ejusdem Hæredibus rationes non exigendo, ita certè gestis ipsius se implicat, ut & illorum rationem reddere Jure obstrictus esse existimetur, veluti judicando observatum fuit, apud Carpzov. *lib. 5. tit. 3. Respons. Jur. Elector. 64. num. 4. & seqq.*

94. Circa hanc materiam talis aliquando fuit ventilata, & etiamnum indecisa pendet quæstio: Quidam Tributorum Exactor, quem vulgò Commissarium vocant, biennio post depositum officium à Consulibus cujusdam Civitatis, qui certam pecuniam pro Militum sustentatione & stipendio menstruatim inferre cogebantur, rationes & debiti solutionem exigebat? Annuebant illi quidem, verùm à suo debito deducenda esse dicebant servitia, Militibus à suis Concivibus, etiam longo tempore, posteaquàm Commissarius ab officio jam discesserat, præstita. Die Service-Gelder / welche nach des Commissarii Zeiten / und als er schon lang vorher das Amt quittiret hatte / von ihren Bürgern den Soldaten gereichet worden / müsten von ihrer schuldigen Summe abgekürtzet werden. Contradicebat Tributorum Exactor, & adhuc sese opponit.

95. Ego, de hac Quæstione interrogatus, respondi, temporis, quod insequitur post officii translationem, administrationis officio finito, gerendæ rei periculum ad Commissarium non pertinere, ideoque de Summa sibi debita illam pecuniam deduci non posse, quæ ex post facto vel à Consulibus, vel à Civibus alii soluta fuit, argum. *l. 6. Cod. de peric.*
96. *tutor.* & *l. 11. Cod. arbitr. tutelæ.* Deinde certi Juris est, pecunias ab uno Admi-

Administratorum exigendas, ne quidem à Collega, multòminus ab alio exigi, aut illi solvi posse, *l. in provinciis. 4. Cod. de numerar. actuar. & chartular. l. 2. Cod. de executor. & exactor.* siquidem unus officialis alterius officio 97.
se non debet intromittere, ita expressè Bartol. *in dict. l. 4. num. 1. Cod. de numerar. actuar. & chartular.* Florez. Diez de Mena *variar. Quaestion. lib. 2. quaest. 21. num. 143.* Unde dicendum est, pecunias Exactori Tributorum debitas nec Successori in officio, nec alii absque prioris speciali mandato solvi debuisse. Tertiò, invito vel ignorante Tributorum Exactore, etiamsi 98.
solverint Consules, vel eorum Cives, ab obligatione tamen biennio ante contracta liberati non erant, *l. 12. Cod. de solution.* cùm & alieno Cre- 99.
ditori solvens, exceptione solutionis factae adversus primum se tueri & defendere non possit, Hugo Donell. *in l. nulla. 5. num. 1. Cod. de exception.* Johan. Zanger. *de Exception. part. 3. cap. 1. num. 65.*

Quid? quòd & exceptioni compensationis, si fortè & hanc Exacto- 100.
ri Tributorum opponere vellent, in hac hypothesi locus esse non possit, tum quòd haec exceptio in Tributis locum non habeat, *l. 3. Cod. de compensat.* Marc. Anton Peregrin. *de Jure Fisci lib. 6. tit. 7. num. 15. vers. cessat etiam.* tum, quòd ipsi Consules, qui sunt Tributariae pecuniae Debitores, 101.
ratione praestitorum Servitiorum Creditores non dici, adeoque nec 102.
compensare possint, *l. 18. §. 1. ff. de compensat.* ubi Creditor compensare 103.
non cogitur, quod alii, quàm Debitori suo debet, tum, quòd ipsum Commissarium omnia illa, quae post ipsius officium evenerunt, & facta sint, nec tangant, nec obligent, nec ipsi damno & detrimento esse possint, aut debeant, *tot. tit. Cod. res inter alios acta vel judic.* tum quòd ille sti- 104.
pendia, tempore sui officii Militibus debita, vel ex suo repraesentaverit, ac proinde morae in exsolvendis Tributis à Consulibus commissae poenam luere non debeat, *C. mora. 25. ✠ de Regul. Jur. in 6to. l. 173. §. 2. ff. eod.*

Alia est controversia, an Administrator contrahens cum aliquo 105.
nomine officii, finito officio, tanquam ipse esset debitor, conveniri, & omissâ personâ principalis, cujus nomine contraxit, ad solutionem ex propria substantia faciendam, urgeri possit? Negativè respondendum esse, docet *l. 67. ff. de procurator. l. 3. §. 2. vers. fin. ff. de administrat. rer. ad Civitat. pertinent. l. 5. ff. quando ex facto tutoris. l. 26. Cod. de administrat. tutor.* Marcus Anton. Natta *consil. 641. num. 1. & 9.* qui de Administratore publi- 106.
co loquitur, Nicol. Boër. *decis. 80. num. 3. & 4.* & *decis. 273. num. 5. & seqq.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1399. num. 2. & tribus seqq.* Anton. Faber *in Cod. lib. 4. tit. 7. definit. 4. num. 1.* ita pronunciatum fuit apud Paul. Christinae. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 151. num. 22.* latissimè Theodor. Höping.

consil. 1. pag. 20. vers. Quartò, his accedit. & seqq. Joh. Gutierez *de Tutel. part. 2. cap. 13. num. 36.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumt. 46. num. 8. 9. 10.* & *præsumt. 49.*
107. *num. 25.* Vincent. Caroc. *decis. 77. num. 1.* ubicunque, ait, gerens officium nomine alicujus, si in rem ipsius, cujus officium gerit, se obligat, videtur ratione officii, quod suscepit, se obligare, etiamsi in forma obliga-
108. tionis non exprimatur, Francisc. Bursat. *consil. 298. num. 6.* ubi dicit, Tutores, Curatores & similes Personas nomine alieno intervenientes, minimè de suo proprio teneri, Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 37. num. 52. & 54.*
109. ubi ait, mutuo sumentem Pecuniam nomine Domini, regulariter non obligari, per *l. fin. ff. de institor. action.*

110. Ampliatur conclusio, etiamsi Administrator, celebrans fortè Emptionis & Venditionis Contractum, nomine Domini, pretium receperit, quia adhuc suo nomine non obligatur, Philip. Decius *in l. si institorem. 29. num. 6. ff. de reb. cred.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb.*
111. *Administrator. vers. ampliatur secundò.* modò Dominus esset ex dicto Emptionis Contractu obligatus, Decius & Doring. *locis citatis.* Philip. Corneus *volum. 3. consil. 213. in fin.*

112. Ampliatur 3. In specie, ut Institor seu Factor ex suo Contractu, finito officio, conveniri non possit, Petr. Peckius *de Jure sistendi cap. 4. num. 12.* Matth. Berlich. *decis. 252. num. 20. & seqq.* facit *text. in l. fin. ff. de institor. action.* ubi Bald. *num. 1. in fin.* & Sebastian. Nævius *num. 1. & 2.*

113. Ampliatur 4. Idem dicendum est de Procuratore ad negotia, Nicol. Boër. *decis. 273. num. 5. circa med.* Berlich. *dict. decis. 252. num. 25.*

114. Limitatur autem multis modis, & quidem 1. Quando Tutor vel Curator his, cum quibus durante administratione Tutelæ contraxit, indemnitatem promisit, *l. 2. Cod. si Mater indemnitat. promisit.* ita per Facultatem Juridicam Lipsiensem responsum fuisse, testatur Matth. Berlich. *decis. 13. num. 4. & 5.* & sequitur David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 105. vers. Hoc fallit.* Ernest. Cothman. *volum. 2. Responsf. 50. num. 8.* Philip. Decius *in l. impossibilium. 185. num. 5. ff. de Regul. Jur.* Cravetta *consil. 957. num. 21. & 22.* Cæsar Ursillus *in Notis ad Matth. de Afflict. decis. 295. num. 5.* Anton. Gabriel *Commun. Opin. lib. 3. tit. de Pact. Convent. conclus. 2. num. 13.*

115. Limitatur 2. Si Tutor vel Curator quasi Fidejussor subscripsit, vel durante Tutelâ Fidejussionem in se suscepit, *l. 15. Cod. de administrat. tutor. l. 67. ff. de Procurator.* Anton. Hering. *de Fidejussor. cap. 20. §. 31. num. 4. & seqq.* Faber *in Cod. lib. 5. tit. 23. definit. 5. num. 4.* & *decis. 13. num. 6.*

116. Limitatur 3. In Administratore publico, qui nondum rationes reddidit: Hic enim conveniri & condemnari potest, ut cum effectu

curet

curet solvi debitum per Administratores novos succedentes, intra certum tempus arbitrio Judicis statuendum, quo elapso, si Creditori satisfactum non sit, de suo solvat, à posterioribus Administratoribus repetiturus, quantum ratio & æquitas suadere videbitur, ita decisum fuisse refert Anton. Faber *in Cod. lib. 4. tit. 7. definit. 4.*

Limitatur 4. Quando pecuniam mutuo acceptam in utilitatem Universitatis vel Domini versam probare nequeunt: Item si pecuniam exactam Creditoribus Universitatis vel Domini non solverunt: hoc etenim casu quoque Administratores, officio licet finito, conveniri possunt, & non tantùm ipsi, verum etiam ipsorum Hæredes, Anton. Faber *in Cod. lib. 4. tit. 7. definit. 5.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 105. in fine.* 117. 118.

Limitatur 5. Si expressè promisit Administrator, se pecuniam fortè mutuo acceptam soluturum, quo casu constat, promissorem fieri expromissorem, & obligationem alienam in se recipere, atque omninò obligari, Augustin. Berojus *volum. 1. consil. 199. num. 8.* Ernest. Cothman. *volum. 5. respons. 50. num. 10. & 11.* Cravetta *consil. 272. num. 13.* Berlich. *decis. 14. num. 3.* ubi hanc limitationem hactenus veram esse dicit, si ipse Tutor, durante Tutelâ, pecuniam mutuavit vel contraxit, & se soluturum promisit, secus si antea fuit contractum, vel ipsius Pupilli Pater mutuavit pecuniam, per *l. 5. §. 1. ff. quando ex facto tutor. vel curator. &c.* 119. 120.

Limitatur 6. Si Administrator nomine proprio contraxit, & non Tutorio vel Administratorio nomine, Everhard. *in Topic. loc. à nomine dignitat. officii. 113. num. 2.* Nicol. Boër. *decis. 273. num. 6. vers. in quibus. & seqq.* Matth. Berlich. *decis. 13. num. 7. & 8.* ubi Scabinorum Lipsiensium Responsum adducit. 121.

Dicitur autem proprio nomine contraxisse 1. Quando pro se & suis Hæredibus promittit, vel si se & suos Hæredes obligavit, Anton. Gabriel *Commun. Opinion. lib. 3. de rer. alienat. conclus. 2. num. 25.* Berlich. *decis. 14. num. 1. 2. 3.* & *decis. 252. num. 30.* ita judicatum fuisse, testis est Hartman. Pistor. *observat. 20. num. 1.* 122.

2. Si se soluturum promisit, de quo paulò ante *num. 120.* dictum est. 123.

3. Si in re, quæ potest ad ipsum & Pupillum pariter pertinere, contraxit, nisi aliud expressè actum sit. In dubio enim præsumitur quis actum facere nomine potiùs proprio, quàm alieno, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1399. num. 18.* Berlich. *decis. 14. num. 4.* 124.

4 Si Tutor vel Curator se & Bona sua obligat, & sub Bonorum suorum obligatione aliquid promittit, *l. 9. vers. pignora. Cod. de præd. & aliis* 125.

teb. minor. &c. Nicol. Boër. *decis. 80. num. 6.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 171. num. 77.* Gabriel *de Rer. Alienat. dict. conclus. 2. num. 24.* Anton. Faber *in Cod. lib. 4. tit. 7. definit. 15. in princ.* Berlich. *decis. 14. num. 5.* Cravetta *consil. 762. num. 34.* Ernest. Cothman. *volum. 5. respons. 50. num. 9. 19. & 36.* Barthol. Socin. *volum. 2. consil. 254. per tot.* Johan. Gutierez *de Tutel. part. 2. cap. 13. num. 2. 17. 18. & 26.* Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 16. num. 15.* Ever-

126. hard. *in Topic. loc. à tanquam seu respect. num. 12.* Nisi additum sit in Instrumento expressè, quòd Tutor vel Administrator ratione officii contraxerit, hoc casu obligatio Bonorum propriorum hanc virtutem non habet, ut dici possit, Tutorem nomine proprio contraxisse, Anton. Faber. *in Cod. lib. 5. tit. 23. definit. 5. num. 14.* ita pronunciatum fuit apud Berlich. *decis. 15. num. 2. & seqq.*

127. 5. Si Tutor animo novandi, & ùt Principalis promisit, *l. 3. §. in eum. 2. ff. de administrat. rer. ad civitat. pertinent.* Berlich. *decis. 14. num. 7. & decis. 252. num. 31.* & ita judicatum fuit in causa alicujus Mercatoris, qui nomine sui Principalis apud alium Mercatorem Lipsiensem Merces emerat, Solutionem autem non quidem Domini, sed proprio nomine promiserat, responsum fuit, famulum hunc rectè conveniri posse, Berlich. *dict. decis. 252. num. 31. & 32.*

128. Limitatur 7. Voluntarius Procurator, id est, qui propriâ voluntate aliena negotia suscipit, obligatus est finito officio, *l. 66. §. fin. ff. de evictign.* Berlich. *decis. 252. num. 19. vers. quia quilibet. & num. 27.* post Bald. *in l. ei qui servo. 7. num. 6. vers. sed contra est. Cod. quod cum eo. &c.*

LOCUS TERTIUS.
Quibus, & in quorum Præsentia, Ratio sit reddenda.

SUMMARIA.

1. *Dominus ab Administratore rerum suarum rationem exigere potest.*
2. *Administrator rerum alienarum Dominis rationem reddere tenetur.*
3. *Extraneo & non Domino non redditur ratio.*
4. *Nisi ejus intersit.*
5. *Domini sumptibus ratio est reddenda.*
6. *Pupilli rationes in præsentia Agnatorum reddendæ sunt.*
7. *Magistratus non potest Subditum cogere, ut de suis rebus rationem reddat.*

8. *Quili-*

8. *Quilibet est rerum suarum moderator & arbiter.*
9. *Reditus, ad Civitatem pertinentes, sunt ipsius Civitatis.*
10. *Et non Principis vel Superioris.*
11. *Princeps ergò de illis rationis redditionem exigere, vel rationibus, de istis rebus reddendis, interesse non debet.*
12. *Sed soli Civitati, etiam Jurisdictionem non habenti, absque Superioris interventu, reddendae sunt.*
13. *Imperator rationes Civitatum Imperialium non examinat.*
14. *Redditur ratio Civitatum illis, penes quos est Imperium in Civitate.*
15. *Praesentibus Oppidanis, si ita sit receptum.*
16. *Particulares Incolae rationum examini interesse possunt.*
17. *Imò etiam Princeps, casu quo ita longo usu invaluerit.*
18. *Vel si ex justis causis Superior id postulaverit, & quales istae sint causae.*
19. *Receptâ in Germaniâ Consuetudine Principes non intersunt rationibus Civitatum.*
20. *Quomodo hoc verum sit.*
21. *Doctor de Consuetudine mentionem faciens, intelligendus est de loco, ubi vivit.*
22. *In Principatu Nassovio rationes Oppidorum praesentibus Consiliariis examinantur.*
23. *Casus proponitur, ejusque decisio.*
24. *Oppidanis Rationum publicarum examen urgentibus, apud Magistratum Calculatores constituendi sunt.*
25. *Rationum Exempla sive Copiae Oppidanis, suis tamen Sumptibus, non sunt denegandae.*
26. *Si querela Oppidanorum frivola, vel injusta sit, denegatur Examen vel Revisio Rationum publicarum.*
27. *Rationes Ecclesiasticae Politico Magistratui non redduntur.*
28. *Oblato Rationum Codice, ipsae Rationes calculandae sunt.*
29. *Cui fini periti constituuntur Calculatores.*
30. *Computi obscuritas per electum Calculatorem explicari debet.*
31. *Quod remedium ordinarium, & saluberrimum esse dicitur.*
32. *Ideoque in omni quaestione dati & accepti dubia, partes ad peritos Calculatores recurrere debent.*
33. *Et Magistratus per se Calculatores constituit.*
34. *Aut dat eos ad instantiam & petitionem Partis.*
35. *Jus eligendi arbitros magis Partibus, quàm Judici relinquendum est.*
36. *Unâ vel alterâ parte contumaciter non eligente, ejus partes Judex ex officio supplere potest.*
37. *Ad electionem legitimam Calculatorum plura requiruntur.*
38. *Primò: ut constet de electione legitimâ.*
39. *Error Calculi non probatur, nisi per electos à Partibus vel Judice.*

40. *Secundum Requisitum, ut fiat parte præsente, vel legitimè ad hoc citatâ.*
41. *Tertium: ut corporaliter jurent de Rationibus probè & rectè examinandis.*
42. *Quod Juramentum esse debet Veritatis, non Credulitatis.*
43. *Juramento Credulitatis non est locus, ubi Actiones sunt certis & limitatis regulis circumscriptæ.*
44. & 45. *Injuratis Calculatoribus non creditur.*
46. *Fallit, si electi fuerint per Partes, quibus etiam non juratis credendum, nisi aliter conventum sit.*
47. *Quartum Requisitum: ut plures eligantur, aut ad minimum duo.*
48. *Partibus discordantibus circa electionem, Judex eligendorum defectum supplere debet.*
49. *Unico Calculatori nulla habetur fides.*
50. *Quintum Requisitum: Calculatorum electio non debet esse bimembris, facta partim à Judice, partim à Partibus.*
51. *Unius inhabilitas vitiat actum utriusque, etiamsi inter se conveniant.*
52. *Sextum Requisitum: Ut Calculatio sit conformis, in casu verò discordiæ eligi debet tertius.*
53. *Duorum ex tribus conformitati statur, quæ mori tertius discrepet.*
54. & 55. *Utrum Calculatores possint inter Partes ferre Sententiam.*
56. *Calculatorum Arbitramentum neutiquam habet vim Sententiæ.*
57. *Finis Calculationis est, ut per Judicem approbetur.*
58. *Hâc probatione nondum factâ quævis exceptio opponi potest, nec appellari, cùm pars non possit dici gravata.*
59. *Calculatores rectè recusari possunt, si fuerunt electi per Judicem.*
60. *De forma Calculationis est, ut partes ei adhibeantur, eaque proponat, quæ Calculatores in ipsorum Sententiam trahere possunt.*
61. *Quo omisso, Rationes nec discussæ, nec rata dici queunt, aut ullo modo Executioni mandari.*
62. *Facti Species ejusque decisio subnectitur.*
63. *Quando Judici fit Relatio, de Rationibus examinatis, Partium Præsentiâ vel Citatione opus non est.*
64. *Ut ritè facta dicatur Relatio, necesse est, ut non unus tantùm, absentibus reliquis electis, referat: sed omnes simul & unâ vice.*
65. *In dubio pro Calculatoribus præsumitur, maximè si à Partibus electi fuerunt.*
66. *Et hæc Calculatio habet Executionem paratam.*
67. *Etiamsi munita sit Clausulâ hac,* salvô Calculô, *vel* salvo Jure Verioris.
68. & 69. *Nisi Calculatores notoriè egissent contra Veritatem, constituendo Debitorem illum, qui revera Creditor erat.*
70. *Quis Modus in examinandis Rationibus observandus sit?*

Dominus

Dominus exigere potest Rationes ab illo, qui res suas sub manibus habet, illique obligatus est ex Contractu, vel quasi, *l. 5. ff. de* 1.
obligat. & action. Johan. Gryphiander *in Oeconom. Legal. lib. 2. cap. 3.*
num. 96. unde sequitur, rationem ab Administratoribus reddendam esse 2.
Dominis illarum rerum, quas administrarunt, *l. 1. §. 3. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Matth. Stephani *de Jurisdict. lib. 2. part. 2. membr. 3. cap. 2. num. 164.* Barthol. Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verb. d'en rendre Conte. num. 13.* Cravetta *consil. 238. num. 2.* Faber *in Cod. lib. 5. tit. 31. definit. 8. num. 6.* David Mevius *ad Jus Lubec. part. 2. tit. 2. num. 24.* Extraneo verò, aut illi, 3.
qui Dominus non est, nequaquam, argum. *l. 2. ff. de action. rer. amotar.* Matth. Stephani *dict. cap. 2. num. 165.* Thomas Maul. *de Homag. tit. 13. num. 7.* Caspar. Klock. *volum. 3. consil. 148. num. 79.* nisi ejus intersit, Possessor fortè 4.
Pignorum pro reliquis obligatorum, qui, si rationis redditionem improbare velit, novamque postulare, audiendus est, sed ita, ut ipsius sumptibus iterata illa redditio fiat, Faber *in Cod. lib. 5. tit. 31. definit. 1. num. 1. & seqq.* aliàs Domini sumptibus reddendam esse, docet idem Faber *de-* 5.
finit. 1. num. 6. Rationum Examen, si de Pupillo quæstio agatur, non illi 6.
solùm, sed & in præsentia Agnatorum, aut Hæredum ab intestato succedentium, excutiendum est, Chassanæ. *rubr. 6. §. 6. verb. d'en rendre Conte. num. 4.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 89.*

Ex dictis manifestum est, sicuti Superior aut Magistratus non potest 7.
ab aliquo Subditorum exigere, ut de rebus ad ipsum Subditum pertinentibus, earumque administratione sibi per Subditum ratio reddatur, cùm rei suæ quilibet sit moderator & arbiter, *l. 21. Cod. Mandati.* Maul. 8.
de Homag. tit. 13. num. 13. eâdem ratione, cùm Reditus ac Proventus ad 9.
Civitatem pertinentes sint ipsius Civitatis verè proprii: quippe quæ non ab aliis, quàm ipsis Civibus ad Civitatem pervenerunt; qui communi consensu pro bono Civitatis, ac futuris necessitatibus, paulatim aliquid contribuentes, effecerunt, ut Civitas ipsorum nomine hæc Bona haberet, Matth. Stephani *dict. cap. 2. num. 166.* Thomas Maul. *de Homag. tit. 13.*
num. 7. (ubi multis probat, Res Civitatum, Villarum, & Pagorum quo- 10.
ad Proprietatem non esse Imperatoris, Principis, Comitis, vel superioris Domini, universale Dominium quoad Imperium & Jurisdictionem habentis, sed quoad Proprietatem esse Civitatum, Villarum, & Pagorum) non potest Princeps vel Comes exigere, ut Rationes de particularibus 11.
Rebus Civitatis aut Pagi, sibi aut in præsentia suorum Ministrorum reddantur, Thomas Maul. *de Homag. tit. 13. num. 13.* Cravetta *consil. 238. num. 1.*
ubi defendit, quòd Civitates destitutæ Privilegiis & Consuetudine sin- 12.
gulari, hoc Jus sibi vendicare possint, ut Rationes ab Administratoribus

Rerum

Rerum ad suam Civitatem spectantium, absque interventu Superioris
petant, & recipiant, quamvis ejusmodi Civitates aut Universitates Ju-
risdictionem nullam habeant, confer. Petrum Heigium *part. 1. quæst. 20.*
num. 5. Matth. Stephani *dict. cap. 2. num. 167. & seqq.* latissimè Ernest. Coth-
man. *volum. 3. respons. 3. num. 1. usque ad num. 50.* David Mevius *ad Jus Lubec.*
13. *part. 2. tit. 3. num. 26.* ubi dicit, & verè dicit, si Civitas Lege, aut More
antiquo, qui omninò spectandus est, ad id obligata non sit, se non vi-
dere, quâ ratione Principes inferiores magis intercedere possint Ratio-
nibus subjectarum Civitatum, quàm Imperatori id permittitur in Civi-
tatibus Imperialibus.

14. Reddenda igitur est ratio illis, penes quos in Civitate Imperium
atque Jurisdictio est, David Mevius *ad Jus Lubec. part. 2. tit. 3. num. 23.*
15. præsentibus Oppidanis, si ex Consuetudine & Privilegio ita receptum
16. sit, Heigius *dict. quæst. 20. num. 12.* quinimò particulares loci interesse posse,
ad instruendam causam & Calculatores, de facto consuluit Marc. An-
ton. Natta *consil. 259. num. 1.* Arismin. Tepatus *in Compend. Decision. tit. 83. cap. 7.*
vers. particulares loci.

17. Sanè aliud dicendum est, si Princeps vel Dominus Pacto, Con-
ventioneve singulari, sive etiam longo aut immemorali tempore, non
contradicente Magistratu Oppidano, Jus interveniendi Rationibus ac-
18. quisiverit: Contrarium quoque statuimus, si ex justis causis Rationum
rerum publicarum inspectionem postulaverit, forsitan quòd fama &
suspicio sit, de mala Administratione, & fortè de illa conquerantur Op-
pidani, malam pecuniæ publicæ & in deteriores usus conversionem al-
legantes. Hoc casu Jure Superioritatis rectissimè utitur, & de omnibus
ab Oppidano Magistratu in sua aut suorum præsentia Rationem redden-
dam esse justissimè mandat, argum. *l. 13. §. 3. vers. æquissimum. ff. de usufruct.*
l. 16. §. 1. ff. de usu & habitat. in verb. interest enim ejus fines prædii tueri. Petr. Hei-
gius *dict. quæst. 20. num. 14.* Mevius *ad Jus Lubec. part. 2. tit. 3. num. 31.* Caspar.
Klock. *volum. 3. consil. 149. num. 79.* Matth. Stephani *citat. cap. 2. num. 179. &*
19. *180.* ubi *num. 182.* addit, juxta generalem totius Germaniæ Consuetudi-
nem Principes à redditione Rationum, quam faciunt Administratores
Rerum ad Civitatem pertinentium, omninò excludi, nisi ex alio capite
20. admittantur. Credo ego hoc esse verum de locis, ubi Author modò
21. laudatus suo tempore vixit, ex Regula vulgata, Doctori allegandi Con-
suetudinem, de suo Foro, in quo versatur, non de alieno, ubi recepto-
rum Morum expers est, fidem esse habendam, Riminald. Jun. *consil. 245.*
num. 41. & seqq. & *consil. 648. num. 18.* Francisc. Herculan. *de proband. negativ.*
num. 302. restrict. 5. Knichen *de Saxonia non provocandi Jure cap. 3. num. 213.*

Mascard.

Mascard. *de Probation. conclus. 528. num. 6.* In his enim Terris Nassovicis, 22.
inprimis autem in Civitatibus & Oppidis ad Celsissimum Principem meum spectantibus, nullæ rationes absque interventu Satrapæ, aut Consiliariorum examinari possunt, aut debent. Recenter adhuc Cives alicu- 23.
jus Municipii, cujus nomine mentionem facere nunc supersedeo, queruli accedebant ad Dicasterium nostrum, Scabinorum oscitantiam in administranda Republica, inprimis autem nimias illorum compotationes, per illasque annuorum Redituum non modò deplorabilem decoctionem, verùm etiam multæ Pecuniæ suppressionem allegantes: Urgebant igitur, ut sibi Consulum Rationes, antequam examinarentur, certo tempore introspiciendi facultas concederetur: Annuimus petitioni ex rationibus modò allegatis, sed ita, ut errores, si quos allegare possent, in medium proferrent, decisione Celsissimo Principi relictâ.

Quod si enim Examen aut Revisionem publicarum Rationum ex 24.
justa causa postulent Oppidani, non illi ipsi arbitri hujus rei constituendi sunt, sed ubi querelas Principi aut Magistratui exposuerint, Calculatores ex Sententia Magistratus ordinandi sunt, coram quibus Rationes reddantur, quarum exempla Oppidanis, suis Expensis, ad contradicen- 25.
dum, communicari debent, Marc. Anton. Natta *consil. 259. num. 1. in fin.* Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 16.* David Mevius *ad Jus Lubec. part. 2. tit. 3. in princ. num. 33.* addens, si nihil habeant Oppidani, de quo justè conque- 26.
rantur, absolvendos esse Consules, atque ita in hanc Sententiam aliquotiens judicatum fuisse, dicit Heigius *dict. quæst. 20. num. 17.*

Ex Regula in principio data sequitur quoque, Rationes Ecclesiasti- 27.
cas, die Kirchen-Rechnungen / ubi aliud receptum non est, Magistratui Politico non esse reddendas, de qua materia latè videndus Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Consistor. lib. 2. definit. 315. per tot. definit. 316. num. 4. & definit. 317.*

Quoniam autem hoc ipso, quòd Liber Rationum exhibetur, de 28.
reliquis sive residuis non apparet, nec computo Administratoris hac in re fides plena habetur, sed calculandæ sint denuò Rationes, ut residuorum, quæ post deductionem Impensarum restant, existat certitudo ac veritas, secundùm quam Judex Sententiam ferre queat, monente Carpzovio *lib. 5. tit. 8. Respons. Jur. Elector. 75. num. 8.* Hinc haud immeritò, præ- 29.
sertim si Rationes sunt difficiles & intricatæ, certi ac periti eliguntur Calculatores, ad calculandum & computandum data & recepta hinc inde, ita ut deductis deducendis appareat, quid reliqui debeatur, Francisc. Vivius *Neapolitan. Decis. 153. num. 1.* ubi omnes ita sentire testatur Benedict. Carpzov. *dict. respons. 75. num. 9.* Imò, ubi computa datorum & 30.
G accepto-

acceptorum sunt obscura, & intricata, semper & ante omnia deveniendum est ad electionem Calculatorum, Francisc. Vivius *dict. decis. 153. num. 1.* Paul. Christinæ. *volum. 2. Decis. Cur. Belgicæ 98. num. 3.* ubi post Bar-
31. tol. *in l. si cui libertas. 50. ff. de condit. & demonstrat.* dicit, nullum esse remedium magis ordinarium in reddenda ratione, quàm adhibitio Calcula-
32. torum: Imò, in omni quæstione super computis datorum & acceptorum, remittendæ sunt partes ad Calculatores & Peritos, Paul. Christinæ. *dict. decis. 38. num. 5.*

33. Magistratus autem non semper proprio motu Calculatores pro examinandis Rationibus constituere solet, quin etiam ille, qui reddendarum obnoxius est, instare potest apud Judicem, ut Arbitrum vel Calculatorem nominet, qui accepta & expensa recognoscat, *l. 53. vers. liber*
34. *etiam. ff. de Judic.* ubi Hermogenianus JCtus dicit, liber esse jussus, si Rationes reddiderit, Arbitrum contra Dominum Rationibus excutiendis rectè petere posse, consentit Ulpianus *in l. 50. ff. de condit. & demonstrat.* & *in l. 1. §. 7. ff. si is, qui Testament. liber esse jussus erit.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 35.* Ernest. Cothman. *volum. 2. Respons. 83. num.*
35. *15. & seqq.* usque adeo, ut Calculatores à Partibus potius quàm à Judice
36. eligendi sint: hisce verò vel uno ex duobus moram nectente, & contumaciter detrectante, ipse Judex ex officio contumacis Partes supplet, & tergiversantis nomine Calculatores nominat, Paul. Christinæ. *volum. 2. decis. 98. num. 5.*

37. Ad hoc autem, ut Calculatorum electio, iis verò electis, illorum
38. Processus valeat, plura requiruntur: Et quidem primò, ut de eorum electione legitimè factâ constet, Hector Felicius *de Societat. cap. 38. num. 47.*
39. Calculi namque error non probatur per eos, qui à Partibus vel Judice non sunt electi, Mascard. *de Probation. conclus. 253. num. 5.*

40. Requiritur Secundò, ut Calculatorum electio, facienda per Judicem, fiat Parte præsente, vel legitimè citatâ, Gabriel *Commun. Opinion. lib. de Citat. conclus. 1. num. 187.* Covarruv. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 13. num. 14.* Francisc. Bursat. *consil. 102. num. 19.* & *consil. 105. num. 20.* Felicius *dict. cap. 38. num. 48.*

41. Requiritur Tertiò, ut corporaliter jurent de Rationibus probè &
42. rectè examinandis, idque jusjurandum veritatis & non credulitatis esse debet, quia Calculatores certas Regulas habent, & errare vix possunt:
43. Credulitatis verò Juramentum defertur illis, quorum Actiones certis & limitatis regulis non circumscribuntur, ideoque solummodò de Judicio deponunt, Hector Felicius *de Societat. cap. 38. num. 49.* Horatius Mandos. *in Notis ad Roman. consil. 20. lit. F. ante fin.* Bursat. *consil. 105. num. 9.* Paul. Christi-

Christinæ. *volum. 2. dict. decis. 98. num. 6.* ubi dicit, absque Juramento illis 44.
non credi, Matth. Stephani *de Jurisdict. lib. 2. part. 2. membr. 3. cap. 2. num. 233.*
quòd Calculatores à Judice nominati jurare debeant, communis est 45.
apud Munnoz de Escobar *de Ratiocin. cap. 8. num. 21. & 22.* Joh. Baptista
Asin. *de Execution. §. 7. cap. 179. num. 3.* Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 1.*
lib. 4. cap. 19. num. 15. Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 19.* Trentacinq. *lib. 3. de*
Solut. resolut. 7. num. 17. nisi sint electi à Partibus, quibus etiam non juratis 46.
credendum est, nisi aliter conventum sit, Trentacinq. *dict. resolut. 7. num.*
17. vers. in secundo casu. Escobar *de Ratiocin. cap. 8. num. 22. & 23.* Marc. Anton. Natta *consil. 40. num. 3.* Felicius *dict. cap. 38. num. 49. in fine.*

Requiritur Quartò, ut duo ad minimum Calculatores à Judice eli- 47.
gantur, unus enim non sufficit, communem dicit Riminald. Jun. *consil.*
102. num. 21. Felicius *dict. cap. 38. num. 50.* Nevizan. *consil. 94. in fin.* dicens,
eligendos esse duos vel tres, & Partibus discordantibus, Judicis esse par- 48.
tes, eorum defectum in eligendo supplere, adde Paul. Christinæ. *volum. 2.*
Decis. Cur. Belg. 98. num. 4. Calculatori quippe unico non creditur, Chri- 49.
stinæ. *dict. decis. 98. num. 7.*

Quintò requiritur, utrumque, vel omnes Calculatores, vel à Par- 50.
tibus, vel à Judice esse electos, nec sufficit, unum legaliter vocatum,
alterum sibi Socium elegisse, Francisc. Bursat. *consil. 105. num. 21.* ubi do-
cet, inhabilitatem unius electi actum sive Calculationem utriusque, 51.
etiamsi inter se conveniant, nullum reddere, adde Felicium *de Societat.*
cap. 38. num. 51.

Requiritur Sextò, ut in Calculatione sint conformes, in casu verò 52.
discordiæ eligatur tertius, *l. item si unus. 17. §. principaliter. 6. & §. fin. l. diem*
proferre. 27. §. si plures. 3. ff. de arbitr. Felicius *dict. cap. 38. num. 52.* vice versâ,
Calculo duorum ex tribus standum est, quando inter se conveniunt, 53.
licet hic tertius reclamet vel discrepet, Francisc. Bursat. *consil. 105. num. 10.*

Quæsitum aliquando, & disputatum fuit in Dicasterio nostro, cùm 54.
Calculatores à Celsissimo Principe ad examinandas Rationes Johannis Georgii Zaunschlifferi Tutoris, contra Johannem Henricum Lottium & Consortes expresè deputati, post finitum Rationum Examen, per Sententiam Actoribus perpetuum silentium sub certa Poena Pecuniaria imposuissent, an hoc Decretum sequendum esset, vel, ut explicatiùs dicam, an isti Calculatores potuerint de jure inter Partes ferre Sententiam? videbatur affirmandum, ex doctrina Castrensis *in l. si cui libertas. 50. ff. de condit. & demonstrat.* quam alii postea secuti sunt, & quidem nominatim Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 36.* Mascard. *de Probation. conclus. 253. num. 8.* Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 1. lib. 4. cap. 19.*

55. *num. 17.* Contrarium tamen ſtatuendum eſſe, & majorem poteſtatem iſtos Calculatores non habuiſſe diximus, quàm examinare Rationes & poſtea apud Judicem cum Relatione producere, ejusque deciſioni relinquere, rectè ne Rationes, an non rectè fuerint compoſitæ, Eſcobar *de Ratiocin. cap. 8. num. 24. & 25.* Paul. Chriſtinæ. *volum. 2. Deciſ. Cur. Belg. 98. num. 8. & 9.* ita receptum eſſe, fatetur Felicius *de Societat. cap. 8. num. 45.* & de facto pronunciatum fuiſſe ex *l. 2. Cod. de Jure Fiſci.* teſtatur Carpzov.
56. *lib. 5. Reſponſ. Jur. Elector. 75. num. 13. & ſeqq.* ubi expreſsè vult, computationi à Calculatoribus factæ ad condemnandum vel abſolvendum vim Sententiæ neutiquam eſſe tribuendam, priusquam deſuper Judex pronun-
57. ciet: Finis ſiquidem Calculationis eſt approbatio per Judicem, per quam Reum vel condemnat vel abſolvit, Cardinal. Tuſch. *lit. C. Practicar. Con-*
58. *cluſ. 4. num. 26.* Ideoque antequam fiat approbatio per Judicem, poteſt peti remiſſio, & opponi quæcunque exceptio contra Calculum coram Judice: & ſi appelletur ab eo, antequam approbetur, fruſtratoria redditur Appellatio, cùm hac ratione nec dum gravatus appellet, ita judicatum fuit apud Tuſchum *dict. concluſ. 4. num. 27.*

59. Recuſari poſſe Calculatores, modò à Partibus non fuerint electi, vide latè Munnoz. de Eſcobar *de Ratiocin. cap. 3. num. 13. & ſeqq.*

60. Circa calculandi formam hoc obſervandum eſt, Examini Rationum neceſſariò Partes adhiberi, ſcilicet ut ea proponant, quæ in ipſorum Sententiam Calculatores trahere poſſunt, Eſcobar *de Ratiocin. cap. 2. num. ...* & *cap. 31. num. 21. & ſeqq.* Coler. *de Proceſſ. Executiv. part. 3. cap. 2. num. 36.* Johan. Petr. Surd. *conſil. 452. num. 35.* pulchrè Parlador. *Rer. Quoti-*
61. *dian. cap. fin. part. 1. §. 6. num. 5.* Felicius *de Societat. cap. 38. num. 53.* hoc omiſſo, Rationes, non citato Reo diſcuſſæ, neque ratæ eſſe, neque ullo modo Executioni mandari poſſunt, Johan. Parlador. *Rer. Quotidian. cap. fin. part. 1. §. 6. num. 5. & ſeqq.* Eſcobar *de Ratiocin. cap. 31. num. 22. verſ. Mihi tamen prædicta.* Erneſt. Cothman. *volum. 2. reſponſ. 83. num. 148. & tribus ſeqq.*

62. Poteſt hinc facilè colligi, præpoſterè aliquando proceſſum fuiſſe in ſequenti caſu: Prætor Dillæburgicus Philippus Hatzfeldius, præteritis belli temporibus, juſſu Principis Collectas à Subditis exegerat, &, rationibus cum Pagorum Magiſtris ſubductis, ſatis concedebat. Mortuo hoc Tributorum Exactore Communitas Fronhuſana conquerebatur, Prætorem modò memoratum nimium à ſe exegiſſe, ac propterea ad novum Calculum Rationum provocabat: Re longe lateque diſcuſsâ & ventilatâ, Prætoris Gener, qui Soceri jam mortui cauſam tuebatur, ab Actione contra ſe inſtitutâ abſolutus, mortem quoque cum vita commutabat. Communitas igitur, elapſis aliquot Annis, apud Ærarii Tribunos pro novis

novis Calculis denuò instabat, &, cùm facilem inveniret assensum, eò rem deducebat, ut, revisis Rationibus, Hatzfeldiani Hæredes, ad Actum Revisorium non vocati, in aliquot centum reliqua condemnarentur.

Rebus ita bono auspicio & prosperè gestis, Communitatis Fronhusanæ Directores, sive quatuor Viri, cum Pagi Præfecto animosiores facti, Rationes modo jam dicto examinatas loco Libelli in Dicasterio nostro producebant, instantissimè urgentes, ut Hatzfeldianis Solutionem reliquorum, vel in eventum Prætori Executionem injungeremus.

Nos, examinatâ causâ, utrumque denegavimus: sed imò potiùs legitimo, & in Ordinatione Nassovica præscriptô modô procedendum esse, judicavimus, ita quidem, ut, institutâ contra Hatzfeldianos Actione, primùm Fronhusani causam legitimam deducerent, cur ad novum Calculum recurrendum sit, antequam Rationes jam antè discussæ, & per Definitivam confirmatæ, repeterentur.

Sed hæc ita se habent, quando Rationes examinantur, huic enim actui Partes interesse, & eò vocandæ sunt: Cæterum quando, calculatis jam & examinatis Rationibus, Judici fit Relatio, non utique necessariò requiritur, ut & tunc isti citentur, quorum causa agitur, sive ille sit Dominus, id est principalis, sive rationalis aut Administrator, Hector Felicius *de Societat. cap. 38. num. 53.* Bursat. *consil. 102. num. 19.* & *consil. 105. num. 20.* ubi communem dicit, Matth. Coler. *de Processʃ. Executiv. part. 3. cap. 9. num. 153. & 158.* caveant quoque Calculatores ipsi, ne, duobus vel pluribus electis, absentibus aliis, unus tantùm referat, hoc enim si fiat, Relatio dicitur esse nulla, Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 15. gloss. 12. num. 29. ante fin.* post Seraphin. Olivar. *decis. 986. in fin.* 63. 64.

Denique pro Calculatoribus in dubio stat præsumptio, Petr. Paul. Paris. *volum. 1. consil. 89. num. 8.* Mascard. *de Probation. conclus. 254. num. 20.* hinc eorum Calculationi, cum primis à Partibus electorum, fides est habenda, Mascard. *dict. conclus. 254. num. 7.* Bursat. *consil. 102. num. 8.* eique standum erit, adeò ut paratam habeat Executionem, Christinæ. *volum. 2. decis. 98. num. 6.* etiamsi adjecissent conclusioni Clausulam, *salvo Calculo*, vel *salvo Jure verioris Calculi*, Felicius *dict. cap. 38. num. 54.* nisi fortè egissent contra claram veritatem, admittendo ea, quæ non debebant admitti, constituendo eum Creditorem, qui re vera Debitor erat, & similia agendo, nam tali casu non statur Calculatoribus, etiam à Judice & Partibus confirmatis, Mascard. *dict. conclus. 253. num. 12. & 13.* 65. 66. 67. 68. 69.

Modus examinandarum Rationum in hoc consistit, ut, quando primæ Rationes redduntur, inspiciatur Inventarium, an Summa in eo contenta, cum Rationibus conveniat, an ex singulis Prædiis in Reper- 70.

torio specificatis annui Fructus ad numerum acceptorum sint relati: quando verò secundæ ac reliquæ postmodum examinantur, inspiciuntur Rationes ultimæ, sive proximè redditæ, & Summa Calculi confertur cum ea, quæ in proxima posteriore ponitur, in fine omnium Rationum tandem ineunda est Collatio Inventarii cum Rationibus ipsis, exindèque perspiciendum, quid & quantum ex Bonis à principio Tutori vel Administratori juxta Repertorii descriptionem traditis adhuc supersit, atque istâ ratione facilè perspici potest, num introitus & exitus legitimo & decenti modo cohæreant, Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 9. vers. Ut autem.*

LOCUS QUARTUS.

Quando, & quo tempore, Ratio sit reddenda.

SUMMARIA.

1. *De Jure Civili Administrator, vel quilibet alius, non tenetur ad reddendam Rationem, officio nondum finito.*
2. *Administrationis Rationem exigere ab illo, qui in officio adhuc perseverat, Legumlatores absurdum judicarunt.*
3. *Actio Tutelæ de Rationibus distrahendis, datur, finitâ demum Tutelâ.*
4. *Teste experientiâ, Rationum examine justò longiùs protracto, magnum subinde Pupilli incurrunt damnum.*
5. *Quapropter ut consultum Pupillis sit, Rationum Tabulæ maturè inspiciendæ.*
6. *Nulla & inanis est Actio, quam Debitoris inopia excludit.*
7. *Nihil citiùs Magnatum Patrimonium & Facultates extenuat, quàm Rationum reddendarum neglectus.*
8. *Frequens reddendæ rationis observatio Tutores attentiores & diligentiores facit.*
9. *Præstat intacta Jura servare, quàm post vulneratam causam remedium quærere.*
10. *Jure novissimo Constitutionum, quilibet Tutor quotannis tenetur ad reddendas Rationes.*
11. *Quod ubique locorum receptum, & Pragmaticâ Sanctione confirmatum est.*
12. *Et observatur quoque in Terris Nassovicis.*
13. *Et in Tutore honorario obtinet.*
14. *Extenditur primò ad alios aliena negotia gerentes.*
15. *Quod adeò verum est, ut, eò omissò, contra Administratores jurari possit in Litem.*

16. *Hoc*

16. *Hoc Jus anniversariarum Rationum admittendum est, si aliter non convenerint Partes.*

17. *Extenditur secundò, ut Administrator etiam non requisitus, sed ultrò teneatur ad reddendam Rationem suæ Administrationis.*

18. *Et offerre Librum Rationis unà cum ipsius Tutelæ & curæ Administratione.*

19. *Quod si neglexerit, tenebitur ad interesse usque ad diem, quo Administrationem restituit.*

20. *Hoc namque tempus, cùm legale sit, pro Administratore interpellat, statimque differentem in mora constituit.*

21. *Tertiò extenditur hoc quoque ad Præfectos & Magistros Ærarii Ecclesiastici.*

22. *Hæc tamen Regula limitatur, ut quoque infrà Annum cogi possit ad reddendam Rationem, si de novo aliquid emergat, quod Domino scire expediat.*

23. *Maximè si Dominus solùmmodo petat inspicere Libros Rationum, omissâ exactione reliquorum.*

24. *Quod verum, si justa subsit causa, & priùs de Calumnia juraverit, postulante id rationali.*

25. *Administrator ipse quovis tempore ab officio discedere, & Rationes offerre potest, modò ad certum tempus suam operam non locaverit.*

26. *In excipiendis expungendusque Rationibus, contra Administratores proceditur summatim, sine strepitu judiciario.*

27. *Inprimis si hoc Rationum perplexitas, confusio, defectus similiaque vitia suadeant: quo casu tanquam in debito liquido procedi potest.*

DE Jure Civili certum est, ante finitum negotiorum gerendorum 1.
officium Rationem ab Administratore exigi non posse. Absur- 2.
dum enim esse judicarunt Legumlatores, Rationem Administrationis reposcere ab illo, qui in officio adhuc perseverat, *l. 9. §. 4. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 190.* Berlich. *part. 2. conclus. 12. num. 1.* ideoque Actio Tutelæ de Rationibus distrahen- 3.
dis non competit, nisi finitâ demum Tutelâ, *l. 1. §. fin. l. 4. ff. eod. l. 3. §. 6. ff. de suspect. Tutor.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 1.*

Quia autem, experientiâ teste, ex suspenso, & in longius tempus 4.
protracto rationum examine magnum subinde Pupilli incurrunt detrimentum, multoties enim evenire constat, quòd, dum maturè Ratio- 5.
num Tabulæ non inspiciuntur, ex iisque grassatio & mali mores Administratoris non colliguntur, Tutor interea, decoctis facultatibus, desinat esse non solvendo, atque adeò Pupilli substantia, à Tutore jam deperdita, restaurari, & in integrum restitui non possit, quò egregiè facit

l. 4.

l. 4. Cod. de susceptor. praeposit. & arcar. in verbis: ut facilius, si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare jacturam: quippe in vulgus notum est,
6. nullam esse, & inanem Actionem, quam inopia Debitoris excludit, *l. 6. ff. de dolo malo. l. 12. ff. de furtis.*

7. Magnatibus quoque idem periculum metuendum esse, & nihil aequè Principum facultates extenuare, quàm Rationum reddendarum neglectum, jam dudum monuit Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. cap. 8. num. 9.* Herman. Lather. *de Censu lib. 1. cap. 15. num. 10.* citati à Benedict. Carpzov. *lib. 5. tit. 8. Respons. Jur. Elector. 91. num. 4.*

8. Vice verò versâ matura reddendae Rationis observatio acuit diligentiam & fidem Tutoris, si sciat, se non demùm in fine officii, sed singulis Annis actus sui rationem reddere debere, & facilè ac citò patefactum iri, si quid fortè in pernitiem Pupilli commiserit, vel omiserit, uti rectè censuit Conrad. Rittershus. *in exposit. Novell. part. 8. cap. 9. num. 8.* eumque secutus Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. resolut. 8. num. 2.*

9. Cùm igitur satius sit, intacta Jura servare, quàm post vulneratam, & fortè incurabilem causam remedium quaerere, argum. *l. fin. Cod. in quib. caus. in integr. restitut. &c. l. 4. Cod. ad Leg. Cornel. de Sicar.* Pruckman. *volum.*
10. *2. consil. 23. num. 77. & seqq.* Wesenbec. *consil. 331. num. 257. & 260.* novissimae Constitutiones, isti malo obviare volentes, prudentiùs introduxerunt, quemlibet Tutorem compellendum esse, singulis Annis de Administratione Tutelae & Curae rationem reddere, *Clementin. quia contigit. 2. §. 1. de*
11. *religios. domib.* quae Constitutio ubique locorum recepta, & per Pragmaticam Sanctionem confirmata est, *Ordinat. Polit. de Anno 1548. tit.* Von der *Pupillen* und Minderjährigen Kinder *Tutorn* und Vormündern. *31. Ordinat. Polit. de Anno 1577. tit.* Von der *Pupillen* und Minderjährigen Kinder *Tutorn*
12. und Vormündern. *32.* idque etiam de Jure nostro topico obtinet juxta *text.* in der Fürstl. Nassauischen Land-Ordnung *part. 5. cap. 6. in princ.*

13. Et in Tutore honorario quoque verum est, Porcellin. *de Inventar. cap. 5. num. 1.* Munnoz. de Escobar *de Ratiocin. cap. 3. num. 2. & 3.*

14. Extenditur Regula 1. Ad omnes alios aliena negotia gerentes,
15. Borgnin. Cavalcan. *part. 1. decis. 39. num. 25.* ubi dicit, quemlibet Administratorem, negotiorum gestorem, Factorem ac Procuratorem compelli facere Libros, & quolibet Anno Rationem reddere, aliàs posse contra ipsum jurari in litem: idem docet Balthasar. *ubi suprà num. 2. in fin.* post Gutierez. *de Tutela part. 3. cap. 1. num. 31.* addo Matth. Stephani *de Jurisdict. lib. 2. part. 2. num. 192.* Michaël. Angel. Gizzium *in Annotat. ad Hect. Capyc. Latro lib. 1. decis. 113. num. 1. & 2.* Daniel Moller. *lib. 1. Semestr. 8. num. 4.* Matth.

Matth. Wesenbec. *consil. 61. num. 1. consil. 243. num. 24.* & *consil. 331. num. 257.* & *seq.* David Mevium *ad Jus Lubec. part. 2. tit. 3. num. 2.* ubi Administratores, si aliter non convenerint Partes, ad anniversarias Rationes condemnat, per *l. 2. §. 1. ff. de administrat. rer. ad civitat. pertinent. l. 6. Cod. de Jure Fisci.* confer. Francisc. Niger Cyriac. qui de Exactore loquitur *Controvers. Forens. 433. num. 14.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 16.* 16.

Extenditur 2. ut Administrator etiam non requisitus, sed ultrò, statuto tempore, rationem suæ Villicationis reddere obstrictus sit, *Ordinat. Polit. de Anno 1577. dict. tit. 32. §. Item*, daß er ꝛc. 3. Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 16.* Ernest. Cothman. *volum. 4. respons. 9. num. 64.* Escobar *de Ratiocin. cap. 6. num. 88.* Gutierez. *de Tutela part. 3. cap. 1. num. 7.* Joh. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 6.* Et hanc esse communem opinionem, quòd Tutor Librum Rationum cum ipsius Tutelæ & Curæ Administratione reddere teneatur, non requisitus, docet Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. de Libris Tutor. num. 39.* Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 8. num. 10.* Cardinal. Paris. *volum. 2. consil. 21. num. 55.* Christoph. Philip. Richter. *decis. 13. num. 20.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 2. per tot.* Adeò, ut si eam non reddiderit, vel obtulerit, ad interesse teneatur, usque in diem, quo Administrationem instituit. Tempus enim hoc reddendarum Rationum, cùm à Lege sit constitutum, & ferè ubique receptum, dies interpellat pro Administratore, igitur, si adveniente tempore rationem non offerat, statim in mora constituitur, Escobar *de Ratiocin. cap. 6. num. 88.* 17. 18. 19. 20.

Extendit Regulam nostram 3. & meritò, ad Præfectos & Magistros Ærarii Ecclesiastici, à quibus singulis Annis Rationem esse reddendam, dicit Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Consistor. lib. 2. definit. 316. per tot.* 21.

Limitatur Regula, si de novo aliquid emergat, propter quod Rationem exigere Domino expediat, tunc enim ante tempus petere, & ut reddatur, urgere potest, Escobar *de Ratiocin. cap. 6. num. 2.* Maximè verò omni casu Dominus instare, & petere potest, ut Rationum Codices sibi quandocunque, absque tamen reliquorum solutione, ab Administratore monstrentur, eorumque inspectio sibi concedatur, prius præstitô tamen, si id postulet rationalis, ab Actore Juramento, quod justis de causis & non calumniosè hanc editionem Rationum postulet, Petr. Nicol. Mozzius *in tractat. de Contractibus rubr. de natural. Societat. num. 29. vers. Itaque &c.* 22. 23. 24.

Quoad Administratorem ipsum, si non ad certum tempus, puta Mensem, Annum vel ulterius fuerit conductus, quocunque tempore 25.

ab officio discedere, & rei administratæ rationem offerre potest, Mercurial. Merlin. *decis. 111. num. 6.*

26. Nec illud quoque hic omittendum est, in Administrationum & Rationum negotiis, contra Administratores de Jure procedi summatim, sine ordine judiciario, *L. 4. Cod. de conveniend. Fisci debitor.* velo levato, &
27. executivè, Ernest. Cothman. *volum. 3. respons. 8. num. 69.* cumprimis si Rationum perplexitas, confusio, defectus, obscuritas, similiaque vitia ex ipsa Librorum & Registrorum inspectione appareant, quo casu sine mora, veluti in debito liquido & aperto, procedi posse, docet Cothman. *dict. respons. 8. num. 70.*

LOCUS QUINTUS.

Ubi, & quo in loco, Ratio sit reddenda.

SUMMARIA.

1. *Locum, ubi Rationes reddendæ, Judex arbitrabitur, juxta Pomponii JCti sententiam.*
2. *Hodie in loco Rei, vel Administrationis gestæ, tractandum est Rationum Examen.*
3. *Eòque semper remittendus Curator, si ibi non inveniatur.*
4. *Faciliùs, & pleniùs veritas inveniri potest, ubi gestum est negotium.*
5. *Isti loco se quisque subjecisse creditur, unde Testimonia & Documenta commodiùs haberi possunt.*
6. *Præjudicium adfertur.*
7. *Remittendus est Administrator ad locum rei gestæ, pro expungendis Rationibus.*
8. *Sive ibi Domicilium habeat, sive non.*
9. *Etiamsi ibi non degat, vel ibi non reperiatur.*
10. *Plures Tutores diversi Fori audiendi non sunt, si coram omnium Superiore conveniri velint.*
11. *Ne quidem Actor Administratores diversi Fori, coram omnium Superiore, convenire potest.*
12. *Juxta Consuetudinem Loci, ubi administratum est negotium, conficiendus est Liber Rationum, & Calculi ponendi.*
13. *Ministri Magnatum & Principum, etiam alibi administrantes, in Curia Dominorum Rationes reddunt.*
14. *Nisi justum metum allegare possint.*
15. *Editio Rationum, alibi locorum, quàm ubi negotium gestum est, rectè peti potest.*

16. *Domi-*

16. *Dominus rationalem, omisso loco Administrationis, convenire potest in loco Domicilii.*
17. *Eique hoc beneficium singulariter concessum est.*
18. *Reo tamen ipsi, ad locum Domicilii provocare, permissum non est. Sed ad instantiam Actoris pracisè, ad locum negotii administrati, remitti debet.*
19. *Electo Foro Domicilii, Actor tenetur ferre Impensas, pro expungenda ratione necessarias.*
20. *Inque loco Domicilii semel cœpta ratio, ibi quoque finiri debet, licet Bona Administratoris inibi reperta, postea non sufficiant pro solutione debiti.*
21. *Quoties Rationes in loco negotii administrati expediuntur, Documenta verò Administrator alibi habeat, tunc Reus propriis Sumptibus illa exhibere tenetur.*
22. *Fallit, si antea congruo tempore & loco Rationes Domino obtulisset, isque fuisset in mora recipiendi.*
23. *Idem Jus est in adulto, semel examinatas Rationes denuò examinari petente.*
24. & 25. *Ortâ controversiâ, super Ratione vel certis Rationum Articulis, inter Principem ejusve Ministrum: An ipsius Judicium subire cogatur? distinguendum est.*
26. *Si Tutor alibi ordinatus est, & Juramentum præstitit, in loco præstiti Juramenti Rationem reddit in Brabantia.*
27. *Sed non in locis aliis.*
28. *Clericus Negotia Secularia administrans, coram quo Judice conveniri debeat?*
29. *Si inter plures Tutores adest etiam Clericus, tunc omnes, ne dividatur continentia causæ, ad Judicem Ecclesiasticum remittendi sunt.*
30. *Tot locis Actio de Ratiociniis moveri potest, quot locis negotia sunt administrata, nisi continentia causarum hoc impediat.*

AD Quæstionem, ubi Rationes sint reddendæ? Pomponius JCtus respondet, non esse exigendas, ubi habitat ille, cui reddenda est Ratio, nec ubi ipse Dominus vult, sed totam hanc rem arbitrio Judicis esse committendam, *l. 112. ff. de condit. & demonstrat.* Jac. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæstion. cas. 463. num. 1. & 2.* 1.

Ne tamen hæc Actio semper in incerto esset, Imperatores Diocletian. & Maximian. postea voluerunt, reddendas esse in loco Rei vel Administrationis gestæ, *l. 1. Cod. ubi de ratiocin. tam publ. quàm privat. agi oportet.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 14.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 91.* Hector Felicius *de Societat. cap. 38. num. 1.* Matth. Stephani *de Jurisdict. lib. 2. part. 2. membr. 2. cap. 2. num. 175.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 389. num. 9.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 67.* Ernest. Cothman. *volum. 3. respons. 8. num. 29. & 30.* Paul. Christinæ. *volum. 3.* 2.

 decis.

deciſ. 162. num. 1. ita de facto pronunciatum fuiſſe, teſtes ſunt Chriſtoph.
Philip. Richter. *deciſ. 13. num. 21.* & Michaël. Angel. Gizzius *in Not. ad Hect.*
3. *Capyc. Latro part. 1. deciſ. 113. num. 4. & 5.* ubi affirmat quoque, remittendum
eſſe Curatorem ad locum Adminiſtrationis, ſi ibi non inveniatur, facit
4. *l. 54. in fin. ff. de Procurator. l. 36. in fin.* & *l. 45. ff. de Judic.* cujus Conſtitutio-
nis ratio eſt, quia in loco Adminiſtrationis faciliùs & pleniùs tam per
Teſtes, quàm per Inſtrumenta veritas inveniri poteſt, Barthol. Socin.
volum. 1. conſil. 31. num. 23. Felicius *dict. cap. 38. num. 1.* Berlich. *deciſ. 3. num. 17.*
5. per *l. 2. verſ. in quo & inſtructio. uſque ad fin. Cod. ubi de ratiocin.* & quia ibi con-
traxiſſe quaſi, & ſe, ſuasque Rationes loco ejus ſubjeciſſe cenſeantur, ubi
& Documenta & Teſtimonia commodiùs exhibere poſſunt, Matth. Ste-
phani *citat. membr. 2. cap. 2. num. 176.* Cothman. *dict. reſponſ. 8. num. 30.* Ex
6. hiſce fundamentis, cùm quidam Martinus Schmertaſch fuiſſet conven-
tus Lipſiæ de reddendis Rationibus in Bohemia geſtis, judicatum fuit,
Rationes in loco rei geſtæ Tutelæ reddendas, & Actorem ad iſtum lo-
cum remittendum eſſe, teſte Benedict. Carpzov. *lib. 2. tit. 2. Reſponſ. Jur.*
Elector. 33. num. 10. & ſeqq. adde Berlich. *deciſ. 273. num. 65.* ubi multis au-
7. thoritatibus probat, Tutorem vel Curatorem ad locum Adminiſtratio-
nis pro expungendis Rationibus remitti debere.
8. Quæ Concluſio extenditur 1. ſcilicet, quòd Tutor in loco admi-
niſtratæ Tutelæ conveniri debeat, ſive ibi Domicilium habeat, ſive non,
Herman. Vultej. *in dict. l. 1. Cod. ubi de ratiocin. num. 5.* Berlich. *deciſ. 273. num. 2.*
9. Extenditur 2. etiamſi ibi non degat, vel ibi non inveniatur, Vul-
tej. *dict. loc. num. 50.* ita pronunciatum fuiſſe, teſtis eſt Berlich. *dict. deciſ.*
273. num. 3. 4. & 5.
10. Extenditur 3. etiamſi ſint plures Tutores, ſub diverſorum Judicum
Juriſdictione Domicilium habentes, in loco tamen adminiſtratæ Tutelæ
conveniri poſſunt, nec audiendi ſunt, ſi coram omnium Superiore con-
veniri velint, Joh. Zanger. *de Exception. part. 2. cap. 1. num. 373.* Berlich. *deciſ.*
11. *273. num. 12.* ubi præjudicia allegat. Adeò, ut hoc caſu ne quidem Actori
permiſſum ſit, omiſſo loco rei geſtæ, plures Adminiſtratores diverſi Fo-
ri, coram omnium Superiore, convenire, prout judicatum dicit Ber-
lich. *dict. deciſ. 273. num. 11. & ſeqq.*
12. Extenditur 4. ut etiam Conſuetudo Loci, in quo geſta fuit Admi-
niſtratio, in conficiendis Libris Rationum, ponendis Calculis, & reli-
quis ſolvendis, ſequenda ſit, Munnoz de Eſcobar *de Ratiocin. cap. 2. num. 10.*
Rota Genuenſ. *deciſ. 141. num. 1.*
13. Limitatur Regula 1. In Miniſtris Magnatum, Principum & Comi-
tum, qui ad Palatium ſuorum Superiorum accedere, ibidemque ſuæ
villica-

villicationis rationem quotannis reddere coguntur, Eſcobar *dict. cap. 7. ante num. 3.* & ita de facto obſervatum fuit apud Georg. Franzkium *Reſolut. lib. 2. quaſt. 26. num. 3.* niſi fortè ob Domini potentiam, vel reveren- 14. tiam, uti plerumque fieri ſolet, violentia & oppreſſio Adminiſtratori foret metuenda, tunc certè miſerum rationalem cum omnimoda rei familiaris & famæ jactura, uti aliquoties alicubi factum fuiſſe, exempla proſtant, præſentiſſimo præcipitio ſubmittere, ab omni ratione alienum eſſet, Eſcobar *dict. cap. 7. num. 3.* Chriſtoph. Philip. Richter. *decis. 13. num. 20.* Franzkius *dict. quaſt. 26. num. 7.*

Limitatur 2. Regula, de examinandis Rationibus, in loco rei geſtæ, 15. ut ad editionem rerum non extendatur. Rationum enim Codices, eorumque editio etiam alibi, quàm ubi negotium adminiſtratum fuit, rectè peti poteſt, Herman. Vultej. contra Cujac. *in l. 1. Cod. ubi de ratiocin. tam publ. quàm privat. agi oportet. num. 8.* Benedict. Carpzov. *lib. 2. Reſponſ. Jur. Elector. 33. num. 20. & ſeqq.* vide etiam Eſcobar *de Ratiocin. cap. 10. num. 24.* ubi cum Cujacio contrarium concludit.

Limitatur 3. Si rationalis in loco Domicilii conveniatur, hoc enim, 16. omiſſo loco Adminiſtrationis, fieri poſſe, docet in terminis, de Socio loquens, Hector Felicius *de Societat. cap. 38. num. 2.* Eſcobar *de Ratiocin. cap. 7. num. 5.* Paul. Chriſtinæ. *dict. decis. 162. num. 1.* & hoc beneficium in favo- 17. rem Actoris collatum eſt, ut habeat electionem, utrum Tutorem in loco Domicilii, an verò in loco adminiſtratæ Tutelæ convenire velit, per tradita à Berlich. *decis. 273. num. 10.* & ita de uſu Fori receptum eſſe, quamvis de Jure Juſtinianeo ſecus ſit, docet Herman. Vultej. *in dict. l. 1. Cod. ubi de ratiocin. tam publ. quàm privat. agi oportet. num. 9.* Si verò Reus, id eſt Tu- 18. tor vel Adminiſtrator hanc exceptionem opponere, & ad domicilii locum provocare velit, non eſt audiendus, ſed ad locum adminiſtrati negotii remittendus eſt, uti in prima & ſecunda Inſtantia pronunciatum fuiſſe, teſtis eſt Joan. Papon. *lib. 7. tit. 7. arreſt. 54.* Caſu quo ad petitio- 19. nem Actoris in domicilii, & non adminiſtratæ rei loco Rationes excutiendæ ſunt, Libri & Scripturæ pro expungenda ratione neceſſarii, expenſis & periculo petentis, aliunde ad locum domicilii apportandi ſunt, Chriſtinæus, Felicius, & Eſcobar *dictis locis.* Et ſi hoc caſu Bona Admi- 20. niſtratoris in loco domicilii recepta non ſufficiant pro reliquorum ſolutione, non tamen ideo ad locum adminiſtrati negotii remitti debet Adminiſtrator, Eſcobar *dict. cap. 7. num. 6. & 7.*

Quando verò Rationes in loco Adminiſtrationis redduntur, Admi- 21. niſtrator verò Scripta, Apochas, Libros, aliaque ad rem facientia Documenta alibi habeat, propriis ſumptibus illa ſecum deducere debet,

22. *l. 4. §. 5. ff. de edendo.* Escobar *dict. cap. 7. num. 4.* nisi congruo loco, & tempore Domino obtulisset Rationem in loco Administrationis, ille verò fuisset in mora recipiendi, hoc casu impensis Domini Instrumenta asportanda sunt, Escobar *dict. cap. 7. num. 5.* post Johan. Petr. Surd. *de Aliment.*
23. *lib. 4. quæst. 47. num. 9.* quæ decisio etiam vera est, quando, ad instantiam adulti fortè, rationes semel examinatæ, denuò examinandæ & revidendæ sunt, Escobar *dict. num. 5.* Gutierez *de Tutel. lib. 3. cap. 1. num. 126.*
24. Posset hic dubitari: An Magnatis Judicium subire cogatur Administrator, si super Ratione, vel certis Rationum Articulis oriatur controversia? & respondet Georg. Franzkius *Resolut. lib. 2. quæst. 26. num. 7.* affir-
25. mativè, si domicilium Magnatis æquè, ut locus gestæ Administrationis sit in Territorio eodem, secus si in diverso, addens, cùm quidam Comes suum Quæstorem, qui extra Comitatum negotium gesserat, pro reddendis Rationibus convenisset, judicatum fuisse, expungendas quidam esse Rationes, in Aula Domini Comitis, exortâ autem inter Comitem & Quæstorem lite, super Ratiociniis, illam in loco Administrationis gestæ per non suspectos Arbitros determinandam esse.
26. Limitatur 4. In Tutore, qui hic v. gr. est ordinatus Tutor, & Juramentum præstitit, etsi enim alibi Tutelam gerat, hoc in loco tamen Rationes reddere tenetur, ita expresśè Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit.*
27. *19. artic. 13. in Notis circa fin.* Sed hæc limitatio vera esse potest in Gallia & Brabantia, de Jure Communi aliter se rem habere, patet ex jam dictis, & docet expresśè ipse Christinæ. *volum. 2. Decis. Cur. Belg. 186. num. 8.*
28. Aliud movet dubium Escobar *allegat. cap. 7. num. 8. & seqq.* An Clericus, qui publicam Administrationem Secularem suscepit, coram alio quàm suo, id est, Ecclesiastico Judice pro expungendis & reddendis Ra-
29. tionibus, conveniri possit? vide latissimè Escobar *dicto loco.* Si inter plures Tutores adest etiam Clericus, tunc quidem Judicium reddendarum Rationum non in loco administratæ Tutelæ est instituendum, sed Tutores omnes Laici cum Clerico propter continentiam causæ ad Judicem Ecclesiasticum sunt remitiendi, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 641. num. 5. & seqq.* Matth. Berlich. *decis. 273. num. 4.*
30. Non omittendum est hic, quòd Actio de Ratiociniis tot locis, quot locis negotia sunt administrata, moveri possit, nisi ex Administrationis ratione, & Personis ipsis causæ continentia introducatur; Hoc enim si fiat, ad communem omnium Superiorem iri potest, Herman. Vultei. *in dict. l. 1. Cod. ubi de ratiocin. tam publ. quàm privat. agi oportet. num. 11.* Berlich. *dict. decis. 273. num. 7.*

LOCUS

LOCUS SEXTUS.

Quomodo Ratio ſit reddenda? ubi requiſitum Rationum reddendarum primum, id eſt, Inventarium excutitur.

SUMMARIA.

1. *Inventarium quid ſit.*
2. *Dicitur caput & fundamentum omnium Rationum.*
3. *Sine quo per rerum naturam, nec de receptis conſtare, nec ratio reddi poteſt.*
4. *In omni Inventario accepta & facultates cujusque probè deſcribenda ſunt, nec non earum augmenta & decrementa.*
5. *Illud qui non obſervaverit, nunquam accuratè rationem reddere valebit.*
6. *Inventariô non ritè confectô, admodum difficulter ratio reddi poteſt.*
7. *Paria ſunt, nullum feciſſe Inventarium, vel non ritè feciſſe.*
8. *Tutor, antequàm illud confecerit, nihil gerere, nec adminiſtrare poteſt.*
9. *Et quidquid agit, dicitur nullum, & Actus gerendi ſunt inutiles.*
10. *Nec poteſt facere præjudicialia Pupillo.*
11. *Exceptis illis negotiis, quæ moram non patiuntur, aut ipſi à Judice demandata fuerunt.*
12. *Quales ſunt diſtractiones rerum tempore periturarum.*
13. *Aut ejusmodi Actus, qui Inventarii Confectionem neceſſariò præcedunt.*
14. *Ut rectè dicatur confectum Inventarium, ejus Loci Conſuetudo obſervanda eſt, ubi conficitur.*
15. *Communiter tamen fieri ſolet juxta Leg. niſi ſpecialis Conſuetudo, ab hisce diſcrepans, probari poſſit.*
16. *Inchoandum eſt illico, quamprimùm quis Adminiſtrator conſtitutus eſt.*
17. *Et quamprimùm fieri poteſt.*
18. *Nimia Dilatio ſuſpicionem injicit.*
19. *Tempus autem Judicis arbitrio committitur.*
20. *Res ritè deſcribi debent, non remotis arbitris projectari in chartas.*
21. *Sed coram Notario & Teſtibus, nec admittitur deſcriptio incidenter facta.*
22. *In Principatu Naſſovico à Grammateo loci, adſcitis propinquioribus, Inventarium perficitur.*
23. *Privata deſcriptio Bonorum non ſufficit, quamvis coram Teſtibus facta fuerit.*
24. *Sed cum ſolemne eſſe debeat Inventarium, requiritur, ut fiat publicâ authoritate: Magiſtratus vel Notarii.*

25. *Exemplum Inventarii ritè non confecti adducitur.*

26. *In privatis negotiis, simplex Bonorum descriptio sufficiens est, quando Dominus solennem non demandavit.*

27. *Facienda tamen est Specificatio, coram duobus vel tribus Testibus proximioribus.*

28. *Ob omissam Solennitatem Inventarii, non illico juratur in litem contra eos, qui suscipiunt negotia rerum privatarum.*

29. *Hac siquidem consequentia non est firma, omisit Inventarii Confectionem, ergò contra illum in litem jurari potest.*

30. *Bona fides excusat ab omissione descriptionis in Inventario.*

31. *Inventarium regulariter Pupilli vel Domini Impensis conficiendum est.*

32. *Vel Sumptibus communibus, si sit hereditarium.*

33. *Pluribus Heredibus institutis, quorum aliqui simpliciter hereditatem adeunt, aliqui cum beneficio Inventarii, horum Impensis conficiendum est.*

34. *Inventarium omnes res, quæ in Bonis extant, & Administrationi curæ commissa sunt, continere debet.*

35. *In immobilibus situs, cohærentia, quantitates, & qualitates, adjici debent.*

36. *Nec non & confinia, eorundemque æstimatio, & valor.*

37. *Ita, ut si de bonis notis, cum identitate rei non bene constet, perinde sit, ac si Inventarium fuerit factum.*

38. *Heres, juxta præscriptum modum Inventarium non conficiens, ejus Privilegio privatur.*

39. *Quod de ponenda æstimatione dictum fuit, in Nassovia non observatur, neque alibi in Praxi receptum est.*

40. & 41. *Mobilia & se moventia per signa, pondera, quantitatem, qualitatem, & æstimationem describenda sunt.*

42. *Jura & Actiones Inventario specificè quoque inferenda, & super quibus contrahuntur.*

43. *Nomina item, & quantitas Debitorum, cum Tenore cum effectu Chirographi succinctè & dilucidè conscribi debet.*

44. *Quod adeò verum est, ut contra talia omittentem jurari possit in litem.*

45. *Sed hoc procedit, si de Nominibus Instrumenta vel Obligationes præsto sint; alias Nominum omissio Inventarium non vitiat.*

46. *Nomina passiva etiam omitti possunt in Inventario.*

47. *Non modò præsentia sed etiam ea, quæ post factum Inventarium inveniuntur, annotanda sunt.*

48. *Aut quovis Jure vel Titulo superveniunt & accrescunt.*

49. *Nec non & Instrumenta in Hereditatis Massa existentia.*

50. *Inventarium ita clarè & distinctè debet esse conscriptum, ut Administratores aliaque alia probatione possint ex eo convinci.*

51. *Si non sit clarè conscriptum, uti Jura volunt, pro nullo habetur.*

52. Falsi

52. *Facti Species sive Casus adducitur.*
53. *Tutor Reditus Prædecessoris sui inferre tenetur Inventario suo.*
54. *Quod si omittit, perinde negligentia argui potest, ac si omninò Inventarium non fecisset, vel minùs solemne.*
55. & 56. *Tutor secundus à primo Rationem exigere tenetur.*
57. *In Rationum Libro scribendi sunt Fructus percepti & percipiendi cum Expensis.*
58. *Et hi Fructus connexi sunt, & cohærent cum Debito, quo Antecessor ex prioribus Rationibus obstrictus est.*
59. *Inventarium in pluribus & diversis Chartis conscribi potest.*
60. *Quemadmodum & Testamentum.*
61. *Quicunque quovis modo obstrictus est Rationi reddendæ, pariter tenetur conficere Inventarium.*
62. *Utpote Thesaurarii, Factores &c. & omnes alii, rem alienam administrantes.*
63. *Sive talis sit Pater, sive Mater, aut quævis alia conjuncta Persona.*
64. *Ad Inventarium sive juratam Specificationem tenentur & illi, qui se Administrationi Bonorum alienorum immiscent.*
65. *Aut aliàs ad restituendam rem aliquam nobis obligati sunt.*
66. *Quod quoque verum, si talis Administrans administravit rem communem utriusque.*
67. *Licet minimam.*
68. & 69. *Aut saltem ad unicum Articulum alicujus negotii fuit constitutus.*
70. *Conficere tenetur Administrator Inventarium, nec excusantur rudes & simplices Personæ.*
71. *Vel Mulieres, Rustici, atque Minores.*
72. 73. & 74. *Contrarium tamen defendunt alii.*
75. *Rectiùs sentiunt illi, qui ejusmodi Personas non omninò liberas & immunes ab Inventarii Confectione faciunt: Cæterùm utrum contra eos in litem jurari possit, veriùs arbitrio Judicis committitur.*
76. *Jus Statutarium Nassovicum ejusmodi Personas non excusat, & quare.* num. 77.
78. *Prout etiam non excusatur ille, qui sagax & prudens rerum est, aut prope Oppidum habitat, in quo peritiores facilè consulere potest.*
79. *Ad conficiendum Inventarium omninò tenetur Tutor.*
80. *Quo omisso, habet præsumptionem contra se.*
81. *Et datur Pupillo Actio ad interesse, ut jurare possit in litem.*
82. *Imò talis Tutor præsumitur surripuisse Bona hæreditaria.*
83. *Et constituitur in fraude & dolo, adeò ut possit removeri uti suspectus.*
84. *Si Mater esset Tutrix, insuper commodo & successione Liberorum veniret privanda.*
85. *Inventarium pro Hærede factum, Tutori non prodest.*
86. *Licet ipse Judex illud confecerit, aut Creditores Paterni.*

87. *Pari passu Tutoris Inventarium non relevat heredem, quin de inventatis ipsemet teneatur aliud conficere.*
88. *De uno Inventario ad aliud non licet inferre.*
89. *Bonis Pupilli vel Domini, propter omissum Inventarium, in obscuro hærentibus, Pupillus ad Juramentum in litem admittitur.*
90. *Scilicet si vult, nolens enim non cogitur.*
91. *Tutor autem ad editionem Bonorum juratam compellendus est.*
92. *Defectus Inventarii solùm Juramento suppletur.*
93. *L. 7. ff. de administrat. tutor. pœnalis est, ac propterea ad alios casus non extenditur.*
94. *Hodie ex quavis justa & sufficienti causa, quâ res restitui debet, in litem juratur.*
95. *Quapropter adversus Tutorem ex omissione Inventarii in litem jurat Pupillus.*
96. *Juramentum in litem non habet locum in Herede Administratoris.*
97. *Nisi & ipse sit in dolo vel lata culpa, vel lis cum defuncto contestata fuerit.*
98. *Casu, quo Pupillus non potest jurare in litem, suam intentionem plenè probare debet.*
99. *Ad Inventarii Confectionem adigitur Vidua, Jure Retentionis Bonis Mariti insistens.*
100. *Etiam si Heredes essent Liberi Mulieris.*
101. *Maritus Mulieri hanc Inventarii Confectionem non potest remittere.*
102. *Omnes Personæ, sive Uxor, sive aliæ, quæ sunt in domo defuncti, ad petitionem interessatorum, sub Juramento res hæreditarias indicare tenentur.*
103. *Quod Juramentum Manifestationis neque recusari, neque referri potest, licitè verò, ut priùs de Calumnia juretur, exigitur.*
104. *Juramentum hoc Manifestationis non extenditur, nisi ad eas res, quæ in ædibus defuncti reperiuntur, non ad alias, quæ fortè extra domum fuerunt.*
105. *Omnes de hæreditate aliquid possidentes, vel se immiscentes, ad Inventarium, & Rationis redditionem obligantur.*
106. *Quamvis extraneus sit, aut ex quotacunque parte hæres.*
107. *Sive ab intestato, sive ex Testamento.*
108. *Frater & Soror, à Fratre & Sorore Cohærede administrante Hæreditatem, Inventarium, vel juratam Specificationem licitè exigit.*
109. *Non confecto Inventario, si Heres vel Possessor Hereditatis jurare tenuit, Actor in litem jurare volens, audiri debet.*
110. *Si plures se immiscuerunt hæreditati, tunc ab invicem Inventarium petere nequeunt.*
111. *Qui non dolosè omittit res hæreditarias, eas mediante Juramento indicare non tenetur, ex opinione Berlichii.*

112. *Quæ*

112. *Quæ tamen improbatur.*
113. & 114. *Sive quis dolosè ex negligentia omittat Inventarii Confectionem, utroque casu ad juratam Specificationem adigendus est.*
115. *Hæres citra dolum quadam omittens, non amittit beneficium Inventarii, quamvis teneatur omissa proferre.*
116. *In dubio ignorantia, non dolus omittentis præsumitur.*
117. *Ille, qui Hæreditatem aliquam non ipse occupavit, sed à tertio accepit, ab Inventarii Confectione immunis est.*
118. *In casibus, ubi vel Specificationi vel Inventario locus est, alterutrum tantùm non utrumque peti potest.*
119. *Vidua de suo Dotalitio Inventarium conficere tenetur.*
120. *Et hoc ideo, quia obligata est ad restituendum.*
121. *Impugnatur hæc conclusio à nonnullis.*
122. *Conciliantur opiniones per distinctionem, inter solemnem Inventarii Confectionem, & qualemqualem descriptionem, ut ad hanc teneatur Uxor, ab illa absolvatur.*
123. *Si Vidua nullam habet Administrationem Bonorum Dotalitii, hoc Descriptionis ac Cautionis onere non oneratur.*
124. *Hæres fiduciarius non solùm tenetur conficere Inventarium, verùm etiam cavere, de præstandis Fideicommissis.*
125. *Quamvis rogatus sit tantùm illud restituere, quod post mortem superererit.*
126. *Fideicommisso gravatus, ad Solemne Inventarium conficiendum non tenetur.*
127. *Sed sufficit, si de quantitate & qualitate earum rerum constare possit.*
128. *Ea descriptio tamen facienda est, præsente Substituto, & reliquis Amicis.*
129. *Quæ omnia vera sunt, si hoc petitum fuerit à Substituto.*
130. & 131. *Extenditur hæc doctrina ad plures gradus Substitutorum, adeò ut æquè posteriores, ac priores Inventarium petere possint.*
132. *Liberatur à Confectione Inventarii Fideicommisso gravatus, si Testator ita expressè ordinavit, & hoc voluit.*
133. *Inventarium conficiendum est Hæredi, si non vult teneri ultra vires hæreditarias.*
134. *Etiamsi Princeps, Miles, Minor, vel Rusticus esset Hæres.*
135. *Possessor majoratus necessariò Inventarium conficere tenetur.*
136. *Et Conductor, ut finitâ locatione, juxta Inventarium res sibi locatas restituere possit.*
137. *Socius.*
138. *Orphanotrophus, Fiscus, Episcopus, Parochus, Res Ecclesiæ administrans.*
139. *Usufructuarius.*
140. *Conjux, Conjuge superstite Usumfructum in Bonis prædefuncti habente.*
141. *Creditor missus in Possessionem Bonorum Debitoris.*
142. *Actor à Tutore constitutus, nec non & Curator Bonis datus.*

143. *Mater, Liberorum Tutrix.*
144. *Licet ei Inventarium remissum fuerit, aut optimè Tutelam administrasset.*
145. *Contra quam, omisso Inventario, in litem jurari potest.*
146. *Et praterea Liberorum Successione privatur.*
147. *Tum etiam res hareditarias mediante Juramento manifestare cogitur.*
148. *Quod maximè verum est, si Tutrix erat.*
149. *Non Tutrix Mater Specificationem quidem edere cogitur, sed sinè jurisjurandi religione, juxta aliquos.*
150. *Aliis Juramentum etiam desiderantibus.*
151. *Non satisfacit officio Tutor, si producat Inventarium pro Herede.*
152. *Aut per alium quemvis, puta Judicem vel Parentem, aliâ de causa & intentione confectum.*
153. *Pater, Bona Filii administrans, non tenetur Inventarium conficere.*
154. *Ita in Camera judicatum fuit.*
155. *Nisi administraret Bona, pleno Jure ad Filium pertinentia.*
156. *Vel Bona Filii perversè administraret.*
157. *Quo casu etiam Administratione privandus est.*
158. *Pater licet à Confectione Solennis Inventarii immunis sit, ad simplicem tamen Bonorum Consignationem, quamvis non juratam, cogi potest.*
159. & 161. *Nisi sit binubus, qui etiam Juramento onerandus est.*
160. *In binubo prasumptio, Patris fidem stabiliens, cessare creditur.*
162. *Magni nominis Juris Consulti Parentem ad Solemne Inventarium omni casu condemnant.*
163. *Curator certa rei, & qua occultari nequit, datus, à Confectione Inventarii liberatus est.*
164. *Prout & Curator ad litem.*
165. *Nisi lis fuerit finita, & ita per obtentam victoriam Bona ad Procuratorem perveniant.*
166. *Vidua, qua se Bonis Mariti non immiscuit, aut ejus Heres non existit, ad Inventarium cogi nequit.*
167. *Si juxta Pactum Dotale omnia defuncti Bona superstiti debentur, tunc ab Inventarii Confectione liber est.*
168. *Vidua Bonis Mariti se immiscens, ea Bona non tenetur describere, qua Maritus tempore Contracti Matrimonii habuit.*
169. *Successor illius, qui alterius hereditatem occupavit, non necesse habet hareditatem indicare, sed Actor ejus quantitatem probare tenetur.*
170. *Nisi lis cum defuncto fuerit contestata.*
171. & 172. *Nisi fortè in hareditate fuerit Inventarium, vel Heres fortè ex defuncti relatione rerum hareditariarum notitiam habuerit.*

173. Con-

173. *Confecto ab hæreditatis alienâ Possessore Inventario, si id producere recusent ejus Heredes, Copia ab Adversario judicialiter producta, pro edita, & vero Originali habetur.*

174. *Quo in casu Heredes jurare saltem debent, quòd in Paterna Hæreditate nullum Inventarium inventum fuerit.*

175. *Quod si nolunt facere, præsumuntur esse in dolo, ita ut Actor admittatur ad Juramentum in litem.*

176. *Præstito Juramento, de non reperto Inventario, Actor nihilòminus ad liquidandum admitti debet.*

177. *Nunquam conficiendum est Inventarium, si Consuetudine Regionis vel Loci receptum sit, ne conficiatur Inventarium.*

178. *Idem obtinet, si Inventarium sine magna & probabili difficultate, & Pecuniarum dispendio, confici nequeat.*

179. *Liberandus quoque est à Repertorii Confectione Administrator, si ejus intersit, ad quem Bona pertinent, ne secreta Patrimonii evulgentur.*

180. *Quo casu tamen à Libro Rationum conficiendo non excusatur.*

181. *Excusatur quoque rerum gestor, si morbo aliâve justâ causâ impeditus fuisset, ne conficiat Inventarium.*

182. *Parem excusationem præstat, si plus impendendum sit, quàm res annotandæ valent.*

183. *Quemadmodum etiam non imputatur Tutori, si non exegerit debitum, in quo plus expendendum, quàm percipere potuit.*

184. *Nullum confici potest Inventarium, si nulla extant Bona inventarisanda.*

185. *Quod tamen Administratori probandum est.*

186. *Cautelæ loco traditur, ut desuper Administrator coram Judice protestetur.*

187. *Quæ Protestatio loco Inventarii habetur.*

188. *Excusatur Administrator, Inventarium non conficiens, si Judex illud remiserit.*

189. & 190. *Aut Testator eam descriptionem prohibuisset.*

191. *Hecque prohibitio valet, & procedit, licet de conficiendo Statutum adesset.*

192. & 193. *Hâc prohibitione non obstante, si Judici ita visum fuerit, Inventarii Confectionem nihilòminus Administratori injungere potest.*

194. *Testatoris remissio publicam solùm, & solennem Confectionem, non etiam privatam Bonorum descriptionem remittit.*

195. *Quæ privata descriptio tacitè saltem, ex mente Testatoris necessaria est.*

196. *Et nequaquam ab Administrante omittenda.*

197. *Quod quoque ad Patrem extenditur.*

198. *Ex remissione Inventarii hoc consequitur Administrans, quòd contra eum ob omissionem non juretur in litem.*

199. *Inventarii Confectio ex justa causa, & legitimo impedimento differri potest, quod Judicis arbitrio relinquitur.*

200. *Pœnas non confecti Inventarii non luit Administrator, si aliunde data & accepta probet.*
201. *In tantum, ut Juramentum in litem hoc casu contra eum non detur.*
202. *Regulariter quoque non datur hoc Juramentum, si probaverint Tutores, eorum Principales non nisi talia Bona habuisse, & ex illis se tantum & non plus accepisse.*
203. *Inventarium ritè confectum esse, tamdiu præsumitur, donec Adversarius probet contrarium.*
204. *Actore præsumptivè vitium Inventarii & omissionem Bonorum probante, Tutori injungi debet Juramentum Purgatorium.*
205. & 206. *Confecto tardius Inventario, Juramento est confirmandum.*
207. *Idem dicendum est, si aliqua præsumptio militaret contra Inventarium.*
208. *Domino semel rationes acceptante, censetur approbasse eas, qualiter scripta sunt, & tenuisse illud, in quo fortè peccatum erat.*
209. *Omnia relata in Inventarium, præsumuntur esse de Bonis Pupilli, saltem quoad præjudicium Tutoris.*
210. *Quod quoque extenditur ad confessionem Tutoris, in scriptura privata factam.*
211. *Inventarium plenam facit probationem contra conficientem.*
212. *Adeò, ut non admittatur probatio in contrarium, in rebus saltem mobilibus, secus est in immobilibus.*
213. *Res aliena in Inventario descripta Tutori non nocet, maximè si error sit notabilis, & patens.*
214. *Inventarium tertio præjudicare non debet, qui ejus Confectioni non interfuit.*

1. INventarium est Scriptura, continens Designationem Rerum singularium, vel in Patrimonio, vel sub Administratione gestoris, existentium, Porcellin. *de Inventar. Hæred. cap. 1. num. 1.* Roland. à Valle *eod. tractat. part. 1. quæst. 1. num. 1.* Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 16. artic. 40. num. 8.* Hartman. *tit. 41. Observat. Pract. 2. num. 22.* Johan. Gryphiander *in*
2. *Oeconom. Legal. lib. 2. cap. 3. num. 47.* Idque caput ac fundamentum esse omnium Rationum, ab omnibus conceditur, Roland. à Valle *de Inventar. Hæred. part. 1. quæst. 1. num. 5.* Escobar *de Ratiocin. cap. 9. num. 2.* Daniel Moller. *Semestr. lib. 1. cap. 39. num. 6.* Johan. Grivell. *Decis. Dolan. 54. num. 9.* Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 16. artic. 47. num. 3.* Hieron. Treutler. *consil. 98. num. 12.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. defnit. 4. num. 3.* & *constitut. 25. definit. 14. num. 7.* item *decis. 69. num. 19. decis. 74. num. 2. lib. quoque 4. Respons. Jur. Elector. 21. num. 10.* & *lib. 6. respons. 65. num. 11.* Petr. Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 8.* Jacob. Schultes. *in Annotat. ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 47.* Berlich. *part. 2. conclus. 12. num. 21.* absque

que

que quo nec de receptis conſtare, nec ratio per rerum naturam reddi 3.
poteſt, Nicol. Boër. *deciſ. 61. num. 6.* Carol. Molinæ. *ad Conſuetud. Pariſ. part.*
1. §. 6. gloſſ. 6. num. 12. Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul 9. num. 18.* Chri-
ſtoph. Beſold. *part. 6. conſil. 273. num. 117.* Hieron. Treutler. *conſil. 98. num. 13.*
Paul. Chriſtinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 16. artic. 40. num. 3.* David Mevius *ad*
Jus Lubec. lib. 2. tit. 2. artic. 21. num. 6. Matth. Berlich. *part. 2. Practicar. Con-*
cluſ. 12. num. 21. Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 11. de-*
finit. 4. num. 3. & *conſtitut. 25. definit. 14. num. 7.* & *lib. 4. Reſponſ. Jur. Elector.*
21. num. 10. Chriſtoph. Philip. Richter. *deciſ. 13. num. 25.* Adeò in omni Ra- 4
tionum redditione de acceptis & facultatibus adminiſtrandis conſtare
debet ex Inventario, priusquàm de ipſarum augmento vel decremento
doceatur Benedict. Carpzov. *lib. 5. Reſponſ. Jur. Elector. 74. num. 5.* Ut, ſi hoc 5.
neglexerit is, à quo Rationum redditio exigitur, nunquam accuratam
ſuæ geſtionis Rationem reddere valeat, ceu deſtitutus fundamento, cui
rationes innituntur, Carpzov. *dict. reſponſ. 74. num. 8.* & *deciſ. 7[illegible] num. 3.*
Gutierez *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 50.* Petr. Heigius *part. 1. quæſt. [illegible] num. 8.*
Richter. *dict. deciſ. 13. num. 25.* quinimò, Inventariò non legitimè con- 6.
fectô, Rationes quoque & computum commodè reddi non poſſe, do-
cet Paul. Chriſtinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 16. artic. 40. num. 3.* quia paria ſunt, 7.
Repertorium non feciſſe, vel feciſſe, ſed minùs ſolenniter, Paul. Mon-
tan. *de Tutel. cap. 32. regul. 2. num. 38. & 39.* Surd. *Deciſ. Mantuan. 222. num. 2.*
Hinc etiam ante eius Confectionem Tutor pro Pupillis nihil gerere, nec 8.
Tutelam adminiſtrare poteſt, *l. fin. §. illo. 1. Cod. arbitr. tutel.* Matth. de Af-
flict. *deciſ. 285. num. 22.* & *deciſ. 360. num. 1.* communem dicit Paul. Montan.
de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 4. & 5. Paul. Chriſtinæ. *volum. 3. Deciſ. Cur. Belg.*
151. num. 6. & 10. Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 11. definit. 6.*
num. 1. Imò Actus Tutoris ſunt nulli, & gerendi inutiles ratione iſtius, 9.
quòd non adminiſtrat cum Decreto, quod non conficit Inventarium,
& Librum Rationum, *l. fin. §. fin. Cod. arbitr. tutel.* Faber *in Cod. lib. 5. tit. 25.*
definit. 1. Joh. Franciſc. Balthaſar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. reſolut. 4. num. 15.*
ita per Rotam Romanam judicatum fuit, apud Paul. Æmil. Verallum
lib. 3. deciſ. 324. addo Johan. Aloyſ. Riccium *Collectan. Deciſ. 923. verſ. hinc*
infertur. ubi dicit, ante Inventarii Confectionem non poſſe Tutorem fa- 10.
cere præjudicialia Pupillo, Paul. Chriſtinæ. *volum. 3. citat. deciſ. 151. num 11.*
David Mevium *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 13. num. 5.* Exceptis illis ne- 11.
gotiis, quæ Judex demandavit, aut moram non patiuntur, v. gr. diſ- 12.
tractiones rerum periturarum, aut Pupillo oneroſarum; aut ſi quæ ſunt, 13.
quæ Pupillo nullum damnum, ſed potiùs commodum adferunt, aut
etiam Confectionem neceſſariò præcedunt, de quibus omnibus David
Mevius *ad Jus Lubec. dict. artic. 13. num. 6.* Hæc

14. Hæc Inventarii Confectio fieri debet juxta Consuetudinem Loci,
ubi conficitur, Roland. à Valle *de Inventar. Hered. part. 3. pag. m. 116. & 117.*
Sichard. *in l. fin. §. fin autem. num. 27. Cod. de jure deliberand.* Paul. Christinæ.
15. *ad Leges Mechlin. tit. 19. artic. 12. num. 11.* communiter tamen juxta præ-
scripta Legum, nisi Consuetudo, ab hisce discrepans, in specie, probari
possit, Roland. à Valle *de Inventar. hered. dict. pag. 117.* Stephan. Gratian.
Disceptat. Forens. 767. num. 6. & seqq. Marc. Anton. Natta *consil. 574. in fin.* &
16. *consil. 332.* inchoandum est illicò vel mox, id est, quamprimùm quis Ad-
ministrator vel Tutor constitutus est, *text. in l. tutores. 24. ff. de administrat.*
tutor. Roland. à Valle *dict. tractat. part. 3. pag. 111. num. 3.* ubi communem
17. dicit. Et quamprimùm ad ejus principium festinare potest, Bartol. *in*
dict. l. tutores. Cod. de administrat. tutor. num. 1. & *in l. tutor, qui repertorium. 7.*
num. 6. ff. eod. tit. Johan. Sichard. *in l. fin. §. fin autem. num. 3. Cod. de Jure deli-*
berandi. Octav. Cacheran. *Decis. Pedemont. 58. num. 19. in fin.* Gutierez *de Tutel.*
part. 2. cap. 1. num. 10. Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 711. num. 3.* dum-
18. modo non nimium differat, quo ipso se suspectum reddit, Mevius *dict.*
19. *artic. 13. num. 14.* quod quidem tempus arbitrio Judicis relinquit, Jacob.
Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 174. num. 2.* Mevius *citat. artic. 13. num. 15.*
vide Paul. Montan. *dict. regul. 5. num. 20. & 21.* ubi quoque à Judice hoc
esse discernendum ait, quando Tutor nimium distulisse dici possit In-
ventarium.
20. Nec existimet Administrator sibi permissum esse, res ad Dominum
pertinentes remotis arbitris in chartas projectare, & deinde Calculato-
ribus unà cum Rationum Codice offerre, Ludov. Postius *Resolut. 113. num.*
21. *8. & 9.* ubi, quòd descriptio incidenter facta, ac sine debitis Solemnita-
tibus non possit supplere Inventarium legale, sed insuper necessarium
22. est, ut Repertorium coram Notario & Testibus (in hisce terris & ferè
ubique locorum coram Grammateo & propinquis, de quo testatur
Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 36.*) absolvatur, *l. 32. Cod. de Episc. &*
Cler. Ludov. Postius *Resolut. 25. num. 35.* Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin.*
cap. 9. num. 10. Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 711. num. 1.* ubi hanc opi-
nionem communem, & in Praxi receptam esse dicit Georg. Adam. Struv.
in Syntagm. Jur. Civil. lib. 26. tit. 7. num. 36. per *l. fin. princ. & §. 1. Cod. arbitr. tu-*
tel. l. 24. Cod. de administrat. tutor. Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Elector. 82. num. 3.*
23. Hinc non sufficere, si negotiorum gestor manu suâ, etiam coram Testi-
bus, privatam Bonorum descriptionem faciat, consuluit Roland. à Valle
24. *volum. 2. consil. 72. num. 11.* Sed necesse esse, cùm solenne esse debeat, ut
publicâ authoritate fiat coram Magistratu, vel Notario, Johan. Gry-
25. phiander *in Oeconomia Legali lib. 2. cap. 3. num. 53.* Ex quibus Juribus con-
cluden-

cludendum esse existimavi, Nobilium & Dominorum Fratrum de Dernbach Receptorem graviter in hoc peccasse, quòd multa à Seniore Domino de Dernbach, tum in rejectaneas chartas, tum hinc inde ad valvas ædium, annotata nomina à se exacta, ad Librum Rationum retulerat quidem, in Inventario earundem nullâ factâ mentione. Hoc facilè concesserim, privatarum rerum Administratoribus satis esse, simplicem tantùm Bonorum descriptionem facere, modò solemnem annotationem non mandaverit ille, cujus interfuit, Gratian. *Disceptat. Forens. 767. num. 25. & 26.* sed ita, ut omni casu fiat Specificatio coram duobus vel tribus Testibus, ex proximioribus adhibitis, Munnoz. de Escobar *de Ratiocin. cap. 9. num. 25. & num. 28. vers. Hoc tamen in proposito.* Ludov. Postius *Resolut. 3. num. 2.* vide etiam Ludov. de Molina *de Hispanor. Primogenior. orig. lib. 10. cap. 28. num. 9.* ubi vult, contra Procuratorem ad negotia, negotiorum gestorem, & similes, qui privatas Administrationes suscipiunt, propter Solemnitatem Inventarii omissam, non illico Juramentum in litem locum habere, idque sequitur Escobar *dict. cap. 9. num. 25. & 26.* ubi addit, non benè sequi, aliquis tenetur Rationem reddere, & Inventarium conficere, ergò propter Inventarii omissionem contra ipsum in litem jurari potest, post Molin. *dict. cap. 28. num. 9.* quô etiam facit, quòd bona fides excuset ab omissione descriptionis in Inventario, Ludovic. Postius *Resolut. 3. num. 16.* post Bald. *in l. fin. §. cum igitur. num. 8. vers. Tu dic. Cod. de Jure deliberandi.*

26.
27.
28.
29.
30.

Conficiendum est Inventarium Expensis Pupilli aut Domini, Borgnin. Cavalcan. *de Tutore num. 62.* Mynsing. *Centur. 6. Observat. 39. num. 7.* David Mevius *ad Jus Lübec. lib. 1. tit. 17. artic. 13. num. 17.* vel, si sit hæreditarium, ex communi Hæreditatis Massa, Michaël Grassus *Recept. Sentent. lib. 2. tit. Inventarium. quæst. 19. num. 1.* per text. express. *in l. 22. §. 9. Cod. de Jure deliberandi.* Anton. Faber *in Cod. lib. 7. tit. 18. definit. 43. num. 3. & 6.* ita judicatum extat apud Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 33. definit. 17. num. 5.* & observatum quoque fuit in Commissione Cæsarea Domini Comitis Weedani Impetrantis ex una, & defuncti Domini Comitis Creditoribus ex altera parte, me tunc temporis Subdelegati officium sustinente. Pluribus Hæredibus institutis, si unus cum beneficio Legis vel Inventarii, alii verò purè & simpliciter Hæreditatem adeant, sumptus ex illa duntaxat parte hæreditatis deducendi sunt, quæ ei relicta est, qui cum Inventario Hæres factus est, non autem ex tota Hæreditatis Massa, ita decisum fuit apud Johan. Grivellum *Decis. Dolan. 17. per tot.*

31.
32.
33.

34. Comprehendere debet Inventarium omnes res fideliter descriptas, quæ in Bonis extant vel Administratoris curæ commissæ sunt, Roland. à Valle *de Inventar. Hered. part 3. pag. m. 96. num. 1.* Michaël Grassus *Recept. Sentent. lib. 2. tit. Inventarium. quæst. 11. num. 1.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electer. 74. num. 11.* Georg. Adam. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. lib. 26. tit. 7. num. 36.*
35. maximè autem immobilia per situm, cohærentias, quantitates, & qualitates, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 76.* Mynsing. *Centur. 6.*
36. *Observat. 39. num. 3. & 4.* ubi dicit, inserenda esse Bona omnia tam mobilia quàm immobilia, præsentia & futura, per signa & confinia, cum
37. æstimatione & valore eorundem. Adeò, ut si de quantitate & qualitate, tum etiam de identitate non constet, perinde sit, ac si Inventarium non fuisset confectum, Paul. Montan. *de Tutel. dict. regul. 5. num. 76.* Roland. à Valle *de Inventar. Hared. part. 3. pag. m. 97.* Cavalcan. *de Usufruct. num. 143.* Plotus *de in litem jurand. §. 5. num. 29.* Marc. Anton. Natta *consil. 574. num.*
38. *145. & seqq.* ubi latè probat, Hæredem Inventarium non legitimè conficientem, id est, res inventas cum suis qualitatibus non ponentem, indignum esse non solùm legitimâ, verùm etiam teneri Creditoribus ultra vires hæreditarias.
39. Verùm, quod de æstimatione rerum ponenda dictum fuit, ego hodie hisce in terris non vidi observari, & contrarium quoque in Praxi receptum esse, testatur Cagnol. *in l. si quis major. 41. num. 210. Cod. de transactiòn.* allegatus à Michaële Grasso *de Inventar. quæst. 11. num. 5.*
40. Præterea in Inventario scribenda sunt mobilia, vel se moventia per signa, demonstrationes, pondera, quantitates & qualitates, unà cum æstimatione, & valore, ne, iis deficientibus, altera minoris pretii pro altera substituatur, & Domino ignoranter obtrudatur, *l. fin. Cod. de Magistrat. conveniend.* Alexand. *volum. 4. consil. 74. num. 4.* Marc. Anton. Natta *consil. 575. num. 1. & 2.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 1. consultat. 34. num. 13.* Johan. Baptista Plotus *in tractat. de in litem jurand. §. 5. num. 29. vers. Bona mobilia.* Octavius Cacheran. *decis. 50. num. 19.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 77.* latè Roland. à Valle *de Inventar. Hared. part. 3. pag. m. 97.*
41. ubi docet, Inventarium continere debere omnia Bona clarè, & distinctè per pondus, numerum, mensuram, qualitatem & quantitatem, facit *text. in l. si quis intra. 7. Cod. de bonis proscriptor.* ubi eleganter traditur, quomodo omnia Bona per circumstantias, qualitates & quantitates descri-
42. benda sint. Jura quoque & Actiones necessariò inserenda veniunt, &
43. quidem specificè, super quibus Bonis exerceantur: Quibus adjungenda sunt nomina Debitorum, eorumque quantitas cum tenore & effectu Instrumentorum, ita ut de ipsorum omnium valore, bonitate, quantitate

citate & effectu constare possit, *l. 24. Cod. de administrat. tutor.* Roland. à Valle *de Inventar. part. 3. pag. m. 98.* Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 79.* Johan. Baptista Plotus *de in litem jurand. §. 5. num. 30.* ubi, hæc adeò vera 44. esse, dicit, ut, si præmissa non, vel obscurè ponantur, ita, ut de iis, vel eorum quantitate, summa ac valore constare non possit, contra conficientem Inventarium possit jurari in litem, adde Barthol. Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. vers. Par Inventaire. num. 3.* Jason. *volum. 2. consil. 219. num. 7.* Sed hoc ita, si de nominibus Instrumenta, vel Obligationes in Bonis inveniantur: hisce non repertis, sine vitio & periculo omitti possunt, Matth. Wesenbec. *consil. 140. num. 51.* Joh. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 222. num. 7. & 8.* Idem de nominibus passivis statuendum est, debita enim, quibus Dominus vel Pupillus implicatus est, nemo Repertorio inferre cogitur, Pract. Papiens. *in forma Libelli, quo agitur ad reddendam ration. Tutelæ. in verbis: in suo ultimo Testam. num. 13.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 80.* Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. dict. vers. Par Inventaire. num. 3.*

45.

46.

Nec solùm præsentia, sed etiam ea, quæ post invenit Administrator, addenda sunt Inventario, *l. fin. §. tali. 7. Cod. de Curator. furios.* Paul. Montan. *dict. regul. 5. num. 82.* etiam ea, quæ post acquisita fuerunt ex Hæreditate, Successione, Legato, vel alio quocunque modo, per *text. in dict. l. fin. §. 7. Cod. de Curator. furios.* Montan. *citat. regul. 5. num. 83.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. artic. 8. num. 7. vers. Notandum.* Et Instrumenta in Hæreditatis Massa existentia, *text. express. in l. 24. Cod. de administrat. tutor.* Montan. *allegat. cap. 32. regul. 5. num. 81.* 47. 48. 49.

Denique Inventarium, de quo agimus, debet esse candidè, clarè, 50. sigillatim ac distinctè confectum, ita quidem, ut ex eo absque alia probatione possint ipsi Administratores aut Tutores conveniri. Et illi, quorum negotia administrata sunt, relevari ab onere probandi Bona, Jura, Quantitates, Qualitates, Fructus, & Pretium; ut ex tali Inventario Tutores & Administratores convinci possint: alioqui si ita scriptum non fuerit Inventarium, jurari in litem potest contra Administratores, perinde ac si nullum confecissent, juxta *text. in l. fin. Cod. arbitr. tutel.* Johan. Baptista Plotus *de in litem jurand. §. 5. num. 28.* & post eum, licet non allegatum totidem verbis, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 75.* addo Johan. Petr. Surd. *Decis. Mantuan. 222. num. 2.* ubi dicit, Inventarium pro 51. nullo haberi, in quo res non describuntur cum qualitatibus suis, Natta *consil. 574. per tot.* Intercessit mihi aliquando controversia non levis circa 52. hanc materiam: Dominus Socer meus suarum rerum constituerat Administratorem quendam Warzenbachium, idemque postea, Socero

 defun-

defuncto, Uxoris meæ ejusque Fratris unici, proh dolor! Tutor creabatur. Ego, subsecutis cum Conjuge mihi dilecta Nuptiis, Inventarium & Rationes à Tutore, illisque & hoc nominatim inseri exigebam, quod ex priori Administratione reliquum apud ipsum erat. Negabat ille, ex causis, nescio, quibus, frivolis tamen & ridiculis. Pro me allegabam decisionem in terminis haud absimilibus apud Benedict. Carpzov. *lib. 6.*
53. *tit. 8. Respons. Jur. Elector. 74. num. 10. & seqq.* ubi latè probat, non debere omittere Tutorem Reditus, quos Prædecessor suus perceperat, ac non-
54. dum restituerat, adeò, ut quilibet Tutor à Prædecessore, vel ejus Hæredibus Rationum redditionem postulare necessum habeat, si non negligentiæ argui, & ad interesse teneri velit, perinde ac si Inventarium haud confecisset, vel saltem haud solemne atque legitimum, Faber *in*
55. *Cod. lib. 5. tit. 31. definit. 6. num. 1.* ubi dicit, secundum Tutorem posse conveniri pro primi Administratione, ipsumque debere ex officio exigere Rationem, à primo, ac Pupillo reddere, per *l. 37. §. 15. l. 44. ff.* & *l. 1. Cod. de administrat. tutor.*

56. Quod ergò Successor in officio à suo Prædecessore exigere cogitur, idem quoque Warzenbachius noster à se ipso postulare, & inprimis Summam illam, quâ Uxori meæ ex prioribus Rationibus obstrictus erat, Inventario inferre obligabatur, Benedict. Carpzov. *dict. Respons. 74. num. 12.*
57. ubi dicit, Reditus & Fructus singulis Annis percipiendos, nec non Expensas, aliaque similia, quæ in Libro Rationum sunt describenda, juxta Tiber. Decian. *volum. 4. respons. 84. num. 21.* Schurff. *centur. 1. consil. 65. num. 2.*
58. *vers. Et in tali libro.* connexa esse iis Reditibus, quos Prædecessor prioribus abhinc Annis percepit, ideoque saltem ratione connexitatis Reditus illos in suas Rationes simul conferre, Tutorem esse obstrictum.

Verùm, quoniam propter inopiam Debitoris, prout communiter Bona malè parta fluxa sunt, & ad tertium Hæredem rarissimè transitoria, inanis reddebatur Actio, causa hactenus mansit indecisa.

59. Unum hic moneo, in pluribus chartis Inventarium conscribi posse, modò ex tali foliorum diversitate dubietas vel fraus non exoriatur, ar-
60. gum. *l. 3. in princ. ff. de testam. exhib.* ubi Testamentum in pluribus Codicibus scribi potest, Roland. à Valle *de Inventar. part. 3. pag. m. 108.*

61. Inventarium porrò conficere tenetur omnis Administrator, qui Rationi reddendæ Lege, Pacto, vel Consuetudine est adstrictus, Munnoz. de Escobar *de Ratiocin. cap. 9. num. 14.* Morquechi *de Divis. Bonor. cap. 1. num. 64.* Knipschild. *de Fideicommiss. Familiar. Nobil. cap. 12. num. 9.* Riminald. Jun. *consil. 51. num. 3.* Mevius *ad Jus Lubec. part. 2. tit. 2. artic. 33. num. 50.* qua-
62. les sunt Thesaurarii, Factores, Publicani, Negotiorum Gestores, & omnes

omnes alii, rem alienam administrantes, Riminald. Jun. *consil. 53. num. 6.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 73.* Matth. Wesenbec. *consil. 3. num. 47.* Roland. à Valle *de Inventar. part. 2. quæst. 37.* ubi ex August. Berojo *volum. 1. consil. 86. num. 10. consil. 112. num. 13.* & *consil. 191. num. 13.* inquit, unumquemque rei alienæ seu communis Administratorem villicationis 63.
suæ rationem reddere, sive sit Pater, qui Bona Filii administravit, sive Mater, sive Avia, sive Frater, sive Socius, ergò & ad Inventarii Confectionem teneri, addo cum aliquot præjudiciis Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 33. definit. 7. num. 2. & per tot.* ubi quoque probat, ab omnibus, qui Administrationi Bonorum alienorum se im- 64.
miscent, Inventarium vel juratam Specificationem exigi posse, vera quoque est hæc regula in omnibus, ad rei alicujus restitutionem obli- 65.
gatis, Andr. Rauchbar. *part. 1. quæst. 30. num. 30.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 42. definit. 8. num. 4.* Pinell. in *l. 1. part. 2. num. 22. Cod. de bonis maternis.* Philip. Knipschild. *de Fideicommiss. Familiar. Nobil. cap. 12. num. 11.* Etiamsi Administrator habeat res communes cum illo, cujus Bona ad- 66.
ministravit ex communi, Riminald. Jun. *consil. 53. num. 7.* etiamsi quoque 67.
tantùm aliquid administraverit, Matth. Berlich. *decis. 160. num. 3.* Matth. Wesenbec. *consil. 3. num. 47. vers. sed & illud.* per *l. 2. Cod. quando & quibus quarta pars.* Roland. à Valle *de Inventar. part. 2. quæst. 45. num. 2. & 3.* ubi ex Bald. *in l. nulli. 28. §. si autem. Cod. de Episc. & Cler.* dicit, illum teneri ad Con- 68.
fectionem Inventarii, ad quem aliquid tantùm pervenit, vel, qui ad aliquem tantùm articulum, v. gr. ad adeundam hæreditatem constitutus est, Roland. à Valle *de Inventar. part. 2. quæst. 41. per tot.* dissent. Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 84.* quamvis per *text. in l. tutor, qui repertorium. 7. ff. de administrat. tutor.* concedat, tutiùs agere Administra- 69.
torem ad unum Actum sive Articulum constitutum, si Inventarium faciat.

Ampliatur hæc Regula primò, & vera est, etiamsi Administrato- 70.
res essent tantùm rudes & simplices personæ, Roland. à Valle *de Inventar. part. 1. quæst. 1. num. 6.* Johan. Sichard. *in l. fin. in princ. num. 6. Cod. de jure deliberandi.* ubi vult, Mulieres, Rusticos, & Minores teneri ad Confectio- 71.
nem Inventarii, eoque omisso, simplicitatem & imperitiam ipsos non juvare, confer. Marc. Anton. Nattam *consil. 574. num. 7. & seqq.* & *consil. 575. num. 23.* Phanuc. *de Inventar. part. 3. num. 79.* Francisc. Nigrum Cyriac. *Controvers. Forens. 127. num. 13.* Contra hanc ampliationem tenet Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 47. & regul. 6. num. 17.* per *l. 7. §. 7. ff. de Jurisdict.* ubi rusticitati & imperitiæ parcitur: accedit Marian. Socin. Senior 72.
volum. 1. consil. 39. num. 17. ubi Mulieri rusticanæ & simplici condonandum 73.

esse dicit, quæ ex Juris positivi ignorantia à Repertorii Confectione abstinuit: eandem opinionem defendit Joh. Baptista Plotus *de in litem jurand.*
74. §. *11. num. 8.* ubi vult, Tutorem rusticum, ob id, quod non confecerit Librum Rationum & Inventarium, vel administraverit, non servatis servandis, propter rusticitatem excusari à dolo præsumpto, & non dici in malâ fide, ac proinde contra eum hoc casu in litem non jurari. Ego
75. verissimum hoc esse dico, quòd simplex & rusticus Administrator à Confectione Inventarii non sit liber & immunis, quoad illud verò, an ob omissionem Repertorii contra ipsum in litem jurari possit, hanc rem arbitrio Judicis committendam esse, judico, juxta Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 208. num. 22.* Joh. Baptist. Plotum *de in litem jurand. dict.* §. *11. num. 8. vers. Sed ego istud totum.* post Ripam *de Peste, tit. de præs. remed.*
76. *contr. pest. num. 234. vers. Hinc est.* In terris Nassovicis vix aliquem excu-
77. sandum esse concluderem, idque vel ideo, quòd Juramento à quovis Tutore præstando Inventarii Confectio expressè, & in specie, Tutoribus
78. injungatur. Nec excusandus est de jure Rusticus sagax, & prudens, vel, qui habitat prope Oppidum, in quo peritiores consulere potest, Plotus *de in litem jurand. dict.* §. *11. num. 8. vers. Ubi Rusticus esset sagax.* & *vers. Item ubi Rusticus habitaret.*

79. Ampliatur Regula 2. vel maximè in Tutore, qui necessariò Inventarium conficere tenetur, *l. 7. in princ. ff. de administrat. tutor.* Benedict. Carpzov. *decis. 74. num. 2.* Roland. à Valle *de Inventar. Hæred. part. 2. quæst. 38.*
80. *num. 1.* Petr. Sanz. Morquechi *de Divis. Bonor. cap. 1. num. 37.* & quia cum omnibus aliis Administratoribus, Inventarium non conficientibus, ha-
81. bet præsumptionem contra se, Riminald. Jun. *consil. 53. num. 15.* contra omittentem ad interesse agere, & in litem jurare potest Pupillus, *l. fin. Cod. arbitrar. tutel.* Paul. à Castro *volum. 1. consil: 124. num. 3. in fine.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 16.* & *consil. 1219. num. 33. cum 2. seqq.* Tiber. Decian. *volum. 3. respons. 94. num. 16. 17. & 20.* Mascard. *de Probation. conclus. 778. num. 27.* Petr. Sanz Morquechi *de Division. Bonor. cap. 1. num. 51.* Octav. Cacheran. *Decis. Pedemontan. 58. num. 20.* Roland. à Valle *de Inventar. dict. quæst. 38. num. 4.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 43.* Didac. Covarruv. *lib. 2. variar. Resolut. cap. 14. num. 6.* Caspar. Klock. *volum. 3. consil. 195. num. 102. & 103.* Carpzov. *decis. 74. num. 4.* Schurff. *centur. 2. consil. 9. num. 7.* & *consil. 41. per tot.* Caspar Anton. Tessaur. *lib. 3. Quæst. Forens. 6. num. 2.*
82. & præsumitur surripuisse Bona hæreditaria, Roland. à Valle *de Inventar. citat. quæst. 38. num. 17.* Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 43.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 411. num. 17.* Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur.*
83. *Belg. 151. num. 2. & 10.* utrobique doceat, Inventarium non conficientem Tuto-

Tutorem præsumi esse in dolo, nec non subtraxisse Res Pupillares, ideoque posse uti suspectum removeri: adeò ut Mater Inventarium facere 84. negligens, & Tutorem non petens, Successione Liberorum privetur, Barthol. Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verb. Par Inventaire. num. 13.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 27.*

Extenditur hæc ampliatio, ut Inventarium pro Hærede factum Tu- 85. tori non prosit, Paul. à Castro *volum. 2. consil. 413. num. 2. sub fin.* Matth. Berlich. *decis. 289. num. 7.* Licet producat Inventarium Bonorum Patris 86. Pupilli, tempore mortis confectum per Judicem, vel per Hæredem, vel per Creditores Paternos, Berlich. *decis. 289. num. 8.*

Sicut & vice versâ Inventarium Tutoris non excusat Hæredem, 87. quo minus & ipse aliud Repertorium de iis, quæ ipsemet invenit, accepit & retinuit, facere debeat, Matth. Wesenbec. *consil. 3. num. 30. 47. & seqq.* Berlich. *decis. 289. num. 9.* nec de uno Inventario ad aliud infertur, 88. Berlich. *decis. 289. num. 5.*

Sed quâ ratione consultum erit Pupillo aut Domino, quorum Bo- 89. na, propter omissum Inventarium, fortè jam suppressa & dilapidata, sciri non possunt? præter hoc, quòd ad Juramentum in litem, uti di- 90. ctum est, admittuntur, si jurare volunt. (nolentes enim cogi non possunt, per *text. express. in l. 2. Cod. de in litem jurando.*) Etiam Tutor vel Ad- 91. ministrator ad editionem juratam Specificationis Bonorum à Judice compellendus est, Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 11. definit. 6. num. 6.* & *part. 3. constitut. 33. definit. 7. num. ult.* utrobique præjudicium habet idem Carpzov. *decis. 25. num. 33.* & *decis. 160. num. 19.* Matth. Wesenbec. *consil. 3. num. 47.* Christoph. Philip. Richter. *decis. 58. num. 8. 9. & seqq.* quia Inventarii defectus solo Juramento suppletur, Andreas Rauch- 92. bar. *part. 1. quæst. 29. num. 9.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 7. num. 5.* non omitto hîc, quod dicit Philip. Knipschild. 93. *de Fideicommiss. Famil. Nobil. l. 7. ff. de administrat. tutor.* quâ adversus Tutorem, Inventarium non conficientem, in litem juratur, esse pœnalem, ac propterea ad alios casus non extendi, ex doctrina Molin. *de Hispanor. Primogen. lib. 1. cap. 28. num. 8.*

Verùm cùm hodie non solùm in omnibus bonæ fidei Actionibus, 94. sive in Rem, sive in Personam, quibus res restituitur, sed etiam strictis Judiciis arbitrariis, & non arbitrariis ex justa ac sufficiente causa in litem juretur, Andr. Rauchbar. *part. 1. quæst. 9. num. 32.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 23. definit. 19. num. 11.* & *lib. 6. Respons. Jur. Elector. 86. num. 10.* nescio an priori doctrinæ hodie inhærendum sit. 95.

Sed

96. Sed quod diximus, Inventarium non conficientem hanc pœnam
sustinere, quod contra ipsum juretur in litem, in Hæredibus Administra-
toris locum non habet, unde Tutore ante Inventarii exhibitionem, ra-
tionumque redditionem mortuo, adversus ejus Hæredes ejusmodi Ju-
97. ramentum concedendum non est, modò non & ipsi doli vel latæ cul-
pæ convinci queant, vel lis cum defuncto non fuerit contestata, *l. 4.*
Cod. de in litem jurando. l. 2. vers. sin verò. & l. fin. eod. Jacob. Schultes. *ad Mo-*
destin. Pistor. quæst. 126. num. 178. Morquechi *de Divis. Bonor. cap. 1. num. 55.* ita
98. judicatum fuit apud Carpzov. *decis. 74. num. 2. & seqq.* quod adeò verum
est, ut hoc casu Pupillus, suam intentionem, id est, quid & quantum
ad Tutorem pervenerit, liquidis argumentis probare debeat, &, ne qui-
dem semiplenè probans, ad Juramentum Suppletorium admittatur, ita
per *l. 2. & l. 4. Cod. de in lit. jurand.* docet Matth. Berlich. *part. 1. Practicar.*
Conclus. 54. num. 95.

99. Ampliatur 3. Vidua, si Marito mortuo, Retentionis Jure in Bonis
Mariti persistit, de Bonis defuncti vel Inventarium conficere, vel jura-
tam Specificationem edere cogitur, *l. 2. vers. in exigendis. Cod. quando &*
quibus quarta pars. l. 11. ff. rer. amotar. Daniel Moller. *Semestr. lib. 4. cap. 13.*
num. 2. Matth. Coler. *de Process. Executiv. part. 1. cap. 2. num. 201.* Barthol. Chas-
sanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verb. par Inventaire. num. 21.* Frideric.
100. Pensold. *ad Coler. decis. 287. num. 25.* ubi hanc doctrinam, de edenda scili-
cet in casum deficientis Inventarii juratâ Specificatione, veram esse dicit,
etiamsi Hæredes essent Liberi Mulieris, Hartman. Pistor. *Observat. 137. num. 1.*
& 2. ita pronunciatum fuisse, testis est Benedict. Carpzov. *in Jurisprud.*
101. *Forens. part. 2. constitut. 25. definit. 14. num. 6. & seqq.* nec Maritum prædefun-
ctum hanc Inventarii Confectionem remittere posse, docet Petr. Peckius
de Testament. Conjug. lib. 5. cap. 28. num. 3. & 4. Paul. Christinæ. *decl. Leg. Mech-*
lin. tit. 9. artic. 13. num. 4. Brunneman. *centur. 2. decis. 6.*

102. Ampliatur 4. illæ Personæ, puta, Uxores & similes, quæ eo tem-
pore, quo aliquis moritur, fuerunt, vel sunt in Bonis, & de domo de-
functi, ad petitionem legitimorum Hæredum, vel etiam aliorum, qui-
bus aliqua quantitas hæreditatis debetur, vel, qui super hoc habent ali-
quod interesse, officio Judicis suo Juramento res omnes hæreditarias
per defunctum relictas exhibere, & habentibus interesse demonstrare
& indicare tenentur, *l. 2. Cod. quando & quibus quarta pars.* Bernhard. Wurm-
ser. *lib. 1. tit. 26. observat. 2. num. 1. & seqq. per tot.* Matth. Berlich. *decis. 161.*
num. 1. & 2. Matth. Coler. *de Process. Executiv. part. 1. cap. 2. num. 233.* Carp-
zov. *lib. 4. Respons. Jur. Elector. 21. num. 9.* Hartman. Pistor. *Observat. 137. num.*
1. & seqq. Matth. Wesenbec. *consil. 253. num. 74.* Stephan. Gratian. *Disceptat.*
Forens.

Forens. 50. num. 16. & *Disceptat. 206. num. 43.* hæc ampliatio sæpius usu venire solet, & hodiè adhuc disputatur in causa Hæredum Philippi Henrici Petri, quondam Cellarii Sigenensis, contra ejus relictam Viduam Elisabetham. Quæ adeò vera est, ut Mulier istud Juramentum nec recusare 103. nec referre, sed bene & cum effectu Juramentum Calumniæ ab adversario exigere possit, Gratian. *dict. disceptat. 116. num. 50. & 57.* procedit au- 104. tem hæc ampliatio solùm in rebus in ædibus Mariti repertis, non autem in aliis, quæ extra domum recondita sunt, Gratian. *dict. disceptat. 116. num. 47. & 2. seqq.*

Extenditur ampliatio ad omnes illos, qui de hæreditate aliquid 105. possident, se immiscent, vel administrarunt, ut teneantur ad Inventarium, & ad reddendas Rationes, Carpzov. *lib. 6. Respons. Jur. Electoral. 65. num. 1.* Pistor. *observat. 137. num. 1. & seqq.* Matth. Wesenbec. *consil. 3. num. 47.* Berlich. *decis. 160. num. 3.* etiamsi sit Cohæres, vel extraneus, ex quota- 106. cumque parte etiam Hæres sit, Wesenbec. *dict. consil. 3. num. 47.* Berlich. *decis. 160. num. 4. & seqq.* Carpzov. *lib. 6. Respons. Jur. Electoral. 65. num. 2.* non habito respectu, sive ab intestato sive ex Testamento Cohæres sit, Matth. 107. Wesenbec. *consil. 3. num. 47. vers. Sive ex Testamento.* Carpzov. *dict. Respons. 65. num. 2.* adeò quidem, ut & Frater & Soror à Fratre aut Sorore Cohærede, 108. Hæreditatem administrante, Jure exigat Inventarium, vel juratam Specificationem, Ludov. Roman. *consil. 414. num. 1.* Barthol. Socin. *volum. 1. consil. 46. num. 2.* Matth. Wesenbec. *consil. 3. num. 47. vers. Etiamsi Frater.* Benedict. Carpzov. cum præjudicio, *lib. 6. Respons. Jur. Electoral. 65. num. 3. & per tot.*

Extendenda est hæc Regula, ut adversus Hæredem seu Possesso- 109. rem Hæreditatis, qui Juramentum in casu deficientis Inventarii præstare renuit, Actor, in litem jurare volens, admitti debeat, Matth. Coler. *decis. 188. num. 3.* ita in Practica observari, testatur Benedict. Carpzov. *lib. 6. Respons. Jur. Electoral. 68. num. 7. & per tot.* ubi *num. 15. & 16.* duo adjicit præjudicia.

Restringitur hæc extensio, quando duo vel plures simul se immiscuerunt Hæreditati, tunc enim sunt in pari conditione, & unus ab al- 110. tero non potest petere Inventarium, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1263. num. 6.* ita, se de facto obtinuisse, testatur Berlich. *decis. 160. num. 9.* Et deinde vera est, saltem in eo, qui dolosè omisit Confectionem In- 111. ventarii, vel occultavit quasdam res, quasi alius, qui hoc non fecit, in defectum Inventarii vires hæreditatis, mediante Juramento, indicare non teneatur, ita expressè Berlich. *decis. 289. num. 17.* sed ego hanc Ber- 112. lichii restrictionem non credo esse veram. Sive enim quis dolosè, sive 113.

ex negligentia Repertorium non fecerit, æquum omninò & rationi consentaneum est, ut Bona à se accepta, & ad alium, id est, Dominum pertinentia Juramento manifestet, vel saltem Dominum admittat ad Juramentum in litem, quo jurat hic, quantum suâ intersit Inventarium
114. fuisse confectum. Nec alia est mens Hartmanni Pistoris à Berlichio pro stabilienda sua opinione allegati, ille enim aliud nil docet, quàm hæredem, occultantem res quasdam hæreditarias, ad duplum teneri, & præterea privari Falcidiâ & Trebellianicâ. Addit tamen *num. 7.* hæc locum tantùm habere in dolosè occultante, secus si occultatio fiat sine
115. dolo, qui est casus à nostro toto cœlo diversus. Hoc etenim verum est, Hæredem, sine dolo omittentem aliqua, propterea equidem non perdere beneficium Inventarii, quamvis rem omissam proferre cogatur, Roman. *consil. 276. num. 8.* Philip. Decius *consil. 633. num. 10.* Surd. *Decis.*
116. *Mant. 222. num. 13.* Adeò, ut probandum sit, Hæredem dolosè occultasse, cùm pro faciente Inventarium præsumptio sit, quòd ex ignorantia fecerit, Menoch. *consil. 471. num. 1. & seqq.* Surdus *dict. decis. 222. num. 14.* sed hoc nil facit ad casum nostrum, vide ergò Seraphin. *de Jurament. privileg. 31. num. 114.*

117. Restringitur 2. si quis Hæreditatem non quidem immediatè, per se & ex sua persona, occupavit, sed eam mediatè ab alio accepit, Berlich. *decis. 289. num. 18.* post Salicet *in l. fin. §. licentia. 10. Cod. de Jure deliberandi &c.*

118. Notandum est hîc, istis casibus, quibus vel Inventarium, vel jurata Specificatio edenda est, alterutrum sufficere, nec utrumque, id est, Inventarii exhibitionem simul unà cum Specificatione exigi posse, Daniel Moller. *Semestr. lib. 2. cap. 14. num. 5.* Rauchbar. *part. 1. quæst. 29. num. 2. & seqq.* Berlich *part. 3. Practicar. Conclus. 46. num. 10.* & *decis. 160. num. 14.* præjudicia adducit Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 33. definit. 8. per tot.*

119. Ampliatur 4. Inventarium conficere tenetur Vidua de Dotalitio, von ihren Wittums-Güthern/ Andreas Rauchbar. *part. 1. quæst. 30. num. 32.* ita judicatum fuit apud Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. consti-*
120. *tut. 42. definit. 8. per tot.* cujus Constitutionis ratio est, quia unicuique, ad rei alicujus restitutionem obligato, Inventarii conficiendi necessitas in-
121. cumbit, uti dixi suprà *num. 63.* impugnat hanc ampliationem Matth. Berlich. *part. 2. Practicar. Conclus. 50. num. 70.* post Frider. Pruckman. *volum. 1. consil. 47. num. 115. & seqq.*

122. Ego, occurrente casu, priorem opinionem ceu veriorem, & Juri propinquiorem sequendam esse dicerem, cum hac tamen mitigatione, ut solemnis quidem Inventarii conficiendi onus Viduæ injungendum non

non sit, faciendum tamen illi esse, ut, cùm ingreditur Dotalitii fruitionem, præsentibus iis, quorum interest, descriptionem sive quasi Inventarium formet, &, quo statu Bona resque sint, subnotet: ut inde aliquando cognosci possit, an plena rei proprietas restituatur, an & quatenus illa imminutionem passa fuerit, Hennelius ab Hennenfeld *de Jure Dotalitii cap. 9. §. 5. lit. A. & B.* Planè si Bonorum Administratio ratione 123.
Dotalitii Viduæ concessa haud fuerit, sed hujus nomine quotannis certi Reditus solvantur, tam à Confectione Inventarii quàm à Cautionis onere liberam esse, nemo negaverit, Carpzov. *dict. definit. 8. num. 5.* Hennenfeld *citat. §. 5. lit. H.*

Ampliatur 6. fiduciarius Hæres non tantùm Inventarium conficere, & Hæredi edere, sed etiam de Fideicommissis præstandis cavere tenetur, Faber *in Cod. lib. 6. tit. 25. definit. 25.* Vincent. Fusarius *de Fideicommiss. Substitut. quæst. 512. num. 1. & seqq.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 8. definit. 39. num. 1. & seqq.* dissentire videtur Richter. *decis. 58. num. 21.* 124.
Etiamsi rogatus sit tantùm illud restituere, quod post mortem supererit, ita judicatum fuit apud Christoph. Philip. Richter. *decis. 58. num. 5.* Necesse tamen non est, ut Hæres, Fideicommisso gravatus, Inventarium solemne juxta dispositionem *l. ult. Cod. de jure deliberandi.* conficiat, sed tale sufficit, ex quo aliquando constare possit de qualitate & quantitate rerum hæreditariarum, idque sumptibus Fideicommissarii, non hæredis fieri debet, Herman. Vultej. *volum. 4. Consil. Marpurg. 35. num. 163.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 8. definit. 39. num. 5.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 215. num. 5.* Philip. Knipschild *de Fideicommiss. Famil. Nobil. cap. 12. num. 12.* Roland. à Valle *de Inventar. hæred. part. 2. quæst. 19. num. 1. & in fin.* Mantica *de Conjectur. ultimar. Voluntat. lib. 7. tit. 6. num. 4.* Joh. Cephal. *consil. 296. num. 49.* Vincent. Fusar. *de Fideicommiss. Substitut. quæst. 512.* 125. 126. 127.
eaque Bonorum descriptio facienda est in præsentia Substituti & Amicorum, Guido Papæ *Decis. Gratianopol. 351. num. 4.* Roland. à Valle *de Inventar. hæred. part. 2. quæst. 19. num. 3.* Sed & ita demum gravatus ad Inventarii Confectionem obligatur, si id petitum fuerit à Substituto, aliàs non, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 215. num. 21.* ita in Practica servari, dicit Fusarius *dict. quæst. 512. num. 6.* 128. 129.

Extenditur ampliatio, quando plures facti sunt gradus Substitutionis, tunc æquè posteriores & sequentes ac primi Substituti possunt Hæredem compellere ad Confectionem Inventarii, Roland. à Valle *de Inventar. hæred. part. 2. quæst 19. num. 1. vers. Subdens quod hac conclusio* ita contra Jasonem communiter reprobatum, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 215. num. 2.* 130. 131.

132. Limitatur autem ampliatio, & non procedit, quando Testator Fideicommissarium ab onere conficiendi Inventarium expresse liberavit, Gratian. *dict. Disceptat. 215. num. 22.* Fachinæ. *Controvers. lib. 6. cap. 25.* Fusarius *dict. quæst. 512. num. 9.* Knipschild *de Fideicommiss. cap. 12. num. 13.*

133. Ampliatur 7. Hæres, si non vult teneri Creditoribus ultra vires hæreditatis, Roland. à Valle *de Inventar. hæred. part. 2. quæst. 1. per tot.* nec ex-

134. cusatur, etiamsi sit Princeps, Miles, Minor, vel Rusticus, de quibus omnibus vide latè Roland. à Valle *dict. tractat. part. 2. quæst. 2. & seqq.*

135. Ampliatur 8. Inventarium etiam necessariò conficit Possessor Majoratus, Knipschild. *de Fideicommiss. Famil. Nobil. cap. 12. num. 10.* Ludov. de Molina *de Hispanor. Primogen. lib. 1. cap. 28. num. 4. & seqq.*

136. Ampliatur 9. Conductor finitâ locatione ad exhibitionem Inventarii, rerumque in eo contentarum, & acceptarum restitutionem obligatus est, Christoph. Philip. Richter. *decis. 58. num. 10.* ubi Responsum Juridicum adducit.

137. Ampliatur 10. Socius ad Inventarii Confectionem, vel ad juratam Designationem rerum communium adstringitur, Richter. *allegato Responso Facultatis Juridicæ, dict. decis. 58. num. 13.*

138. Ampliatur 11. Orphanotrophus, 12. Fiscus, 13. Episcopus, 14. Parochus res Ecclesiæ administrans, de quibus omnibus agit Munnoz de Escobar *de Ratiocin. cap. 9. num. 7. 8. & 9.* latiùs Roland. à Valle *de Inventar. hæred. part. 2. quæst. 13. & seqq.*

139. Ampliatur 15. Usufructuarius, *l. 1. §. 4. ff. usufructuar. quemadm. caveat.* Roland. à Valle *dict. part. 2. quæst. 36.* Johan. Garsias *de Expensis cap. 11. num.*

140. *64.* idque in specie de Conjuge superstite, in prædefuncti Bonis usumfructum habente, docet Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 9. artic. 13. num. 1.*

141. Ampliatur 16. Creditor missus in possessionem, Roland. à Valle *dict. part. 2. quæst. 34.*

142. Ampliatur 17. Actor à Tutore constitutus, nec non Curator bonis datus, Roland. à Valle *citat. part. 2. quæst. 43. & 44.*

143. Ampliatur 18. Mater Liberorum Tutrix, Brunneman. *consil. 45. num. 29. & seq.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 24. & 25.* Georg. Adam. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. lib. 26. tit. 7. num. 36. in fine.* Tiber. Decian. *volum. 3. respons. 94. num. 15.* Arius Pinell. *in l. 1. part. 2. num. 28. & seqq. Cod. de Bonis Maternis.* Matth. Berlich. *decis. 160. num. 34.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 3. num. 17.* cum præjudicio Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 5. num. 6. & seqq.* Faber *in Cod. lib. 5.*

144. *tit. 31. definit. 4. num. 5.* Etiamsi optimè Tutelam administrasset, vel etiam à Ma-

à Marito remiſſa fuiſſet Inventarii Confectio, Paul. Montan. *dict. regul. 5. num. 26.* Tiber. Decian. *citat. reſponſ. 94. num. 17.* Adeò ut contra Inventa- 145.
rium non conficientem in litem jurari poſſit, Montan. *allegat. regul. 5. num. 27.* Decian. *citat. reſponſ. 94. num. 19. 20. & 21.* & præterea Liberorum 146.
Succeſſione privetur, Montan. *citat. regul. 5. num. 27.* Octav. Cacheran. *deciſ. 58. num. 19. & ſeqq.* Deficiente Inventario, Mater res hæreditarias me- 147.
diante Juramento manifeſtare cogitur, Berlich. *deciſ. 160. num. 38.* ubi Lipſiæ ita judicatum fuiſſe affirmat Benedict. Carpzov. præjudicium quoque adducens *in Juriſprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 11. definit. 7. per tot.* quod quidem 148.
verum eſſe volunt in Matre Tutrice. Non Tutricem autem ad Speci- 149.
ficationem quidem Bonorum, ſed ſine juriſjurandi religione adigi poſſe, docet Matth. Berlich. *deciſ. 160. num. 40. uſque ad fin.* & Sigism. Finkelthauſ. *obſervat. 76. num. 19. & 20.* utrobique in prima & ſecunda Inſtantia ita judicatum fuiſſe teſtantur.

Verùm hanc concluſionem ex profeſſo impugnat, & Matrem non 150.
Tutricem, quæ abſque Confectione Inventarii hæreditatem Mariti ad Liberos ſpectantem occupavit vel adminiſtravit, ad Specificationem Bonorum hæreditariorum juratam condemnat, Benedict. Carpzov. *lib. 6. Reſponſ. Jur. Electoral. 69. per tot.* rationibus uſus non contemnendis, *num. 22.* præjudicium quoque adducens.

Ampliatur 19. adeò ad Inventarii Confectionem obligatur Tutor, 151.
ut non ſufficiat, ſi in illius locum producat Inventarium, pro Hærede factum. Aliud enim eſt Repertorium Hæredum, aliud Tutorum: ideoque Inventarium de Bonis Parentum vel per Judicem, vel per alium 152.
confectum, Tutorem non excuſat. Cavalcan. *de Tutor. num. 108.* Matth. Berlich. *deciſ. 289. num. 8.*

Regula tradita limitatur primò in Patre Adminiſtratore Bonorum 153.
Filii, qui ad Inventarii Confectionem adigi non poteſt, Morquechi *de Diviſ. Bonor. cap. 1. num. 60.* Nicol. Boër. *deciſ. 61. num. 5. & ſeqq.* Riminald. Jun. *conſil. 53. num. 9.* Benedict. Carpzov. *in lib. 6. Reſponſ. Jur. Electoral. 69. num. 4.* Richter cum præjudicio, *deciſ. 58. num. 26.* & ita quoque in Imperiali Ca- 154.
mera judicatum fuit, Mynſing. *centur. 2. obſervat. 93. num. 2. 3. & 4.* & iterum aliâ vice apud Berlich. *deciſ. 160. num. 30. & 31.*

Reſtringitur hæc limitatio, & non procedit, 1. in Bonis, in quibus 155.
Pater non habet uſumfructum, vel ſi ſit tantùm nudus Adminiſtrator Bonorum Filii, ejusque ceu emancipati Tutelam gerit, Cravetta *conſil. 218. num. 3.* Riminald. Jun. *conſil. 53. num. 10.* Nicol. Boër. *deciſ. 61. num. 6.* Berlich. *deciſ. 160. num. 32.*

156. Reſtringitur 2. ſi ſubeſt periculum perverſæ converſationis, dilapi-
dationis, & alienationis Bonorum Filii, Nicol. Boër. *deciſ. 61. num. 14.*
Mynſing. *centur. 2. obſervat. 93. num. 6.* Berlich. *deciſ. 160. num. 33.* Anton.
Hering. *de Fidejuſſor. cap. 6. num. 79.* Carpzov. *lib. 6. Reſponſ. Jur. Electoral. 69.*
157. *num. 13.* quo etiam caſu, utpote ſi Liberorum Prædia deteriora redderet,
Adminiſtratione eſſet privandus, Barthol. Chaſſanæ. *ad Conſuetud. Burgund.*
rubr. 6. §. 5. verſ. Et legitime. in princ. Nicol. Boër. *deciſ. 61. num. 16.* Hieron.
Schurff. *centur. 2. conſil. 20. num. 10.* Joh. Garſias *de Expenſis cap. 11. num. 65.*
Andr. Rauchbar *part. 1. quæſt. 30. num. 24.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud.*
Forenſ. part. 2. conſtitut. 10. definit. 8. num. 10. Caſpar. Klock. *volum. 2. conſil. 65.*
num. 28. Franciſc. Vivius *deciſ. 323. num. 13.* Arius Pinell. *in l. 1. part. 2. num.*
33. in fine. Cod. de Bonis Maternis.
158. Reſtringitur 3. etiamſi Pater à ſolemni Inventarii Confectione li-
berandus ſit, ad Bonorum adventitiorum aliorumque ad Liberos ſpe-
ctantium non juratam Conſignationem tamen tenetur, & adigendus eſt,
Matth. Weſenbec. *conſil. 86. num. 4.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ.*
part. 2. conſtitut. 10. definit. 9. num. 12. & ſeqq. ita JCtos Wittembergenſes re-
ſpondiſſe, refert Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. 30. num. 33.* & Chriſtoph.
Philip. Richter. *deciſ. 19. num. 12.* & judicatum fuit apud Sigismund. Fin-
ckelthauſ. *obſervat. 26. per tot.*
159. Reſtringitur vel maximè 4. in Patre binubo, vel ad ſecunda Vota
160. tranſeunte: Hoc enim caſu cùm præſumptio, quæ Parentum fidem ſta-
bilit, ceſſet, nec ulterius durare cenſeatur, quàm quouſque à ſecundis
Nuptiis Parentes abſtinent, hæ verò eandem infringunt, ſicuti & nu-
bentium animos alterare ſolent, David Mevius *ad Jus Lubec. part. 2. tit. 2.*
artic. 21. num. 13. Paul. Chriſtinæ. *volum. 1. Deciſ. Cur. Belg. 101. num. 5.* Pater
161. ad Inventarium & juratam Bonorum Deſignationem adigendus eſt,
Chriſtinæ. *dict. deciſ. 101. num. 5. & ſeqq.* David Mevius bis ita judicatum
162. fuiſſe dicens *citat. artic. 21. num. 10. & ſeqq.* Quid: quod magni nominis
JCti ſtatuant, omni caſu Patri injungendum eſſe, de Liberorum Bonis
ſolenne Inventarium conficere, Speculat. *tit. de Inſtrument. edit. §. dicto.*
num. 14. latè Georg. Achatius Enenckel, Baro, *de Privileg. Parent. privileg.*
4. cap. 6. num. 10. & ſeqq. Munnoz de Eſcobar *de Ratiocin. cap. 9. num. 12. & 13.*
Arius Pinell. *in l. 1. part. 2. num. 23. Cod. de Bonis Maternis.* Johan. Garſias *de*
Expenſis cap. 11. num. 65. ita ſe judicaſſe refert Joh. à Gradibus *in Annotat.*
ad Guid. Papa deciſ. 351. adde Joh. Gutierez *de Tutel. part. 3. cap. 4. num. 2.* &
hanc opinionem, ejusque rationes plauſibiles eſſe, putat Caſpar. Klock.
volum. 2. conſil. 65. num. 26.

Limita-

Limitatur 2. in Curatore ad rem certam, & quæ occultari non potest, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 85. & 86.* Roland. à Valle *de Inventar. hæred. part. 2. quæst. 26.* vel ad unum tantùm Articulum, v. gr. ad adeundam hæreditatem constituto, Bartol. *in l. tutor, qui repertorium. 7. num. 4. ff. de administr.at. tutor.* Roland. à Valle *dict. part. 2. quæst. 41. per tot.* vide Laurent. Tennin Rodulph. *cautel. 286. num. 5.* Piagg. *de Tutel. quæst. 7. num. 14.* 163.

Limitatur 3. in Curatore ad litem, qui à Confectione Inventarii liber esse dicitur, Petr. Sanz Morquechi *de Division. Bonor. cap. 1. num. 57.* Stephan. Gratian. *Decis. March. 75. num. 6.* Gail. *lib. 2. observat. 109. num. 11.* Francisc. Caldas *in l. si curatorem. 3. in princ. num. 17. Cod. de in integr. restitut. minor.* Paul. Christinæ *ad Leges Mechlin. tit. 19. artic. 12. num. 4.* Greven. *lib. 2. Practicar. Conclus. 199. considerat. 1. num. 2.* contrarium docet Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 150. num. 23.* & Nevizan. *consil. 17. num. 64.* Posterior opinio vera est, lite per obtentam victoriam finitâ, & ita Bonis intervenientibus, tunc enim hunc ad litem Curatorem, ad Repertorii Confectionem obligari, docet ex Bartol. & Angel. Morquechi *de Division. Bonor. cap. 1. num. 58.* 164. 165.

Limitatur 4. in Vidua, quæ se Bonis Mariti non immiscuit, vel quæ non est hæres Mariti, à qua Creditores Inventarium petere non possunt, pro utroque casu ita pronunciatum fuit apud Christoph. Philip. Richter. *decis. 58. num. 18. & 19.* 166.

Limitatur 5. si Contractu antenuptiali sive Pactis Dotalibus convenerint partes, quòd superstes lucrari debeat Bona, quæ defunctus tempore mortis reliquit, tunc ad Inventarii Confectionem superstes compelli non potest, Christinæ. Filius *in Annotat. ad Patris Leges Mechlin. tit. 16. artic. 41. num. 3.* prout etiam Vidua, Viri prædefuncti Bonis se immiscens, Inventarium non exhibet de illis Bonis, quæ Maritus tempore contracti Matrimonii habuit, cum præjudicio Richter. *decis. 58. num. 34.* 167. 168.

Limitatur 6. Hæres ejus, qui occupavit Hæreditatem, mediante Juramento, vires hæreditatis indicare non cogitur, verùm Actor potiùs, hæreditatem petens, probare vel liquidare debet quantitatem hæreditatis, cum præjudicio Hartman. Pistor. *observat. 137. per tot.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 33. definit. 14.* & *lib. 6. Respons. Jur. Electoral. 66. utrobique cum præjudiciis & per tot.* Matth. Berlich. *decis. 289. num. 18.* latissimè Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 164. & seqq.* Matth. Coler. *decis. 116. num. 11.* Nisi lis cum defuncto fuerit contestata, *l. 4. & l. 5. Cod. de in litem jurand.* Alex. Raudens. *Pisan. Decis. 19. num. 89. & 90.* Berlich. *decis. 160. num. 21.* vel fortè defunctus potuisset conficere Inventarium, & id 169. 170. 171.

172. id in ejus hæreditate extare: vel rei audivisse à defuncto, quas res ex hæreditate accepisset, vel, quæ aliàs ad ipsum pertinerent, tunc enim rei tenentur mediante Inventario, vel Juramento de sua scientia, so viel ihnen wissend/ Actori hæreditatem restituere, & ita exonerare conscientiam suam super scientia sua, ita pronunciatum fuisse, testatur Modestin. Pistor. *quæst. 126. num. 2.* &, duabus aliis vicibus, Matth. Berlich. *decis. 160. num. 21. in fine & num. 22.* Hartman. Pistor. *observat. 137. num. 6.* juxta hæc dicta intelligenda esse puto suprà hoc loco *num. 98.* ex eodem Berlichio
173. citata. Si Possessor alienæ hæreditatis confecit quidem Inventarium, sed ejus Hæredes illud negant, vel edere nolunt, tunc, si Actor Copiam ejusdem producit, & ad confirmandam eam, Originale sibi edi petit, Rei autem hoc recusant, in pœnam contumaciæ, Inventarium pro edito habetur, ex sententia Berlichii res judicatas adducentis, *decis. 160. num.*
174. *23.* Notandum tamen est, quòd in hoc casu Hæredibus injungatur saltem Juramentum, ut jurent, se in Hæreditate Paterna nullum Inventarium Hæreditatis reperisse, Hartman. Pistor. *observat. 137. num. 8.* Berlich.
175. *decis. 160. num. 24.* & si ita jurare detrectent Hæredes, præsumuntur esse in dolo, & contra eos Actores ad Juramentum in litem admittuntur, *l. 4. & l. ult. Cod. de in litem jurand.* Berlich. *decis. 160. num. 25.*

176. Si verò Juramentum præstiterint, de Inventario non reperto, Actor ad liquidandum nihilòminus admitti debet, ita ex Praxi quotidiana contra Hartman. Pistor. *observat. 137. num. 9.* contrarium sentientem, docet Berlich. *decis. 160. num. 26. vers. Quod valde durum.*

177. Limitatur 7. si Consuetudine Regionis vel Loci usurpetur, ne conficiatur Inventarium, Escobar *de Ratiocin. cap. 9. num. 39.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 93.* Richter. *decis. 58. num. 28.* Piagg. *de Tutel. quæst. 7. num. 12.*

178. Limitatur 8. excusatur Administrator à Confectione Inventarii, si res annotandæ ità longè sunt dissitæ, vel in abscondito, ut sine magna vel probabili difficultate, & pecuniarum dispendio inveniri non possint,
179. Escobar *de Ratiocin. cap. 9. num. 58. & 59.* vel fortè expediat ei, cujus res administrantur, ne referantur ad Repertorium, adeoque secreta Patrimo-
180. nii ne detegantur, Johan. Garsias *de Expensis cap. 20. num. 22.* hoc tamen casu Librum Rationum conficiendum esse, dicens, confer. Manticam, *de Conjectur. ultimar. Voluntat. lib. 9. tit. 8. num. 42.* Mevium *ad Jus Lubec. lib. 1.*
181. *tit. 7. artic. 13. num. 9.* vel si saltem gravi morbo, aliave justâ causâ fuisset impeditus, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 94.* Petr. Sanz Morquechi *de Division. Bonor. cap. 1. num. 54. in fine.*

Limi-

Limitatur 9. Excusatur Administrator, si verisimile sit, quòd in 182.
Confectione Inventarii, vel Descriptione Bonorum tantum, vel paulò minus expendendum sit, quantum res annotandæ valent, Joh. Garsias *de Expensis cap. 20. num. 22.* Escobar *de Ratiocin. cap. 9. num. 60. & 61.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 95.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 13. num. 12.* Paul. Christinæ *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 151. num. 8.* Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 9. gloss. 6. num. 36.* Roland. à Valle *de Inventar. Hæred. part. 2. quæst. 49.* ubi addit, Tutori non esse imputandum, si non 183.
exegit debitum, in quo oporteret eum plus expendere, quàm perciperet.

Limitatur 10. si nulla Bona, Inventario inserenda, reperiantur, 184.
Riminald. Jun. *consil. 53. num. 1. & 12.* Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 6. gloss. 10. num. 5.* & *cap. 9. gloss. 5. num. 36.* vel si certa sit hæreditas, uti Matris Dos, Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. dict. gloss. 6. num. 36.* Nulla au- 185.
tem ab initio extitisse, probandum est ab Administratore, Riminald. Jun. *consil. 53. num. 12.* Cautela igitur est, ut Administrator vel Tutor coram 186.
Judice protestetur, nihil in Bonis Pupilli esse, quæ Protestatio habetur loco Inventarii, argum. *l. 2. Cod. de annal. except.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 96.* David Mevius *ad Jus Lubec. dict. artic. 13. num. 12. in fine.* Petr. Sanz Morquechi *de Division. Bonor. cap. 1. num. 18.* ubi dicit, casu 187.
quo Bona Testatoris non apparent, Protestationem faciendi Inventarium, cùm apparuerint, esse loco Inventarii.

Limitatur 11. si Judex ex causa, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 97.* & tradit Bartol. *in l. tutor, qui repertorium. 7. num. 19. vers. Item puto. ff. de administrat. tutor.* 188.

Limitatur 12. Vel Testator Confectionem Inventarii remisisset, 189.
l. fin. §. illo procul dubio. 1. Cod. arbitrium tutelæ. Petr. Sanz Morquechi *de Division. Bonor. cap. 1. num. 46.* Paul. Montan. *de Tutel. dict. regul. 5. num. 98. & seqq.* Ludov. Bellus *consil. 114. num. 2.* Fachinæ. *Controversiar. Jur. lib. 6. cap. 25.* Ludov. de Molina *de Hispanor. Primogen. lib. 1. cap. 28. num. 9. 13. & 15.* Vincent. Fusar. *de Fideicommiss. Substitut. quæst. 512. num. 9.* communem dicit Petr. Paul. Paris. *volum. 2. consil. 68. num. 57.* communem quoque vocat Jul. Clarus *Sentent. §. Testamentum. quæst. 66. num. 4.* & receptam, Joh. Grivellus *Decis. Dolan. 102. num. 1.* quæ limitatio vera est, in omni Tutore, sive is sit Testa- 190.
mentarius, sive legitimus, sive dativus: Idem etiam procedit, stante 191.
Statuto, Tutori necessitatem Inventarii imponenti, potest enim eo etiam in casu Testator Inventarium remittere, ut docet Bald. *in dict. l. fin. Cod. arbitrium tutelæ.* & post illum Grivell. *decis. 102. num. 1. in fine.* Potest tamen 192.
Judex spretâ Testatoris prohibitione Tutorem cogere ad Inventarii

Confectionem, si id Pupillo expedire animadvertat, Jul. Clarus *dict. §. Testamentum. quaest. 66. in fine.* Ludov. Bellus *consil. 114. num. 3.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 503. num. 37.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 82. num. 5.* Petr. Sanz Morquecchi *de Division. Bonor. cap. 1. num. 47.*
193. ubi communem vocat, accedit David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 2. tit. 17. artic. 13. num. 11.* ita judicatum fuit, apud Johan. Grivell. *Decis. Dolan. 102. num. 3. & seqq.* vide omninò Didac. Covarruv. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 14. num. 4.*

194. Hîc quoque non est omittendum, illam Testatoris remissionem publicam tantùm & solemnem Inventationem coram Notario & Testibus relaxare, non autem omnem omninò, & privatam consignationem rerum Pupilli, David Mevius *ad Jus Lubec. dict. tit. 17. artic. 13. num. 11.* prout etiam pronunciatum fuisse, testatur Daniel Moller *Semestr. lib. 1. cap. 39. num. 10.* & Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit.*
195. *4. num. 8. & 9.* ubi ex mente Testatoris Confectionem remittentis, satis esse dicit, si Tutor res privatim, adhibitis Cognatis Pupilli, conscribat, argum. *l. fin. Cod. arbitr. tutel.* Frider. Pruckman. *volum. 1. consil. 48. num. 25. & seqq.*

196. Addo & istud, omnem Inventarii conficiendi remissionem, de solemni duntaxat Inventario, subaudiendam esse, ac proinde administrans Bonorum descriptionem nihilominus edere, & inprimis conficere cogitur, Ludov. de Molina *de Hispanor. Primogenior. lib. 1. cap. 15. num. 32. & cap. 28. num. 15.* Philip. Knipschild. *de Fideicommiss. Familiar. Nobil. cap. 12. num. 16.*
197. *& 17.* ubi hoc etiam ad Patrem extendit, post Molinam *dict. cap. 15. num. 34.*

198. Ex remissione Inventarii hoc saltem consequitur Administrator, ut, eô omissô, non possit contra ipsum jurari in litem, Jacob. Menoch. *consil. 208. num. 24. & seqq.*

199. Limitatur 13. Si infectio domus, tempus belli, aliudve impedimentum interveniat suis rebus, nedum alienis, non permittens interesse, tunc certè Inventarii Confectio differri potest, sed hoc arbitrio Judicis relinquitur, Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quaest. cas. 174. num. 2.* David Mevius *ad Jus Lubec. dict. tit. 17. artic. 13. num. 15.*

200. Limitatur 14. Tutor Inventarium, vel etiam Librum Rationum non faciens, excusatur, si aliàs probet introitus & exitus Bonorum, singulis Annis perceptos, Matth. Berlich. *decis. 289. num. 20.* Francisc. Niger
201. Cyriac. *Controvers. Forens. 544. num. 109. & seqq.* ubi latè probat, Juramentum in litem locum non habere contra non producentem Repertorium, si aliunde, fortè ex Libris Sub-Administratorum, docere possit

Redi-

Reditus, & omnia illa, quæ ad manus suas pervenerunt, confer. Cravettam *consil. 275. num. 12.* Alexand. Ludovis. *decis. 199. num. 5.* ubi ita judicatum fuisse, affirmat, Tiber. Decian. *volum. 4. respons. 7. num. 57.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 46.* elegante Johan. Baptist. Plotum *de in lit. jurand. §. 5. num. 37. vers. Primò contra Tutores.* ubi inquit, contra Ad- 202.
ministratores in litem ob non confectum Inventarium non jurari, si ipsi probarent, quòd Minores & eorum Principales, vel Domini non habeant, nisi talia & talia Bona, ex quibus tantum non ultra perceperunt.

Pro Inventario præsumitur, illudque ritè, rectè ac solemniter con- 203.
fectum esse, judicandum est, donec ab Adversario contrarium probetur; Gloss. *in l. cum de lege. 17. ff. de probation. verb. probatio.* Cravetta *consil. 218. num. 3.* & *consil. 225. num. 12.* Fulvius Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 46. num. 24. & seqq.* Matth. Berlich. *decis. 160. num. 15.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 33. definit. 10. num. 1. & 2.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 939. per tot.* nisi aliquo vitio laboret, Andreas Rauchbar. *part. 1. quæst. 29. num. 14.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 33. definit. 9. per tot.* Matth. Berlich. *decis. 160. num. 16.* vel Actor in specie aliquid, 204.
quod in Inventario omissum est, indicare, vel præsumptivè saltem probare possit, tunc Administratori, vel Tutori, Juramentum Purgatorium rectè defertur, Andr. Rauchbar. *dict. quæst. 29. num. 14.* Matth. Wesenbec. *consil. 3. num. 28.* Daniel Moller. *Semestr. lib. 2. cap. 14. num. 4.* ita judicatum fuit apud Matth. Berlich. *decis. 160. num. 17. & 18.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 33. definit. 11.* & *lib. 6. Respons. Jur. Electoral. 67. num. 2.* Si itaque nulla processerit Obsignatio Bonorum defuncti, vel 205.
nimis serò hæres, postquam jam per aliquot dies sese immiscuit hæreditariis rebus, eas obsignari fecit, tunc certè Jurejurando Inventarium 206.
confirmare tenebitur, Rauchbar. *dict. quæst. 29. num. 14.* ita bis pronunciatum fuit apud Carpzov. *Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 33. definit. 10. num. 3. & seqq.* plus dicit Petr. Heigius *part. 1. quæst. 40. num. 21. & seqq.* ne quidem, 207.
præsumptione contra Inventarium militante, ad instantiam Actoris hæredem adigendum esse, ut jurejurando Repertorium confirmet, idque etiam sentire videtur, Montan. *de Tutel. dict. cap. 32. regul. 5. num. 52.*

Planè si Dominus Rationes cum Inventario semel acceptavit, cen- 208.
setur approbasse descriptionem taliter, qualiter factam, & remisisse illud, in quo fortè peccatum fuit, post Philip. Decium *consil. 418. num. 16.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 411. num. 23.*

Quoniam igitur per jam dicta pro Inventario militat præsumptio, 209.
hinc etiam omnia in illo descripta Bona in præjudicium Tutoris præsu-

muntur esse & fuisse Pupilli, *l. fin. princ. vers. fin autem. Cod. arbitr. tutel.* Mo-
210. noch. *lib. 6. præsumpt. 97. num. 1. 2. 3. & 4.* ubi extendit regulam, etiam ad confessionem Tutoris factam in Scriptura privata, Petr. Sanz Morquechi
211. *de Division. Bonor. cap. 1. num. 39.* ubi dicit, Inventarium facere plenam probationem de rebus, & in eo contentis contra Tutorem illud conficien-
212. tem. Quod in tantum verum est, ut quoad mobilia non admittatur probatio in contrarium, secus quoad immobilia, Menoch. *lib. 6. præsumpt. 97. num. 6.* Morquechi *dict. cap. 1. num. 42.* vide Montan. *de Tutel.*
213. *cap. 32. regul. 5. num. 56. & seqq.* Igitur si reperiatur res in Inventario descripta esse aliena, nil est imputandum Tutori, Menoch. *dict. præsumpt. 96. num. 9.* cumprimis si sit error patens, qui Tutori non præjudicat, Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 25. num. 4.*

214. Tertiò quoque, qui Confectioni Inventarii non interfuit, præjudicare non debet; Unde Fidejussori, qui tempore susceptæ Tutelæ pro Tutore cavit, ad reddendam Rationem convento prohibitum non est, contrarium ejus, quod in Inventario scriptum reperitur, Testibus, vel alio modo probare, Bartol. *in l. tutor, qui repertorium. 7. ff. de administrat. tutor. num. 16.* Anton. Capyc. *decis. 107. num. 11.* Francisc. Bursat. *consil. 9. num. 25.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 25. num. 6.*

LOCUS SEPTIMUS.

Ubi Requisitum reddendarum Rationum secundum, de conficiendo, & exhibendo nimirum Rationum Libro.

SUMMARIA.

1. *In omni redditione Rationis illud præcipuum est, ut conficiatur Rationum Libellus.*
2. *Qui est de substantia Actus Administratorii.*
3. *Nec Inventarium sufficit, sed & Rationum Codex, accepta & expensa, continens, requiritur.*
4. *Iste Rationum Liber non perfunctoriè conscribi, sed solemniter secundùm morem consuetum confici debet.*
5. *Quo neglecto, ad interesse conveniri potest Administrator vel Tutor.*
6. *Præsumitur enim id omisisse ex dolo malo.*
7. *Et præterea infamiæ notam incurrit.*

8. *Exten-*

8. *Extenditur Regula hac, etiamsi exhibuerit aliquem Libellum, minùs verò solennem, vitiosum, & mancum.*
9. *Omissum in Rationibus omittentis dolo omissum præsumitur.*
10. *Data & accepta in foliis volantibus scribere non sufficit.*
11. *Interesse præstationem non effugit is, qui Libellum Rationum conscripsit, illum verò non exhibet.*
12. *Editio Libelli Rationum Examen præcedere debet.*
13. *Quapropter, ut dolum evitet Administrator, Libellum exhibere cogitur.*
14. *Quò non exhibitò, ratio non potest dici ex bona fide reddita.*
15. *Rationes priùs offerri debent, deinde computari, an rectè vel non rectè data & accepta relata sint.*
16. *Post redditam Rationem, & factam liberationem, Administrator nihilominùs tenetur edere Libros Rationum.*
17. *Ad quod Administratori constitui solet certus dies & locus.*
18. *Rationes priùs exhiberi debent, ut Dominus perlegere & discernere possit.*
19. *Dominus, Rationibus non perlectis & visis, eas approbare non cogitur.*
20. *Rationum redditio incipit ab editione, & finitur reliquorum solutione.*
21. *Ad reddendam Rationem necessaria est eorum Librorum editio, qui data & accepta credita continent.*
22. *Quâ non factâ, secutâ licet Quietantiâ, de redditis fideliter Rationibus, nulla Rationis redditio esse dicitur, & omni tempore repeti potest.*
23. *Rationem reddere, & redditam confiteri, sunt diversa.*
24. *Administrator refractarius ad edendum cogi potest.*
25. *Quod verum est etiam in Fratre.*
26. *Imò potest incarcerari vel mulctari.*
27. *Non modò unus vel alter Liber, sed omnes edendi sunt.*
28. *Etiam Manuale seu Journale.*
29. *Quod habetur loco Protocolli, & ex illo formatur Rationum Liber.*
30. *Nemo cogitur ad editionem Libri memoria particularis, & inordinati.*
31. *Rationum Codici non habetur fides, si non continet omnes partes in Manuali expressas.*
32. *Ex solo Manuali Ratio reddi non potest.*
33. *Fidem tamen facit Manuale, quando Libri Rationum haberi non possunt.*
34. *Schedula vel Memoriale in Libro Rationum repertum præsumptionem facit pro Scribente.*
35. *Rationes edendæ sunt; licet Administrator dixerit, se nullas confecisse.*
36. *Dicenti, se Librum confectum amisisse, non creditur, nisi hoc dilucidè probet.*
37. *Ad quod probandum solùm Juramentum Administratoris non sufficit.*
38. *Sed amissio aliis manifestis probationibus probari debet.*

39. *Maximè, si editio competat Jure Actionis, sin verò ex officio Judicis facienda erit, admittitur probatio & purgatio per Juramentum.*
40. *Quid in amittentis haeredibus observandum, diversa sunt opiniones.*
41. *Quarum potior illa, quae distinguit inter grave & leve praejudicium, ut in hoc Juramentum admittendum, in illa rejiciendum sit.*
42. *Pater Filii Bona administrans, non obligatur ad conficiendum Librum Administrationis.*
43. *Libro Rationum non confecto; si nihilominus sine illo ratio commodè reddi potest, Juramentum in litem non habet locum.*

1. IN omni Rationis redditione illud praecipuum est, ut rei alienae Administrator Rationum Librum, postea exhibendum, conficiat, Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 85. num. 25.* & *volum. 4. respons. 7. num. 49.* Petr. Paul. Parisi. *volum. 1. consil. 82. num. 22.* & *consil. 84. num. 18.* Matta *de Juridict. volum. 2. part. 4. cas. 148. num. 12.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 25. num. 1. & seqq.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quaest. cas. 209. num. 14. 15. & 19.* Hieron. Schurff. *centur. 1. consil. 65. num. 7.* Escobar *de Ratiocin. cap. 10. num. 1. & 6.* Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 8. & 11.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quaest. 126. num. 47. & 53.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Consistorial. lib. 2.*
2. *tit. 2. definit. 314. num. 8.* qui est de substantia Actus Administratorii, Esco-
3. bar *de Ratiocin. cap. 10. num. 13.* Nec enim sufficit, conficere Inventarium, in quo Facultates Pupillorum consignentur, sed & Codicem seu Librum Rationum, in quo accepta & expensa conscribantur, Administratorem formare necessum est, Philip. Decius *consil. 110. num. 8.* & *consil. 178. num. 1. vers. Secundò quaeritur.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. tit. 8. Respons. Jur. Electoral.*
4. *part. 5. num. 2.* nec perfunctoriis Scripturis datur fides, sed Codicibus solemniter, & more consueto, confectis, Marc. Anton. Natta *consil. 361.*
5. *num. 11.* Schultes. *ad Modestin. Pistor. dict. quaest. 126. num. 54.* quos si non confecerit Administrator, tenetur ad interesse per Juramentum in litem declarandum, *l. 4. Cod. de in litem jurand.* Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 49. num. 14.* Schurff. *centur. 2. consil. 41. num. 9. & seqq.* Paul. Christinae. *ad Leges Mechlin. tit. 19. artic. 13. num. 6.* Carpzov. *in Jurisprud. Consistorial. dict. definit. 314. num. 10.* & *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 75. num. 3.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quaest. 126. num. 48.* ab omnibus communiter receptam esse hanc opinionem, docet Prosper. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. Admini-*
6. *strator. num. 49.* Nam contra eum, qui, cùm rei alienae Administrator sit, si Librum Rationum non conficit, praesumptio est, quòd id dolo malo praetermiserit, atque ita est in dolo malo praesumpto, Modestin. Pistor. *lib. 2. consil. 8. num. 5. vers. Nam sicut.* Schultes. *dict. quaest. 126. num. 49.*

Mascard.

Mascard. *de Probation. conclus. 1391. num. 8.* Quinimò, non conficiens Inventarium & Rationum Librum, præter hoc, quòd non careat suspicione Furti, etiam notam infamiæ incurrit, Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 15. num. 25.* per *l. in fin. Cod. arbitr. tutel.* 7.

Extenditur Regula 1. Et adhuc vera est, si confecerit quidem Administrator Librum Rationum, eumque exhibeat, minùs tamen legitimè & non legaliter confectum, ex. gr. si multos Reditus & Fructus percepit, eos tamen non omnes ad introitum posuit: vel in Rationibus falsò asserit, se huic illive satisfecisse, ex illo enim dolus & falsitas in præjudicium Domini arguitur, adeoque Juramentum in litem locum habet, Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 25. & 26.* & si quid omissum fuerit, præsumitur esse dolo omissum, Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 85. num. 25.* post Philip. Decium *consil. 110. num. 8. & 9.* nec sufficit, Administratorem data & recepta scribere in foliis volantibus, Farinac. *dict. verb. Administrator. num. 50.* 8. 9. 10.

Extenditur 2. Si Librum Rationum confecerit quidem Administrator, cum tamen non exhibeat, præstationem illius, quod interest, non effugiet, Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 9. gloss. 6. num. 34.* Zas. *lib. 1. consil. 5. num. 25.* Jacob. Schultes. ubi plurimos allegat, *dict. quæst. 126. num. 5.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. respons. 75. num. 4.* Nam cùm de reddendis Rationibus agitur, prius est, ut edantur, itemque Instrumenta omnia ad Rationes pertinentia, quàm ut de Examinatoribus agatur, Faber *in Cod. lib. 5. tit. 31. definit. 2. num. 1. & 2.* unde communissimè traditum est, si non exhibeatur Rationum Liber ab Administratore, vel ejus Hærede, in dolo rationalem esse præsumi, & Rationes occultasse, & propterea Juramentum in litem locum habet, Alexand. *volum. 7. consil. 74. num. 2.* Escobar *de Ratiocin. cap. 10. num. 6.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. tit. de libr. tut. num. 36. 37. & 38. pag. m. 673.* Hector Capyc. Latro *lib. 1. Neapolitan. Decis. 113. num. 12.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 32.* Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 9. & num. 30.* unde plerique dicunt, unumquemque Administratorem posse compelli, ut ostendat Volumina Rationum videnda, examinanda, & dispungenda, an probè & improbè, quid, & qualiter administratum sit, aliàs non dici ex fide redditam Rationem, facit *text. in l. 82. ff. de condit. & demonstrat.* ubi Callistratus dicit, ad Rationum redditionem requiri, ut primùm offerantur legendæ, deinde computandæ, ut explorari possit, probè an improbè referantur, accepta rectè relata, an non rectè, addo Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 20.* Mindan. *de Mandatis lib. 2. cap. 49. num. 13.* Hieron. Schurff. *centur. 2. consil. 9. num. 6.* Francisc. Bursat. *consil. 105. num. 3.* 11. 12. 13. 14. 15.

Exten-

16. Extenditur 3. Licet post redditam Rationem Administrator vel Tutor liberatus fuerit, nihilòminus tamen Libros Rationum etiam post liberationem edere tenetur, *l. fin. §. inter catera. 1. ff. de liberatione legata.* Hartman. Pistor. *observat. 158. num. 12.*

17. Cùm igitur quidam adultus suum Tutorem pro expungendis Rationibus conveniret, isque, se ad hoc paratum esse, diceret, negabat autem, se illico Rationum Codices tradere posse aut velle, sed imò instabat, certum sibi constitui locum & diem, in quo & Rationes ipsas cum Inventario proferre, & petitioni Actoris satisfacere posset, judicavimus, primò offerendas esse Pupillo, ad certum tempus, Rationes, der Vormund solte zuforderst die Rechnungen dem Pfleg-Sohn sechs Wochen zustellen / sich darinnen haben zu ersehen / & dein, sive hoc prævio,
18. ad Rationum Examen procedendum esse. Communiter enim eò itum est, Rationes priùs exhiberi debere, ut perlegi possint, & discerni ante Examen, Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 22.* Riminald. Jun. *consil.*
19. *338. num. 31. & 32.* & liquidi Juris esse dico, Dominum non cogi Rationes approbare, sed concedendum ipsi esse spatium legitimum, ad eas inspiciendas & examinandas, *text. in dict. l. 82.* ibi legendas offerre Rationes primùm, *ff. de condit. & demonstrat.* Barthol. Socin. *volum. 2. consil. 196.*
20. *num. 4.* Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 19. artic. 13. num. 9.* siquidem Rationum redditio incipit ab earum editione, & finitur reliquorum solutione, *l. 8. §. 5. ff. de liberatione legata.* Faber. *in Cod. lib. 5. tit. 31. definit. 2.*
21. Bursat. *consil. 105. num. 3.* ubi dicit, sine Librorum exhibitione, in quibus continentur accepta, data, credita, introitus, exitus, & omnia alia computa, Rationem reddi non posse, adde Escobar. *de Ratiocin. cap. 10. in princ.* hisce fundamentis nisus Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 53.*
22. respondit, cùm quidam sine exhibitione Libri Rationis nihilòminus reddidisset Rationem, & præterea à Domino confessionem de probè & fideliter redditis Calculis, insuper quoque amplam liberationem impetrasset, hanc redditionem Rationis non valere, sed repetendam esse.
23. Cui quidem decisioni confessio Domini non obest, siquidem aliud est Rationem reddere, aliud redditam confiteri, Roland. à Valle *dict. consil. 49. num. 53.*

24. Extenditur 3. Administrator contumax & refractarius ad edendum Librum cogi potest, *l. 1. §. 3. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Hector
25. Capyc. Latro *lib. 1. Neapolitan. Decis. 113. num. 1. ubi Gizzius in Notis.* idem in Fratre verum esse, affirmat Peregrin. *de Jure Fisci lib. 7. tit. 3. num. 32.* Fran-
26. cisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 544. num. 5.* imò etiam carcerari vel mulctari, Cyriac. *dict. Controvers. 544. num. 7. & 8.* post Anton. Solam *ad Constitut. Sabaud. tit. de Libris Mercator. gloss. 2. num. 43.* Exten-

Extenditur 4. Non sufficit edere Librum unum, nisi etiam reliqui omnes proferantur, Bald. *volum. 3. consil. 152. num. 2. vers. Non igitur sufficit.* Cyriac. *dict. Controvers. 544. num. 12.* 27.

Extenditur 5. Manuale sive Journale, id est ille Liber, in quem in dies accepta & expensa rapsodicè, & memoriæ tantùm gratiâ indigestè conjiciuntur, edendus quoque & proferendus est ab Administratore, Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 20.* Prosper. Farinac. *volum. 1. consil. 96. num. 11.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 40. vers. Et prædicta.* Cyriac. *dict. Controvers. 544. num. 10.* Et ille Liber habetur loco Protocolli, ad illumque recurritur, sicuti ad Originale, & ex illo formatur verus Rationum Codex, ut per Escobar. *dict. cap. 10. num. 40.* Cyriac. *dict. Controvers. 44. num. 11.* modò non sit Liber memoriæ particularis & inordinatus, ad cujus editionem nemo cogi potest, Fulvius Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 63. num. 12.* Cyriac. *dict. Controvers. 544. num. 32.* 28. 29. 30.

Dubitatur hîc, an Rationibus habenda sit fides, si non habeant & contineant omnes partes in adversariis, id est Manuali vel Journali annotatas? & negativè concludendum est, juxta Escobar. *dict. cap. 10. num. 37. & 38.* ubi *duobus numeris sequentibus* dicit, si unus ex pluribus Sociis sit Caxa, id est Director Societatis, alter verò quasi Factor, qui fortè emit & vendit, & quâlibet septimanâ suas emptiones in Manualibus, & fortè rejectaneis chartis annotatas, ad Librum ordinarium & magistralem transfert, instante deinde tempore, quô Rationes examinandæ, & reliquis Sociis reddendæ sunt, non tantùm Rationum Librum, verùm etiam Manualia esse producenda; illis verò deficientibus, & non productis, posse jurari in litem, eo non obstante, quòd Reus dicat, se Manualia dilacerasse, vel aliàs perdidisse, & juxta hanc doctrinam judicatum fuisse in Regia Cancellaria. 31.

Alia quæstio est, an ex solo Manuali, non confecto Rationum Libro, Ratio reddi possit? pro negativa de facto pronunciatum & judicatum fuit, nisi causa agitetur inter Socios, id est Mercatores, inter quos ex bono & æquo causæ decidendæ veniunt, patet ex Rota Genuens. *decis. 2. num. 29.* Escobar. *citat. cap. 10. num. 39. & seqq.* Manuale tamen fidem facere in Rationis redditione, quando Libri haberi non possunt, docet Rota Genuens. *decis. 176. num. 22.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 36.* Ita Schedulam, vel Memoriale, in Libro aliquo Rationum repertum, præsumptionem facere pro Scribente, scribit Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. tit. de libris ration. num. 84.* 32. 33. 34.

Extenditur 6. Adeò Rationes ab administrante sunt producendæ, ut neganti, se aliquas confecisse, fides non habeatur, Farinac. *dict. verb.* 35.

Administrator. num. 51. Natta *consil. 134. num. 69.* Benevenut. Stracha *de Mer-*
36. *catur. part. 2. num. 68.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 2.* nec credatur dicenti & alleganti, se Librum confectum amisisse, nisi hunc casum dilucidè probet, Barthol. Socin. *volum. 2. consil. 159. num. 5.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 33.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 1. consil. 19. num. 26.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 8. num. 9.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 52.* Hector Capyc. Latro *lib. 1. Neapolitan. Decis. 113. num. 13.*
37. adeò, ut Administratoris Juramentum, ad docendum amissionis casum, non sufficiat, Roland. à Valle *dict. consil. 49. num. 33.* Jacob. Menoch. *consil. 354. num. 1.* Paul. Montan. *de Tutel. dict. cap. 32. regul. 8. num. 9.* Hector Capyc. Latro *dict. decis. 113. num. 15.* Prosper. Farinac. *in Fragmentis Criminal. verb. amissio. num. 209. & 210.* Honded. *citat. consil. 19. num. 20.* Francisc. Bursat. *consil. 130. num. 8. & consil. 185. num. 12. & 13.* Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg.*
38. *162. num. 6.* ubi præter Authores jam citatos dicit, Tutori, dicenti se Librum Rationum Tutelæ amisisse, regulariter non credi, etiamsi juraverit, sed aliis probationibus manifestis probandam esse amissionem, quia contra eam est Juris præsumptio, quòd non perdiderit, sed malitiosè occultet, Tiber. Decian. *volum. 4. respons. 7. num. 51.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 52.*

39. Et hæc quidem est recepta distinctio, quòd si editionis petitio competat tantùm Officio Judicis, tunc admittitur probatio per Juramentum. Si verò competat Jure Actionis, prout quando præcessit Contractus, tunc non sufficit jusjurandum, sed aliis probationibus amissio Instrumenti docenda est, per *l. 4. Cod. de pignoratit. action.* per quem ita tradit Bartol. *in l. si quis ex argentariis. 6. §. 9. vers. an nec hæredi. num. 3. & 4. ff. de edendo.* Francisc. Niger Cyriac. *dict. Controvers. Forens. 544. num. 15. cum alleg. ibid.*

40. An idem de Hæredibus affirmandum sit, quòd scilicet & hisce amissionem Rationum opponentibus, non sit tribuenda fides, si ad Juramenti præstationem se offerant? dubiæ est quæstionis. Aliis affirmantibus, negantibus aliis, tertiis denique distinguentibus.

In negantium castra abiit Menoch. *consil. 354. num. 7. & seqq.* Escobar.
41. *de Ratiocin. cap. 10. num. 6.* Potior videtur opinio distinguentium, ut scilicet, si agatur de gravi præjudicio, rejiciatur Juramentum, si de levi, admittatur, cum qua post Gemin. Dec. Felin. Marsil. Alciat. Salicet. & alios, transire videtur Christinæ. *dict. decis. 162. num. 7.*

42. Limitatur Regula nostra in Patre, qui Bona Filii administravit, sicut enim de administratis, juxta tamen distinctionem suprà loco *1. num.* traditam, non tenetur reddere Rationem, ita quoque non obligatur

ali-

aliquem Adminiſtrationis Librum conficere, Tiraquel. *de Legibus Connubial. gloſſ. 5. num. 40.* Proſper. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. Adminiſtrator. num. 53.* Juramentum tandem in litem contra Adminiſtratorem locum non habere ex eo, quòd non confecit Librum Rationum, quando 43.
ſine illo commodè reddi poteſt Ratio, docet ex Deciſione Rotæ Romanæ, Farinac. *dicto loco num. 55.* & *volum. 1. conſil. 96. num. 44. & ſeqq.*

LOCUS OCTAVUS.

Requiſitum reddendarum Rationum tertium: ubi Modus conficiendi Librum Rationum, & quod rigidè nimis cum Adminiſtratore non ſit agendum, oſtenditur.

S U M M A R I A.

1. *Aliena negotia ita adminiſtrare, ut omnibus ſatisfiat, grave admodum, & difficile eſt.*
2. *Rationes ex omni parte perfectas reddere, magni laboris eſt.*
3. *Pupilli in accipienda ratione ſuorum Tutorum non debent eſſe nimis rigidi.*
4. *Modicus defectus non vitiat Rationes.*
5. *Ingrati ſunt illi, qui ob levem cauſam magnum negotium faceſſunt Tutoribus.*
6. *Rationis redditio non debet eſſe dura & ſcrupuloſa.*
7. *Exemplum & deciſio adducitur.*
8. *Abſtinendum eſt à rigido Rationum Examine, inter Perſonas ſanguine & neceſſitudinis vinculo conjunctas.*
9. *Inprimis ſi Perſonæ nobiles & egregiæ ſunt.*
10. *Is, qui affectione neceſſitudinis aliena negotia adminiſtrat, non tam ſtrictè ad reddendas & conficiendas Rationes tenetur.*
11. *Scilicet, ſi conſideratis Debitis & Expenſis, non facilè poſſint eſſe reliqua.*
12. *Proximi Conſanguineì titulum Adminiſtrationis verum veluti Tutelæ, vel alium habentes, æquè ac alii ad ſolennes Rationes adſtringuntur.*
13. *Tunc connivendum eſt Conſanguineis, ſi in genere de Expenſis verè conſtat, hoc ceſſante, nequaquam.*
14. *Inter Conſanguineos cautè agendum eſt.*
15. *Rationes ſua requiſita, & præſcriptas regulas habent, quibus omiſſis, nullo modo dici poſſunt reddita.*

16. *Propriâ vel alienâ manu Codex Rationis conscriptus fuerit, nihil refert.*
17. *Præfatione & Inscriptione Rationum Librum insignire, consultum est.*
18. *Rationum Liber ante omnia accepta & expensa omnia exactè continere debet.*
19. *Reddendæ rationi obnoxius, Reditus & Fructus singulis Annis perceptos, unà cum Expensis & aliis similibus, annotare debet.*
20. *Idque clarè, distinctè & dilucidè.*
21. *Intricata ratio non est ratio.*
22. *Qualis est, si scribatur in genere, & in una Summa, tantum ex Domini Bonis collegi & expendi.*
23. *Generalis & confusa Expensarum descriptio Juri est contraria.*
24. *Administrator doli, culpæ & negligentiæ, ne arguatur, singulariter, de die in diem, accepta referre debet.*
25. *Id est tali Anno collegi ex tali fundo tot modios frumenti, & solvi in collectione tantum tali die, tot operariis.*
26. *Imò declarare debet, quid, unde, ex quo facto, ex qua causa, quo die, & cui datum sit, & acceptum.*
27. *In acceptis in specie notari debet, à quo, & ex qua causa acceptum sit.*
28. *Et nominatim exprimere, cui dederit.*
29. *Rationis Liber, qui non habet distinctam expressionem dati & accepti, tanquam nullus rejiciendus est.*
30. *Imò contra talem, utpote difficilem & intricatum, locum habet Juramentum in litem.*
31. *Maximè si parcella ita sint confusæ & perplexa, ut neque introitus neque exitus pateat.*
32. *Quod verum quoque, quando alienas Rationes, vel accepta, & expensa, ad Dominum pertinentia, suis immiscuit, & vice versâ.*
33. *Quæ omnia vera sunt, si perplexitas sit indissolubilis.*
34. *In Expensarum materia pro regula habetur, ut exprimatur, quantum, cur, & ex qua causa sit expositum.*
35. *Addi præterea & dies debet, quô omissô Ratio convenienter reddi non potest.*
36. *Quod tunc verum est, quando ex ejus omissione incertitudo resultet, cæterum Anni & Mensis expressio sufficiens est.*
37. *Dies locusvè etiam omitti potest citra Rationum vitium, si illa aliàs commodè dispungi potest.*
38. *Inprimis verò justa Ratio continere & habere debet Redituum & Proventuum omnium accuratam Descriptionem.*
39. *Semper primò Reditus, postmodum Expensæ excutiendæ sunt.*
40. *Quem ordinem, si Administrator interverterit, Ratio non statim annullari debet, sed ad illum reducenda erit.*

41. *Quæ reductio & correctio fieri debet sumptibus Rationem malè componentis.*
42. *Denique singula singulis suis Capitulis conscribi debent, nec inter se commisceri.*
43. *Pleraque Capitula rursus subdistingui debent in certas & singulas partes, quod ex Praxi potiùs, quàm Interpretum Scriptis, addiscendum erit.*
44. *Pœna Registra falsificantis solet esse relegatio, & manus amputatio.*
45. *Reditus non integrè conscribens punitur pœnâ dupli illius, quod omisit.*
46. *Non dolò sed negligentiâ malè Rationem reddens, restitutione ejus, quod deficit, liberatur.*
47. *Quando Summa, quæ suppressa dicitur, parva est, adeò rigidè non est procedendum.*

GRave est admodum, & difficile, Reditus aliorum ad cujusque nutum administrare, & in omnibus ita disponere, ut omnibus satisfiat, Carpzov. *in Jurisprud. Consistorial. lib. 2. definit. 318. num. 2.* 1.
nec minùs difficile est, Rationes ex omni parte perfectas reddere, Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 10.* Hector Felicius *de Societat. cap. 38. num. 7.* Joh. Gryphiander *in Oeconom. Legali lib. 2. cap. 3. num. 128.* 2.
rectè ergò Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 6. num. 1.* admonet Pupillos, ne temerè sine delectu, & absque prudentum consilio, suos quondam Tutores vel Administratores molestent. Cum quibus certè mitius, & non semper juxta Juris rigorem procedendum, Gryphiander *dict. cap. 3. num. 130.* Et, in summis cumprimis exiguis & parvi momenti, 3. 4.
laxamento opus erit, cùm modicus defectus Rationes non vitiet, Bald. *in l. 1. num. 2. Cod. si adversus solution.* Paul. Matth. Wehner. *in Thesaur. Pract. verb.* Rechnung. Gryphiander *dicto loco num. 129.* Hinc ingrati vocantur 5.
cuculi illi, qui ob levem ansam Tutoribus maximum negotium facessunt, non attendentes, satis esse, si Administrator ea fecerit, quæ bonus Paterfamilias facere potest, qui & suis propriis rebus, multò ergò minùs alienis, non semper ex voto præesse potest, *l. 10. ff. de administrat. tutor.* Petr. Frider. Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 49. num. 17.* Ideoque, ut 6.
concludenter dicam, nec durè nimis cum Administratoribus agendum est, nec scrupulosa debet esse Rationum redditio, Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 34.* Felicius *de Societat. cap. 38. num. 8.* Gryphiander *citat. cap. 3. num. 128.* Petr. Heigius *part. 1. quæst. 20. in fine.* Wesenbec. *consil. 335. num. 106.*

Contra hæc Juris Fundamenta quosdam Calculatores, & Rationum Revisores, quorum nomini mihi parcendum est, aliquando gravissimè impegisse putavi, qui, in Præfecti sive Administratoris Militaris Annonæ, des Kriegs-Commissarii Rationibus, non admittenda esse 7.

concludebant, quæ ille tum ob feces Cerevisiæ recenter coctæ, & inter pedites ab ipso illico distributæ, Abgang-Hefen frisch außgezapffeten und unter die *Musquetirer* vertheileten Biers / tum ob diminutionem frugum à se receptarum, eò quòd illas ex parte exaruisse dixerat, Fruchtschrumpff und Abgang / ad Expensarum classem in sui favorem, meo judicio, justissimè retulerat.

8. Omnia hactenus dicta vel maximè obtinent inter Socios, Fratres, Consanguineos, & inter omnes alios, cum quibus nobis arctior quædam necessitudo intercedit, Heigius *dict. quæst. 20. in fine.* cumprimis si
9. sint nobiles & egregiæ Personæ, quas inter sufficere multi volunt, si exprimant, quantum uno alterove Anno verisimiliter, pro familia vel cura agrorum, expenderunt, Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 18.* Joh. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 15. vers. Limitatur tertiò.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 8. num. 14.* ubi de Fratre, Sorore & aliis Consanguineis loquitur, Jacob. Schultes. *ad Mo-*
10. *destin. Pistor. quæst. 126. num 124.* ubi dicit, si quis, saltem affectione necessitudinis & ratione Consanguinitatis, res alterius administravit, is non adeò strictè tenetur ad Rationes reddendas, ad conficiendum & edendum Inventarium, aut Rationum Librum, sub pœna jurisjurandi in litem, sed sufficere, si rationes reddat eô modô, quô potest, satisque ex officio eum facere, si generatim atque saltem verisimiliter ex boni Viri arbitrio ostendat, quantum acceperit, quantumve èccontra expenderit, addo Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 79. num. 44.* & *volum. 4. respons. 7. num. 56.* idque in genere verum esse dicit Decian. *dict. respons. 79. num. 47. vers. Præ-*
11. *terea.* Scilicet, si arbitrio boni Viri, consideratis Debitis & Expensis, nulla possint esse reliqua ex Administratione, quòd Administrator, & habens officium publicum, non teneatur reddere exactam Rationem, & perfectam computationem omnium.

12. Declaratur tamen hæc doctrina, & vera est isto tantùm casu, quando quis administrat sola sanguinis contemplatione: Si verò Mater, Soror, Frater, aut similis Consanguineus, non Consanguinitatis ratione administret, sed verum aliquem ac legitimum Administrationis titulum gerat, veluti, si generalis sit Negotiorum Gestor, vel Institor, vel Tutor, vel Curator, vel aliud quodvis Administrationis nomen habens; tum, non obstante Sanguinis necessitudine, regulæ subjacet generali, atque ad solemnes Rationes reddendas non minùs quàm alius quicunque extraneus obstrictus est, Tiber. Decian. *volum. 4. respons. 7. num. 52.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 125.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 8. num. 15. & 16.*

Decla-

Declaratur 2. Ut ita quidem vera sit, si oculis appareat, aliquid 13.
confectum, puta Domum restauratam Pupillum educatum, vel simile
quid factum esse, hoc cessante, ex Regula Poëtæ:

Non Hospes ab Hospite tutus,
Nec Socer à Genero, Fratrum quoque gratia rara est.

Inter Consanguineos cautiùs agendum esse monet Johan. Garsias *de Ex-* 14.
pensis cap. 20. num. 23. vers. Hoc tamen. Ut igitur ad Rationum ipsarum re- 15.
quisita properemus, nemo dubitabit, esse illis suas Regulas à Jure præ-
scriptas, & hisce omissis, Administratorem frugi Viri officio non de-
fungi, paria quippe sunt, non reddere Rationes, vel reddere quidem,
sed non plenè & sufficienter, Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 48.*

Inprimis interesse nihil puto, sive Administrator suâ propriâ manu 16.
ipsos Rationum Codices scripserit, sive per alium scribi curaverit, Esco-
bar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 41. & 66.* quamvis consultum esse Judicem, 17.
ut inscriptione sive præfatione aliquâ sint signati, exempli gratiâ: Liber
hic est Rationum Titii, confectus ab ejus Tutore Sempronio, post De-
cium, Socin. & Stracha, Escobar. *dict. cap. 10. num. 42.*

In genere concludendum est, ut Rationum Liber ex artis & Juris 18.
Regula sit compositus, hoc præcipuè necessarium esse, ut accepta & ex-
pensa omnia exactè contineat, Barthol. Socin. *volum. 2. consil. 159. num. 3.*
& 8. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 20.* Matth. Wesenbec.
consil. 47. num. 10. Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 57.* ubi
dicit, ad Rationes reddendas obstrictum Administratorem, Rationum 19.
Librum ita conficere debere, ut in eo annotet & describat Reditus ac
Fructus singulis Annis perceptos, & expensas, aliaque similia, confer.
Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Consistorial. lib. 2. definit. 314. num. 11.* & *lib. 5.*
Respons. Jur. Electoral. 75. num. 5. Nec hoc est satis, sed & ulterius requiri- 20.
tur, ut dicti Reditus unà cum Expensis integrè, apertè, explicatè, non
obscurè, non in folle, neque in sacco, neque sub nube, neque sub in-
volucro, sed omnibus, quæ accepta & expensa sunt, sigillatim & in spe-
cie descriptis, & juxta sepositis, explicentur, prout hæc requisita ele-
ganter, & per omnes partes multis in locis probat, Ernest. Cothman.
cumprimis volum. 2. respons. 92. num. 41. & *volum. 3. respons. 8. num. 55. & 56.* Ri-
minald. Jun. *consil. 338. num. 31.* & cùm intricata Ratio non sit Ratio, ut 21.
per *l. 10. §. 2. ff. de edendo.* docet Escobar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 44.* Paul.
Matth. Wehner. *in Thesaur. Pract. verb.* Rechnung. non sufficit dicere, 22.
tantum ex Domini Bonis in una Summa collegi & expendi, Barthol.
Socin. *dict. consil. 145. num. 4.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 44.* Paul. Chri-
stinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 162. num. 2.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49.*
num.

23. *num. 22.* ubi in Rationibus non admittendum esse dicit, si Administra-
tor confusè, & in genere ponat, se tantum recepisse, & tantum expen-
disse, (quæ siccæ vel mutæ Expensæ vocantur, Gryphiander *in Oeconom.*
24. *Legali lib. 2. cap. 3. num. 125.*) quare ut Administratoris dolus, culpa, & ne-
gligentia circa Libri Confectionem argui non queat, necessarium est,
accuratè, sigillatim, singulariter de die in diem accepta & expensa re-
25. ferre. Scilicet tali Anno collegi ex tali fundo tot modios frumenti, &
solvi in collectione tantum tali die, tot operariis, Escobar. *de Ratiocin. cap.
10. num. 47.* Petr. Frider. Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 49. num. 15.* Hieron.
Schurff. *centur. 2. consil. 41. num. 8.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 22.*
Riminald. Jun. *consil. 338. num. 44.* Caspar. Klock. *volum. 3. consil. 169. num. 14.*
26. Ernest. Cothman. *dict. respons. 8. num. 57.* ubi dicit, Administratorem de-
bere omnia per singulas partes declarare, quid, unde, ex quo facto,
ex qua causa, quo die, à quo, & cui datum sit, & acceptum, adde
Cothman. *volum. 2. respons. 92. num. 41. volum. 4. respons. 39. num. 53. & volum. 5.
respons. 30. num. 31. & 32.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. tit. de
libris administrat. num. 3. & 4.* Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 14.* Fabrum *in
Cod. lib. 4. tit. 16. definit. 5. per tot.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 8. num. 1.*
Caspar Klock. *volum. 3. consil. 169. num. 14.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 43.*
27. *& 44.* ubi vult, circa accepta addendum esse in specie, à quo acceperit,
28. & ex qua causa, per *l. 5. Cod. de exactor. tributor.* & cui dederit nomina-
tim, per *l. 4. Cod. de susceptor. præposit. & arcar.* confer. Paul. Christinæ. *volum.*
29. *3. Decis. Cur. Belg. 162. num. 2.* ubi, hanc non esse rationem, dicit, si quis
in genere, & in summa affirmaret, se tantum accepisse, & tantum ex-
pendisse, & si liber in folle sine distinctione, & expressione persona-
rum, quantitatis, causæque dati & accepti scriptus sit, non solùm non
est admittendus, cùm taliter reddens rationem, non dicatur illam red-
30. dere, Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 22.* verùm etiam contra talem
circa parcellas intricatas & difficilis intellectus, Juramentum in litem
locum habet, Escobar. *dict. cap. 10. num. 49. 50. & 51.* Gryphiander *in Oeconom.*
31. *Legal. lib. 2. cap. 3. num. 80.* ubi dicit, si ita sint confusæ, perplexæ & in-
tricatæ, ut neque introitus neque exitus pateat, neque Rationes dispun-
32. gi queant, tunc planè rejici, & procedi ad Juramentum. Etiam tunc,
quando alienas Rationes, vel accepta expensaque ad Dominum perti-
nentia suis immiscuit, & vice versâ, Socin. Senior *volum. 2. consil. 159. num. 7.*
33. Roland. à Valle *dict. consil. 49. num. 31.* Quæ omnia vera sunt in perplexitate
indissolubili, quæ meritò Auctori suo damnosa est, multa tamen à
perito Calculatore explicari quoque possunt, Gryphiander *dict. cap. 3.*
34. *num. 81.* In Expensarum materia hæc est una maxima, ut exprimatur
quan-

quantum, cur, & ex qua causa sit expositum, ita fuit observatum in Camera Imperiali in causa Keutschach contra Keutschach, Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 4. lib. 4. cap. 16. num. 98.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. de libris tutor. pag. m. 670. num. 16.* etiam in Expensis minutioribus, Escobar *de Ratiocin. cap. 10. num. 50.* Roland. à Valle *dict. consil. 49. num. 28.* ubi post Bartol. *in l. comperimus. 4. Cod. de navicular.* Statuit, quòd 35.
Officialis publicus debeat conficere Librum suæ Administrationis, & in eo, præter data & accepta, etiam ponere, cui dederit, & ex qua causa, item quo die, hisce omissis, non posse convenienter rèddi Rationem.

Diei omissio Rationum compositionem tunc vitiat, quando ex 36.
ejus omissione incertitudo resultat: Sufficit ergò, si absque diei annotatione ambiguitas non emergat, designare Annum & Mensem, vel aliud tempus acceptæ & expensæ Pecuniæ, utpote tempus Vindemiarum, vel Messium, Didac. Covarruv. *Practicar. Quæst. cap. 10. num. 2. in fine.* Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 21.* Escobar. *dict. cap. 10. num. 52. & 5. seqq.* Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 23.* ubi vult, si Rationes possint dispungi, non esse rejiciendum Rationum Librum, 37.
etiamsi dies locusve expensæ Pecuniæ additus non sit, Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. de libris tutor. pag. m. 670. num. 18. 19. & 20.*

Omnium autem primas obtinere debent Reditus & Proventus, id 38.
est rationi & rectæ rerum constructioni convenit, ut primò fiat mentio acceptorum rerumque omnium, quas nomine sui Principalis Administrator isto Anno collegit & percepit, quàm ut ad expensa descendat, Bartol. Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verb. d'en rendre Conte. num. 18.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 14. num. 2.* Gryphiander *in Oeconomia Legali lib. 2. cap. 3. num. 78.* Joh. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 7.* Gutierez *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 51.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. tit. 8. Respons. Jur. Electoral. 74. num. 9.* ubi etiam vult, idem in Rationum Examine esse observandum, id est, primùm Reditus & deinde Expensas excutiendas esse. 39.

Si tamen Administrator hunc ordinem inverterit, & priùs fortè 40.
data quàm accepta inseruerit, non illico concludendum erit, Rationes ipsas vitiari, sed imò potius in ordinem reducendæ, & dein examinandæ sunt, Escobar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 68. & cap. 41. num. 1.* Gryphiander *in Oeconomia Legali lib. 2. cap. 3. num. 81.* modò id fiat, uti fieri debet, sumptibus Administratoris, & Rationem malè componentis, Borgnin. Cavalcan. *part. 1. Decis. Fivizan. 39. num. 46.* ubi limitat in minore, imputandumque illi esse dicit, qui isti commisit Administrationem. 41.

O Præ-

42. Præterea tam Proventus quàm Expensæ suis Capitibus sive Rubricis, uti vocant, ordine sunt distinguendi, nec Reditus Pecuniæ numeratæ cum Reditibus Fructuum confundendi, aut indifferenter omnes unâ orationis structurâ, uno eodemque acceptorum membro conjungenda, sed singula distincto diversoque capite ad receptorum classem referenda erunt, die Innahmen so wohl als Außgaben müssen unter ihre gewisse Rubricen außgesetzet / und die Innahme wie auch Außgabe Geld von der Innahme und Außgabe Früchten / so dann die Früchten von dem Wein / & vice versâ, ordentlich unterschieden werden / quem modum monstrat Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 27.* Damhoud. *de Tutel. cap. 3. num. 46.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 3. num. 46.* Quæ qui-
43. dem Rationum compositio ex Praxi potiùs quàm Interpretum Scriptis addiscenda venit; nam & capita acceptæ Pecuniæ, & aliorum Redituum denuò subdistinguenda, & singula in singulas partes collocanda erunt. Exempli gratiâ, ponenda est Rubrica acceptæ Pecuniæ ex Usuris & Reditibus annuis, alia & à priori distincta, Pecuniam, quæ ex elocatione Prædiorum ad Pupillum spectantium, iterum alia, quæ ex venditione hujus vel illius rei recepta fuit, & sic de reliquis complectens: Eine Rubric muß haben den Empfang oder die Innahme Gelds / so von außstehenden Capitalien, eine andere / welche aus verliehenen / wiederum eine andere / welche aus verkaufften Güthern erhoben worden / & sic deinceps.

44. Si Administrator Registra annuorum Redituum datâ operâ sciens, sui commodi ergò, depravavit, corrupit, & falsificavit, & quasdam Pensiones annuas in totum omisit, præter pœnam relegationis, etiam manus amputatione punitur, Virgil. Pingizer. *quæst. 47. num. 10.* Francisc. Ripa *de Peste cap. 5. num. 8.* Matth. Berlich. *part. 5. Practicar. Conclus. 57. num. 47.*

45. Si verò Registra non corrupit, nec quosdam Reditus totaliter omisit, sed tantùm non integrè annotavit, puta tertiam vel quartam partem non inscripsit, extra aliam pœnam dupli tantùm pœna mulctatur, *l. 9. post princ. Cod. de erogat. militar. annonæ. l. fin. Cod. de canon. frumentar. Urb. Rom.* Pingizer. *dict. quæst. 47. num. 10.* Berlich. *citat. quæst. 57. num. 48.*

46. Certè, si quis non dolosè vel fraudulenter quid intercepit, & in proprios usus convertit, sed culpâ & negligentiâ tantùm rationes reddere non potuit, pœna prædicta locum non habet, sed sufficit, si defectum resarciat, Pingizer. *citat. quæst. 47. num. 10.* Berlich. *dict. quæst. 57.* In parva
47. quoque Summa, quæ fortè occultata & suppressa fuit, tam rigide non est procedendum, monente Berlich. *dicto loco num. 49.*

LOCUS

LOCUS NONUS.

Requisitum reddendarum Rationum quartum complectens: ubi agitur de Pecunia, aliisque rebus ad acceptorum classem referendis.

SUMMARIA.

1. *Ad acceptorum classem primò refertur illud, quod ex antecedentibus Rationibus reliquum est apud Administratorem.*
2. *Administrator illud, quod Domino debet, vel in Usuras collocare, & Rationum acceptis inferre cogitur.*
3. *Ad accepta Rationum referenda sunt res in substantia Domini inventa.*
4. *Nec tantùm sors ipsa, verùm etiam fructus & lucra percipienda.*
5. *Id est, illa, quæ quis bonâ fide percipere potuit.*
6. *Tutor debet esse vigilans & attentus, nisi velit teneri de neglectis.*
7. *Quilibet Administrator ex mala & negligenti Administratione tenetur Domino, in quantum damnificatus est.*
8. *In Tutela vel Negotiorum gestorum utile judicium venit omne damnum, ex dolo, culpa lata, & levi Tutoris causatum.*
9. *Etiam id, quod per bonam conditionem omissum & neglectum fuit.*
10. *De negligentia prioris Tutoris tenetur Successor subsequens, si in tempore ab Antecessore non exigit Rationes.*
11. *Tutores Credita tempestivè à Debitoribus exigere, & in utilitatem Pupilli convertere debent, alias, si reddantur deteriora, posteà de suo solvere coguntur.*
12. *Maximè si Debita sint liquida, & facilè exigibilia, tunc imputatur illis non solùm Sors, sed etiam Usura: nisi Administrator suam diligentiam probaverit.*
13. *Tutores & alii Administratores Pecuniam paratam tenentur fœnori dare, vel in emtionem Prædiorum erogare.*
14. *Juxta Novellarum Constitutiones Pecunia tantùm cautè reponenda est.*
15. *Verum Praxis Jus Digestorum in usum revocavit, & expositionem Pecuniæ necessariò requirit.*
16. *Quod in quovis Administratore rei alienæ receptum est.*
17. *Tutor Pecuniam Pupillarem nec in Usuras, nec in Emptionem Prædiorum collocans, Pupillo Usuras, & id quod interest refundere, suisque Rationibus nominatim inserere tenetur.*
18. *Idque etiam verum est in Usuris Pupillaribus à Tutore exactis, & in proprios usus conversis.*

19. *Idem statuit de eo, quod consecutus est Tutor Tutelæ Judicio, ex defuncti Contutoris Bonis.*
20. *Et verum est in quolibet alio, Usuras à Debitore meo meo nomine percipiente, & in usus suos convertente.*
21. & 22. *Quinimò si vel Usuras vel Sortem retineat apud se Tutor, nec quotannis de utroque solvat Usuras, etiam ad Usurarum Usuras condemnandus est, juxta aliquos.*
23. *Contraria tamen opinio veritati est proximior.*
24. *Tutor qui fuit Debitor Patris Pupilli, & hujus debiti Usuras non solvit, ad Usurarum Usuras tenetur.*
25. *Sed hoc intelligendum est de illis Usuris, quas debuit mortuo jam Patre Pupilli, non verò de insequentibus.* & num. 26.
27. *Tutor de Usuris per negligentiam non exactis, & fænori non elocatis, alias Usuras præstat.*
28. *Rejicitur tamen hæc doctrina.*
29. *Nisi de magna negligentia Tutoris apertè constet.*
30. *Quod non arridet D. Carpzov.*
31. *Administratores, si Pecuniam publicam in proprios usus convertant, pœnâ dupli aut exiliô mulctantur.*
32. *Et non solùm in dolo præsumto, sed etiam vero versantur.*
33. *De eorum pœna remissivè.*
34. *Rusticus Tutor in fœneranda Pecunia negligens ad Usuras non condemnatur.*
35. *Nec cæteri Tutores, si Pecuniam Pupillarem tutò concredere, vel in Prædiorum emtionem convertere non potuerunt.*
36. *Pupillo onus probandi incumbit, Prædia venalia, vel occasionem adfuisse, Pecuniam in Usuras collocandi.* & num. 37. 38.
39. *Et quidem probandum est, Prædia idonea, & census certo loco positos fuisse.*
40. *Negligentiam Tutoris, in fœnerando Pecuniam Pupillarem, probaturo incumbit, ut doceat certos fuisse homines, qui sub Usuris accipere volebant.*
41. *Ab hoc onere probandi Pupillus relevatur, si in Provincia frequens esset annuorum Censuum venditio.*
42. *Vel si possit Pupillus probare, quòd Tutor de suo interea temporis ejusmodi Prædia comparaverit.*
43. *Aut suam Pecuniam fœnori dederit.*
44. *Ut ob Pecuniam in Usuras non expositam teneatur Tutor, probandum quoque est Pupillo, Tutorem tantum Pecuniæ ad manus habuisse, quam commodè aliis credere, vel Prædia exinde comparare potuerit.*
45. *Non tenetur Tutor fœnerare Pecuniam Pupilli, si ob modicitatem fœnori dari non potuit.*

46. *Vel*

46. *Vel si debita particulariter accepta ad sustentandum Pupillum reservaverit.*
47. *Non est quoque fœneranda Pecunia, quæ ad sustentationem Pupilli est necessaria.*
48. *Ista Pecunia est elocanda, cujus reditus Alimentis Pupilli sufficere possunt.*
49. *Necessitas alendi Pupillum excusat Tutorem, quòd ab emptione Redituum abstinere possit.*
50. *Fœnerandi Pecuniæ Pupillari necessitas non est intelligenda de quavis summa, sed solùm de magna & notabili.*
51. *Aliquod temporis spatium est concedendum Tutori pro fœneranda Pupillari Pecunia.*
52. *Casus adducitur.*
53. *Pupilli ære alieno gravati Pecunia in Usuras non est exponenda.*
54. *Tutor Pupilli nomine solvens, inventas Pecunias Pupillares licitè retinet.*
55. *Satis est Tutori, si Pecuniam Pupillarem in necessitates Pupilli erogavit.*
56. *Non tenetur, si Pupilli Pater non solitus fuit, Pecuniam in Usuras dare.*
57. *Nec, si Parentes fœnerationem perhibuerunt.*
58. *Potest Tutor, si videat, esse è re Pupilli, omissâ Patris voluntate, Pecuniam Pupillarem fœnori dare.*
59. *Tutoris actus qualiscunque pœnam non expectat, si sit factus jussu & consensu Propinquorum.*
60. *Ita, ut nequidem finitâ Tutelâ conveniri possit.*
61. *Potest conveniri Tutor, si Pupillus ex tali actu damnum sentiat.*
62. *Consilium Matris saltem præsumptionem bonæ gestionis, non omnimodam excusationem præstat Tutori.*
63. *Matris consilium non excusat Tutorem ex dolo proprio conventum.*
64. *Tutor, mutuo accipiens à Contutoribus Pecuniam Pupillarem, ad Usurarum Usuras non obligatur.*
65. *An Usura Usurarum exigi possint de Usuris jam maturis, sive decursis, & in novam Sortem redactis.*
66. *Affirmant illud multi.* & num. 67. & 68.
69. *Contraria sive negativa opinio verior esse perhibetur.*
70. *Usurarum decursarum Usuræ non præstantur, etiamsi secundus Creditor priori debitum cum Usura obtulit & solvit.*
71. *Etiamsi quoque Creditor, ob moram Solutionis, sub Usura aliunde Pecuniam mutuo sumsisset.*
72. *Tenetur Pupillus nomina à Tutore activè contracta agnoscere.* & num. 73.
74. *Modò tempore Contractus Debitor fuerit solvendo, etiamsi postea talis esse desinat.* & num. 75. & 76.
77. *Tutor diligentiam suam docere tenetur in contrahendis nominibus.*
78. *Et probare, quòd Debitor tempore Contractus communiter habitus fuerit talis, cui quilibet alius credidisset.*

79. *Non sufficit probare, quòd Princeps, vel ejus Minister Debitori Pecuniam crediderint.*
80. *Tutor de nominibus Paternis aliter non tenetur, quàm si Pupillus probaverit, ea tempore susceptæ Tutelæ idonea fuisse.*
81. *Nisi desidiâ & culpâ Tutoris deteriora facta sint.*
82. *Vel nisi sine debita Cautione alii credidit Tutor.*
83. *Aut tali, cui diligens Paterfamilias nunquam credidisset, Pecuniam mutuo dederit.*
84. *Tutor regulariter de neglectis & malè gestis conveniri potest.*
85. *Probatâ à Tutore diligentiâ in credendo, Pupillus Tutoris negligentiam in exigendo docere cogendus est.*
86. *Alleganti culpam, incumbit onus probandi.*
87. *Administratori probationem diligentiæ in exigendis nominibus imponit Cavalcanus.*
88. *Cujus opinio tunc vera est, si per modum exceptionis Tutor diligentiam opponit.*
89. *Vel secundò, si ex circumstantiis negotii negligentia Tutoris in exigendo appareat.*
90. & 100. *Hujus rei casus proponitur & decisio.*
91. *Tutoris negligentia ex eo resultat, quando ex Judiciali Protocollo non apparet, Debitores apud Prætorem conventos fuisse.*
92. *Aut, cum facilè possit, morosos judicialiter non convenit Tutor.*
93. *Vel quando exigendi facultatem habuit, & non exegit.* & num. 94. 97. 98.
95. *Negligentia directè probari non potest.*
96. *Probatur ex eo, si quis non fecit, quod poterat facere.*
99. *Negligentia in exigendo probatur quoque, quando Tutor, nullas Expensas, exactioni faciendæ necessarias, Rationibus inseruit.*
101. *Pupillus Pecuniam, semel in utilitatem Tutoris conversam, & postea tertio nomine Pupilli rursus creditam, invitus agnoscere non tenetur.*
102. *Nec istam, quam Tutor apud bonos Debitores sine causa exegit, & alii credidit.*
103. *In culpa est Tutor, qui idoneum nomen alii cessit, vel aliam obligationem, id est pro pignoratitia Fidejussoriam Cautionem accepit.*
104. *Nomina, à Tutore proprio nomine contracta, Pupillus agnoscere non tenetur.*
105. *Nisi, major factus, Usuras eorum nominum exigat.*
106. *Tutoris officium est, Solutionem apud Debitores urgere, & morosos judicialiter convenire.*
107. *Adeò, ut non possit tempus Solutionis prorogare.*
108. *Si ob negligentiam protractæ exactionis Debitores fiant non solvendo, omne damnum resarciendum est Pupillo à Tutore.*
109. *Et Tutor præterea ad omne interesse tenetur.*
110. *Omissâ Debitorum exactione, periculum nominum ad Tutorem transit.*
111. *Administrator fructus Domini justo tempore exigere, & divendere tenetur.*

112. *Debita*

112. *Debita suo tempore non exigens in præsumpto est dolo.*
113. *Præsumtio sinistra non oritur ex factis negativis.*
114. *Exceptis illis, ad quæ quis necessitate officii sui obligatur.*
115. *Administrator Pecuniam debito tempore exigere, & in utilitatem Domini convertere cogitur.*
116. *Secus si faciat, tenetur de neglectis, & neglectorum Usuras persolvere.*
117. *Nihil imputatur Administratori, si statim post assumptum officium absque ipsius negligentia Debitores desinant esse non solvendo.*
118. *Nec, si post finitum officium tales efficiantur.*
119. *Non tenetur quoque Tutor, si nominis exactio sumtuosior sit ipso debito.*
120. *An Pupillus teneatur Pecuniam à Tutore mutuo acceptam, & Rationibus illatam, agnoscere? Negativè.*
121. *Confessio Tutoris de recepto non præjudicat Pupillo.*
122. *Tutor non potest confiteri, se recepisse mutuum nomine Pupilli.*
123. & 124. *Pecunia à Tutore nomine Pupilli mutuo accepta, eatenus tantum Pupillum onerat, quatenus in rem ejus versa probatur.*
125. *Minor ultra illud, quod in ejus utilitatem versum fuit, non tenetur.*
126. *Idem obtinet in Civitatibus.*
127. *Procuratoris confessio, de recepto pretio rei nomine Civitatis vendita, præjudicat Civitati, sed non, si fateatur, se recepisse mutuo nomine Civitatis; nisi versio in rem doceatur.*
128. *Aut ad accipiendum mutuo speciale mandatum habuerit.* & num. 129.
130. *Confessio Magistratus, asserentis, Pecuniam in utilitatem Civitatis versam esse, versionem non probat.*
131. *Idem de Confessione Tutoris vel Procuratoris statuitur.* & num. 132.
133. *Non creditur Instrumento, versionis in rem mentionem facienti.*
134. *Rerum Ecclesiasticarum Administratoris Confessio, de recepto mutuo, Ecclesiæ non præjudicat.*
135. *An idem de aliis Collegiis statuendum sit, remissivè?*
136. *Versio in rem conjecturis probari potest.* & num. 137.
138. *Tutor, in probanda versione in rem, Creditori assistere tenetur.*
139. *Versio in rem ex Libris Rationum gestæ Tutelæ sufficienter doceri non potest.*
140. *Adversarius Librum Rationum adversus Administratorem allegare nequit.* & num. 141.
142. *Pecunia mutuo accepta, & Ratiociniis inserta, agnita semel, & accepta, Pupillum firmiter obligat.*
143. *Versio in rem similis est mandato, & quomodo.*
144. *Famulus Pecuniam nomine Domini mutuo accipiens, eum non obligat, nisi verè de mandato constet.*

145. *Idem*

79. *Non sufficit probare, quòd Princeps, vel ejus Minister Debitori Pecuniam crediderint.*
80. *Tutor de nominibus Paternis aliter non tenetur, quàm si Pupillus probaverit, ea tempore suscepta Tutelæ idonea fuisse.*
81. *Nisi desidiâ & culpâ Tutoris deteriora facta sint.*
82. *Vel nisi sine debita Cautione alii credidit Tutor.*
83. *Aut tali, cui diligens Paterfamilias nunquam credidisset, Pecuniam mutuo dederit.*
84. *Tutor regulariter de neglectis & malè gestis conveniri potest.*
85. *Probatâ à Tutore diligentiâ in credendo, Pupillus Tutoris negligentiam in exigendo docere cogendus est.*
86. *Alleganti culpam, incumbit onus probandi.*
87. *Administratori probationem diligentiæ in exigendis nominibus imponit Cavalcanus.*
88. *Cujus opinio tunc vera est, si per modum exceptionis Tutor diligentiam opponit.*
89. *Vel secundò, si ex circumstantiis negotii negligentia Tutoris in exigendo appareat.*
90. & 100. *Hujus rei casus proponitur & decisio.*
91. *Tutoris negligentia ex eo resultat, quando ex Judiciali Protocollo non apparet, Debitores apud Prætorem conventos fuisse.*
92. *Aut, cum facilè possit, morosos judicialiter non convenit Tutor.*
93. *Vel quando exigendi facultatem habuit, & non exegit.* & num. 94. 97. 98.
95. *Negligentia directè probari non potest.*
96. *Probatur ex eo, si quis non fecit, quod poterat facere.*
99. *Negligentia in exigendo probatur quoque, quando Tutor, nullas Expensas, exactioni faciendæ necessarias, Rationibus inseruit.*
101. *Pupillus Pecuniam, semel in utilitatem Tutoris conversam, & posteà tertio nomine Pupilli rursus creditam, invitus agnoscere non tenetur.*
102. *Nec istam, quam Tutor apud bonos Debitores sine causa exegit, & alii credidit.*
103. *In culpa est Tutor, qui idoneum nomen alii cessit, vel aliam obligationem, id est pro pignoratitia Fidejussoriam Cautionem accepit.*
104. *Nomina, à Tutore proprio nomine contracta, Pupillus agnoscere non tenetur.*
105. *Nisi, major factus, Usuras eorum nominum exigat.*
106. *Tutoris officium est, Solutionem apud Debitores urgere, & morosos judicialiter convenire.*
107. *Adeò, ut non possit tempus Solutionis prorogare.*
108. *Si ob negligentiam protractæ exactionis Debitores fiant non solvendo, omne damnum resarciendum est Pupillo à Tutore.*
109. *Et Tutor præterea ad omne interesse tenetur.*
110. *Omissâ Debitorum exactione, periculum nominum ad Tutorem transit.*
111. *Administrator fructus Domini justo tempore exigere, & divendere tenetur.*

112. *Debita suo tempore non exigens in præsumpto est dolo.*
113. *Præsumtio sinistra non oritur ex factis negativis.*
114. *Exceptis illis, ad quæ quis necessitate officii sui obligatur.*
115. *Administrator Pecuniam debito tempore exigere, & in utilitatem Domini convertere cogitur.*
116. *Secus si faciat, tenetur de neglectis, & neglectorum Usuras persolvere.*
117. *Nihil imputatur Administratori, si statim post assumptum officium absque ipsius negligentia Debitores desinant esse non solvendo.*
118. *Nec, si post finitum officium tales efficiantur.*
119. *Non tenetur quoque Tutor, si nominis exactio sumtuosior sit ipso debito.*
120. *An Pupillus teneatur Pecuniam à Tutore mutuo acceptam, & Rationibus illatam, agnoscere? Negativè.*
121. *Confessio Tutoris de recepto non præjudicat Pupillo.*
122. *Tutor non potest confiteri, se recepisse mutuum nomine Pupilli.*
123. & 124. *Pecunia à Tutore nomine Pupilli mutuo accepta, eatenus tantum Pupillum onerat, quatenus in rem ejus versa probatur.*
125. *Minor ultra illud, quod in ejus utilitatem versum fuit, non tenetur.*
126. *Idem obtinet in Civitatibus.*
127. *Procuratoris confessio, de recepto pretio rei nomine Civitatis venditæ, præjudicat Civitati, sed non, si fateatur, se recepisse mutuo nomine Civitatis, nisi versio in rem doceatur.*
128. *Aut ad accipiendum mutuo speciale mandatum habuerit.* & num. 129.
130. *Confessio Magistratus, asserentis, Pecuniam in utilitatem Civitatis versam esse, versionem non probat.*
131. *Idem de Confessione Tutoris vel Procuratoris statuitur.* & num. 132.
133. *Non creditur Instrumento, versionis in rem mentionem facienti.*
134. *Rerum Ecclesiasticarum Administratoris Confessio, de recepto mutuo, Ecclesiæ non præjudicat.*
135. *An idem de aliis Collegiis statuendum sit, remissivè?*
136. *Versio in rem conjecturis probari potest.* & num. 137.
138. *Tutor, in probanda versione in rem, Creditori assistere tenetur.*
139. *Versio in rem ex Libris Rationum gestæ Tutelæ sufficienter doceri non potest.*
140. *Adversarius Librum Rationum adversus Administratorem allegare nequit.* & num. 141.
142. *Pecunia mutuo accepta, & Ratiociniis inserta, agnita semel, & accepta, Pupillum firmiter obligat.*
143. *Versio in rem similis est mandato, & quomodo.*
144. *Famulus Pecuniam nomine Domini mutuo accipiens, eum non obligat, nisi vere de mandato constet.*

145. *Idem*

145. *Idem quoque receptum est in Factoribus.*
146. *Probatio versionis omni casu necessaria est, nisi, alterius nomine mutuo accipiens, mandatum habuit expressum.* & num. 147.
148. *In Societatis utilitatem versum non censetur, quod non reperitur descriptum in Libris Societatis.*
149. *Mandatum, de accipiendo mutuo, alii dans, obligatur, etiamsi in rem versio non probetur.*
150. *Quòd verum quoque est, etiamsi mandatum fuerit, ad certam rem vel causam mutuo accipere.*
151. *Prædia minorum publicè subhasta elocanda sunt.*
152. *Sive Locatio sit perpetua, sive temporalis.*
153. *Idem verum est in Elocatione Prædiorum Fiscalium.*
154. *Et in Rebus Ecclesiæ.*
155. *In locis, ubi non habentur Præcones, satis est, ad Templi Valvas Locationem affixam, in Civitatis notitiam venire.*
156. *Aut ad Sonum Tubæ, vel Campanarum, publicè notam facere, si ita mos Regionis ferat.*
157. *Certus modus, ex conjunctione multorum Annorum explorandi Reditus hujus Anni, monstratur.*
158. *Locatione ad præcedentem modum non factâ, Administrator priorum Annorum pretium acceptis inferre tenetur.*
159. *Probari aliquando potest quantitas Pensionis ex quantitate fundi vicini, si ejusdem sit bonitatis & qualitatis.*
160. *Quæ probatio, licet non concludat per necesse, præsumptionem tamen facit.*
161. *In probatione quantitatis fructuum perceptorum, leviores probationes admittuntur, si de vera perceptione constet.*
162. *Administrator cum libera res Domini sui non potest alienare.*
163. *Neque alienationi consentire.*
164. *In mandato quantumcunque generali & libero, semper exclusa censetur alienatio, & rerum profusio.*
165. *Etiamsi clausulam habeat, agendi, uti Administratori placuerit.*
166. *Administratoris officium est, distrahere res, quæ servando servari nequeunt.*
167. *Tales sunt, quæ non durant ultra triennium.*
168. *Et omnes res mobiles.*
169. *Et in specie Frumenta.*
170. *Semper Frumentum & Vinum vetus ante novum est vendendum.*
171. *Frumenta vetustate corrupta, novis admiscenda sunt.*
172. *Tutores & Administratores, post Calendas Novembris, Familiæ Principis Vinum vetus non debent apponere.*

173. Con-

173. *Contrarium facientes, damnum de suo restituere tenentur.*
174. *Nisi dignitas & qualitas Familiæ aliud suadeat.*
175. *Inter res, quæ servando servari non possunt, referuntur vestes detritæ, & animalia superflua.*
176. *Morâ distrahendis hisce rebus commissâ, deteriorationis periculum ad Tutorem pertinet.*
177. *In rerum distractione opportunum tempus expectandum est.*
178. *Prudenter faciunt Tutores, ante rerum distractionem, circa æstimationem, judicium peritorum exigentes.*
179. *Publici Administratores Frumenta superflua tenentur cum hac conditione inter incolas distribuere, ut tantundem suo tempore reddant.*
180. *Citra culpam non est Tutor, si Frumentum recenter collectum absque urgenti necessitate, vel mandato Domini distrahit, non expectato triennio.*
181. *Ante triennium vendens, vel consumens, tenetur, vel ejusdem bonitatis fructus restituere, vel quanti plurimi vendi potuissent Frumenta intra triennium.*
182. *Administrator, qui est in mora solvendi, si superveniat carestia insolita, pretium quanti plurimi solvere cogitur.*
183. *Elapso triennio, circa Frumentorum æstimationem solet inspici communis valor, qui est in fine illius triennii.*
184. *Fructibus ex præsumptione consumptis, ipsorum valor non ampliùs crescit.*
185. *Scilicet si in specie debeatur Frumentum, secùs si genus, tunc æstimatio per totum tempus moræ crescit.*
186. *Ad cognoscendum valorem quanti plurimi, publici Fori inspicitur valor, non, quanti hic vel ille vendiderit.*
187. *In rebus commestibilibus & annona æstimanda, semper Fori publici valor considerandus est.*
188. *Atque ad probandum Fructuum valorem, articulandum & probandum est, ita pluribus diebus communiter vendita fuisse Frumenta.*
189. *Non auget valorem Fructuum, si extra Forum loci pluris vendi potuerunt.*
190. *Valor Frumentorum æstimandus est ex venditione publici Fori.*
191. *Valor ut dicatur justè probatus, necesse est, ut Testes simul deponant, ita communiter rem venditam fuisse.*
192. *Emens Frumentum sub pacto, quanti valuerit Mense Majo, insolitæ interveni-entis caristia valorem non præstat.*
193. *Istius Fori publici valor attenditur, ubi sita sunt prædia, de quorum Fructuum æstimatione agitur.*
194. *Tutor non tenetur Frumentum extra locum officii portare, ut cariùs vendat.*
195. *Debitor Tritici juxta valorem destinatæ solutionis facere cogitur solutionem.*
196. *Casus, quibus æstimatio quanti plurimi non debeatur, remissivè.*

197. *Casus adducitur & deciditur.* & num. 201.
198. *Controversa est quæstio, an Mensura Loci Contractus, vel destinatæ Solutionis, sit observanda?*
199. *Communis obtinuit, Contractus Mensuram sequendam esse.*
200. *Contrarium defendunt alii.*

1. INter illa, quæ in Rationibus ad acceptorum classem sub Rubrica, Empfang Geld oder Früchten referenda sunt, primum communiter locum occupant reliqua, was der Verwalter in voriger Rechnung schuldig geblieben / *l. 9. ff. de liberatione legata. & l. 53. ff. de manumiss. testament.* Petr. Frider. Mindan. *de Mandat. lib. 2. cap. 49. num. 15. vers. Quarto ea.* vel, si
2. Administrator suo Domino alio ære, fortè cum reliquis nullam communionem habente, obstrictus est, ipsius est officii, hanc Pecuniam à se exigere, &, vel in Usuras elocare, vel Rationum acceptis inferre, *l. 9. §. 3. ff. de administrat. tutor.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 17. & 26.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 12. vers. Ampliatur secundò.* aliàs, si hoc non faciat, tenetur ad interesse, Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 85. num. 29.*
3. Deinde ad illa progreditur, quæ tum in Bonis sui Principalis aut Domini invenit, si fortè Pecunia fuerit numerata, vel huic similia, tum quæ ex Prædiis, Usuris, aliisve rebus verè percepit, aut percipere po-
4. tuit: In Rationum enim redditione non modò sors ipsa, sed etiam lucra & fructus veniunt, non quidem percepti tantùm, sed percipiendi
5. quoque, id est illi, quos percipere potuit rationalis, *l. 32. §. 2. ff. de administrat. tutor.* ubi Modestinus respondit, Tutorem eorum Redituum nomine Pupillæ Rationem reddere debere, qui ex fundo bonâ fide percipi potuerunt. Qui textus licet de Tutore loquatur, in quolibet tamen Administratore procedit, Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 32. & seqq.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 82. num. 19.* Tiber. Decian. *volum. 4. respons. 84. num. 20. vers. Secundò induco.* Bened. Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 70. num. 2. & 3.* Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 12. num. 30.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 16. num. 1.* Caspar. Klock. *volum. 3. consil. 148.*
6. *num. 32.* adeò vigilacem & rebus attentum decet esse Administratorem, ne, si secùs faciat, de neglectis conveniatur, quæ ipsi meritò imputantur, *l. 2. & l. 3. ff. de negot. gest. l. fin. Cod. ut in possession. legator. l. fin. §. 4. ff. de administrat. rer. ad Civitat. pertinent.* Tiber. Decian. *volum. 4. respons. 47. num. 2.* Francisc. Bursat. *consil. 193. num. 1.* Riminald. Jun. *consil. 52. num. 132.* Marc. Anton. de Amatis *decis. 124. num. 3.* Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 161. num. 8.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 82. num. 19.* ubi dicit, quem-

quemlibet Administratorem ex mala & negligenti Administratione condemnari in omne illud, in quo damnificatus est Dominus, ex doctrina Bartol. *in l. 2. ff. de negot. gest.* & Damhouder. *de Tutel. cap. 1. num. 10.* facit *text. in l. 7. Cod. arbitr. tutel.* ubi, quicquid dolo vel latâ culpâ, aut levi, Tutoris vel Curatoris, Minores amiserunt, vel, cùm possent, non adquisierunt, hoc in Tutelæ seu Negotiorum gestorum utile judicium venit, confer. Paul. Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 15.* Berlich. *decis. 260. num. 20.* præstantque Pupillorum Defensores rei amissæ periculum, si per eos bona conditio neglecta fuerit, *l. 21. Cod. de administrat. tutor.* Ludov. Roman. *consil. 425. vers. Sextò quicquid.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 74. num. 19.* usque adeò, ut de negligentia prioris Tutoris etiam subsequens teneatur, si tempore susceptæ Tutelæ non exegerit Rationes à priore Tutore, prout judicatum extat apud Carpzov. *dict. Respons. 74. per tot.* 7. 8. 9. 10.

Hinc etiam, cùm Administratores teneantur Pecunias, & Credita à Debitoribus in tempore exigere, & in utilitatem Domini convertere, si, hoc omisso, præscribantur, vel Debitores efficiantur non solvendo, tenebuntur de neglectis, & sic de suo proprio solvere, *l. 15. ff. de administrat. tutor.* ita sæpius pronunciatum fuisse, testatur Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 167. num. 7. & 8.* dicens, Senatum Mechliniensem in Administratoribus & Sociis Administrationem habentibus ita censuisse, præsertim quando Debita fuerant liquida & clara, & adhibita diligentiâ facilè poterant exigi, atque recuperari, imò in tali casu, se censuisse, ob dolum, culpam, & negligentiam Tutoris, Curatorisve, non exacta imputanda esse eis, non solùm quoad damnum sortis principalis, sed etiam quoad ejus interesse moderatum, nisi docere possent sufficientem diligentiam, atque ita pronunciasse Senatum in causâ Domini Bawens. Pecuniam igitur paratam si Tutor vel alius Administrator in suorum Principalium substantia inveniat, tenetur eam vel in emptionem Prædiorum, vel aliàs in utilitatem sui Pupilli fœnori erogare, idque menti Interpretum & Locorum Consuetudini magis, quàm novissimæ Juris Sanctioni consentaneum est. 11. 12. 13.

Novellarum enim Constitutiones si intueamur, apertè cautum esse reperimus, satisfacere Tutorem officio, si Pecuniam Pupillarem cautè reponat, ac custodiat, *Novell. 72. cap. 6. & seqq. Authent. novissimè. Cod. de administrat. tutor.* Conrad. Rittershus. *in exposit. Novell. part. 8. cap. 6. num. 7.* Joh. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 12.* Legum verò Doctores, & ex illorum traditione deinde recepta Praxis veteres Sanctiones postliminio quasi in usum revocavit, Tutoribus Pecuniam 14. 15.

Pupillarem vel in emptionem Redituum, vel Prædiorum certorum, post sex Menses collocandi necessitatem imponens, prout de Jure Digestorum, *in l. si tutor constitutus. 15. ff. de administrat. tutor.* & *l. tutor, qui repertorium. 7. §. usura. 11. ff. eod. tit.* expressè definitum est, & hoc nos Jure uti docet Ludov. Roman. *consil. 139. num. 1. & 2.* & *consil. 425. vers. Decimò.* Paul. de Castro *volum. 1. consil. 301. num. 6.* Didac. Covarruv. *variar. Resolut. lib. 3. cap. 2. num. 1.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 170.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 12. vers. Quamvis autem.* Andreas Rauchbar. *part. 2. quæst. 26. num. 6.* Petr. Paul. Paris. *volum. 1. consil. 96. num. 35. & 36.* Ernest. Cothman. *volum. 4. respons. 9. num. 69.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consil. 82. num. 21. & 22.* Thomas Grammat. *decis. 103. num. 23. & 24.* Borgnin. Cavalcan. *de Tutore sect. 3. num. 113.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 49. num. 24. & seqq.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 35.* Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 85. num. 32.* Author *Prajudic. Cameral. apud Gylman. vers. Tutor.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 14. num. 8. & seqq.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 21. num. 7.* & *definit. 22. num. 1. & 4.* item *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 70. num. 14. Ordinat. Nassov. part. 5. cap. 4. §. Gleichen Fleiß ꝛc.* Ita responsum fuit à Lipsiensibus apud Richter. *de-*

16. *cis. 13. num. 5.* Idque etiam in Administrantibus Pecuniam alienam regulare esse, quod scilicet eam mutuò, vel licito fœnori dare, Wesenbec. *consil. 53. num. 33. & seqq.* vel in emptionem Prædiorum erogare possint & debeant, Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 82. num. 21.* vide Bald. *in l. si Mater. 24. Cod. de usur.*

17. Quòd si Tutores licito lucro Pecuniam Pupillarem secundùm morem Regionis exponere, vel in Emptionem Prædiorum collocare neglexerint, Usuras, & id, quod interest, Pupillis refundere, suisque Rationibus nominatim inserere tenentur, Rauchbar. *part. 2. quæst. 26. num. 6.* Hartman. Pistor. *dict. quæst. 49. num. 24.* Ernest. Cothman. *volum. 4. respons. 9. num. 69.* Covarruv. *variar. Resolut. lib. 3. cap. 2. num. 1.* ita judicatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. dict. constitut. 11. definit. 22. num. 4. & seqq.* & *Respons. Jur. Electoral. 70. num. 15.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 193. 194. & 195.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 14. num. 3. & seqq.* etiam citra ulteriorem liquidationem, Rauchbar. *dict. quæst. 26. num. 11. & 12.*

18. Ampliatur hæc Regula, ut etiam Tutor, si Usuras Pupilli nomine à Debitoribus Pupillaribus exigat, & suis usibus retineat, earum nomine ad alias Usuras teneatur, *l. 7. §. 12. ff. de administrat. tutor.* Joh. Zanger. *de Exception. part. 3. cap. 25. num. 19. & seqq.* Matth. Wesenbec. *consil. 72. num. 12.* Matth. Berlich. *decis. 268. num. 10.* Borgnin. Cavalcan. *de Tutore sect. 3. num. 32.* & *part. 1. decis. 21. num. 30.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. con-*

constitut. 30. definit. 31. num. 1. & *in Pract. Criminal. quaest. 92. num. 82.* Richter. *decis. 13. num. 6.* & *decis. 74 num. 84.* Franzkius *Resolution. lib. 2. quaest. 10. num. 38. & seqq.* Johan. à Sande *lib. 3. tit. 14. Decis. Fris. 6.*

Prout etiam, si duo fuerunt Tutores vel Curatores, unus durante Tutelâ moritur, & superstes consequitur cum Usuris, quantum ex Tutela ad Tutorem defunctum pervenerat, superstes omnium Pecuniarum, etiam Usurarum Usuras præstare tenetur, si illas Pecunias in suos usus convertit, *l. 58. §. 1. ff. de administrat. tutor.* Berlich. *decis. 268. num. 11.* post Carol. Molinæ. *de Usur. quaest. 77. num. 601.* Idque etiam in aliis Personis à Debitore meo fortè Usuras accipientibus concludendum & dicendum est, hosce ob moram alias Usuras debere, prout in specie de negotiorum gestore, Usuras nomine Domini percipiente, affirmat Carpzov. *in Asylo Debitor. posit. 30. num. 36. & seqq.* Georg. Adam. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. lib. 22. tit. 1. de usur. num. 51.* 19. 20.

Quinimò si Pecuniam, id est, Sortem Pecuniæ Pupillaris penes se retineat, & in usus suos convertat, & Usuras quotannis non solvat, ad Usurarum Usuras condemnandum esse Tutorem, docet Johan. Zanger. *de Exception. part. 3. cap. 25. num. 21.* &, ita Lipsienses de facto decidisse, testatur Matth. Berlich. *decis. 268. num. 13. & seqq.* sequitur Christoph. ab Hagen *de Usu Usurar. cap. 5. num. 295.* 21. 22.

Contrariam tamen opinionem defendit Wesenbec. *consil. 72. num. 10. & seqq.* Carol. Molinæ. *de Usur. num. 610. & seqq.* ubi docent, Usurarum Usuras non præstare Tutorem de Pecunia Pupillari, quam ipse ceu mutuum penes se habet, accedit, cum præjudicio, Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 30. definit. 32. per tot.* Marc. Anton. de Amatis *decis. 124. num. 4.* Franzkius *Resolut. lib. 2. quaest. 10. num. 30. & seqq.* qui argumentis contrariis satisfacit, Ludov. Bellus *consil. 26. num. 16.* ita in Frisia judicatum fuit, apud Johan. à Sande *lib. 3. tit. 14. Decis. Fris. 6.* 23.

Ampliatur superior Regula 2. Tutor ad Usurarum Usuras etiam tenetur, si vel ipse ante Tutelam susceptam Debitor fuit Patris Pupilli, & Usuras debitas non solvit, *dict. l. 58. §. ult. ff. de administrat. tutor.* Berlich. *decis. 268. num. 19.* 24.

Quod ego verum intelligo, de Usuris, quas quidem mortuo Pupilli Patre debuit Tutor, & non solvit, de hisce enim sequenti tempore, sicuti & de Summa Capitali Usuræ debentur, Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 12. vers. Ampliatur secundò.* 25.

Cæterùm de Usuris, Tutelâ durante, crescentibus, novæ Usuræ per prohibitum anatocismum non debentur, ex doctrina Franzkii *dict. quaest. 10. num. 30. & seqq.* 26.

 Amplia-

27. Ampliatur 3. Si Usuras à Debitore Pupilli non exegit, in Sortem non redegit, nec iterum alii fœnori dedit, quoniam culpa est, Usuras non exigere, & in utilitatem non convertere, Finckelthaus. *observat. 35.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 49. num. 2. & seqq.* Berlich. *decis. 268. num. 20.*

28. Rejicit hanc ampliationem, & meritò, Benedict. Carpzov. cum præjudicio, *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 3. definit. 31. num. 2. & 3.* eumque secutus Richter. cum alio præjudicio, *decis. 13. num. 6. vers. Si autem tu-*
29. *tor. num. 9.* Certè si Tutor negligens fuisset in exigendo, de Usuris, per desidiam non exactis, alias Usuras repræsentare cogendus esset, prout pronunciatum fuit apud Richter. *dict. decis. 13. num. 6. in princ.* Dissentit
30. Carpzov. *citat. definit. 31. num. 2.* ubi vult Tutorem, in exactione negligentem, non teneri ad Usuras Usurarum, ex negligentia non receptarum.

31. Ampliatur 4. Administratores Pecuniæ publicæ, si eam in usus suos convertant, dupli pœnâ, vel etiam Exilio mulctandi erunt, argum. *l. 2. §. fin. ff. de tutel. & ration. distrahend.* quâ de re vide Escobar. *de Ratiocin. cap. 14. num. 24. 28. & seqq.* Cravetta *consil. 286. num. 1. vers. Secundò respondetur.*
32. In dolo enim non tantùm præsumpto, sed vero etiam sunt, Farinac.
33. *lib. 1. consil. 96. num. 50. & 51.* & propterea pœnæ obnoxii, de qua Faber *in Cod. lib. 4. tit. 7. definit. 5. num. 10.* Berlich. *part. 5. conclus. 57. num. 25.* Surd. *Mutuan. Decis. 304. num. 14.* Cravetta *dict. consil. 286. num. 1.*

34. Limitatur 1. In Rustico, qui, si in fœneranda Pecunia Pupillari, vel in emptione Prædiorum collocanda negligens fuerit, non tenebitur ad interesse, quæ limitatio Arresto placitove Curiæ Parisiensis comprobata est, Paul. Christinæ. *Decis. Cur. Belg. volum. 3. decis. 166. num. 8.* ubi plura allegat præjudicia, & *ad Consuetud. Mechlin. tit. 19. artic. 13. num. 16.* Joh. Papon. *lib. 5. tit. 5. in Append. arrest. 10.*

35. Limitatur 2. Excusantur Tutores, nec Pecuniæ Pupillaris otiosæ Usuras pendere coguntur, si eam aliis credere, vel in emptionem Prædiorum convertere non potuerunt, eò, quòd non esset idoneus, cui crederent, vel Prædia venalia non existerent, *l. 1. §. fin. cum l. seqq. ff. de administrat. tutor. l. 3. Cod. de Usur. Pupillar.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 23. num. 1. 2. 3.* & *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 70. num. 16.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 187.* Ita respondit Facultas Juridica Jenensis apud Christoph. Philip. Richter. *decis. 13. num. 7.*
36. Ideoque Pupilli, qui hanc ob causam Tutores convenire volunt, probare tenentur, Prædia venalia fuisse, vel aliam facultatem honestè collocandæ Pecuniæ Tutores habuisse, tantumque iis superfuisse, ut vel Prædia venalia emere, vel aliis eam elocare potuissent, *l. 13. §. 1. ff.* & *l. 24.*

Cod.

Cod. de administrat. tutor. ita in terminis Hartman. Pistor. *observat. 82. num. 15.* 37.
Marc. Anton. de Amatis *decis. 124. num. 5.* Menoch. *de recuperand. Possession. remed. 7. num. 23.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. dict. definit. 23. num. 3.* & *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 71. num. 6. & 7.* ubi præjudicium allegat, Mascard. *de Probation. conclus. 467. num. 27.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 9. num. 34.* Rauchbar. *dict. quæst. 36. num. 15.* ubi hanc opinionem re- 38.
ceptam esse testatur Johan. Baptist. Plotus *de in litem jurando. §. 5. num. 17. vers. Fallit secundò.* Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 202.* & quidem non 39.
sufficit, Prædia vel Census fuisse venales, sed etiam requiritur, ea fuisse idonea, ac utilia, nec non Census securo loco positos esse, Rittershus. *in Exposit. Novell. part. 8. cap. 6. num. 15.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 163. num. 19. controvers. 280. num. 28.* & *controvers. 540. num. 37. & tribus seqq.* Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 166. num. 7.* Seraphin. *de Juramení. Privileg. 59. num. 25.* ubi dicit, volentem probare, Tutorem fuisse negli- 40.
gentem in mutuando Pecuniam sub fœnore, debere docere, quòd reperti fuissent homines certi, qui eam accepissent ad Usuras, aliàs non probaret ipsius negligentiam, confer. Roland. à Valle *volum. 1. consil. 64. num. 25.* Menoch. *consil. 127. num. 13.* Marc. Anton. de Amatis *decis. 124. num. 5.* Joh. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 12. vers. Declaratur autem.* ubi etiam explicat, quænam dicantur Prædia utilia, quod etiam facit Conrad. Rittershus. *in Exposit. Novell. part. 8. cap. 6. num. 15.* Ab hoc verò onere probationis relevat Pupillum, si in ista Provincia, ubi 41.
Tutor vixit, frequens est annuorum Censuum venditio, Didac. Covarruv. *variar. Resolut. lib. 3. cap. 2. num. 1.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 12. vers. Ampliatur tertiò.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 14. num. 7.* ubi dicit, in locis, ubi frequens est annuorum Redituum venditio, vel si Tutor 42.
aliusve Administrator vivat in loco, ubi frequens est mercatura, minorem probationem ex parte Pupilli requiri, vel si docere poterit, Tutorem interea temporis sibi prædia de suo comparasse, nam inde facilè constabit, Prædia venalia fuisse, Hartman. Pistor. *observat. 81. num. 16.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 281.* per *text. express. in l. tutor. 13. §. non est audiendus. 1. in verbis: si arguatur eo tempore suam pecuniam bene collocasse. ff. de administrat. tutor.* Didac. Covarruv. *variar. Resolut. lib. 3. cap. 2. num. 1.* Baltha- 43.
sar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 12. vers. Ampliatur hac resolutio.* Carpzov. *dict. constitut. 11. definit. 23. num. 4.*

Nil autem hâc probatione efficiet agens Pupillus, nisi etiam simul 44.
doceat, tantum Pecuniæ ad manus Tutoris pervenisse, vel pervenire potuisse, quâ ista Prædia, quæ in suam utilitatem empta esse exoptat, exsolvi potuerint, ita expressè Paul. de Castro *volum. 1. consil. 203. num. 6.*
Paul

Pauf. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 203.* Amatis *decif. 124. num. 5.* Plotus *de in litem jurando. §. 5. num. 17. verf. Fallit tertiò.*

45. Limitatur enim Regula noftra 3. Ut Tutor vel Curator Pecuniam Pupilli, vel minoris lucro exponere non teneatur, fi ea fit in modica vel parva quantitate, *l. ita autem. 5. in princ. ff. de adminiftrat. tutor.* Johan. Francifc. Balthafar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. refolut. 7. num. 17. verf. Declaratur 6.* poft Gutierez *de Tutel. part. 2. cap. 9. num. 25.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 190.* Paul. Chriftinæ. *volum. 3. Decif. Cur. Belg. 167. num. 2.* Marc-

46. Anton. de Amatis *decif. 124. num. 3.* vel fi debita minora particulariter accepit, & ad fuftentandum Pupillum refervavit, Sigismund. Finckelthauf.

47. *obfervat. 39. num. 18.* Richter. *decif. 74. num. 84.* certum quippe hoc eft, fi fumptus quotidiani ad fuftentationem Pupilli neceffarii fœnerationem Pecuniæ Pupillaris non admiferint, Tutorem ab intereffe folutione abfolvendum effe, *Novell. 72. cap. 7.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forenf. part. 2. conftitut. 11. definit. 22. num. 9.* & *lib. 5. Refponf. Jur. Electoral. 70. num. 17.*

48. hinc dicit Efcobar. *de Ratiocin. cap. 14. num. 8. & 9.* iftam demum pecuniam pro annuo Intereffe elocandam effe, cujus Reditus tam Pupilli, quàm ejus Familiæ Alimentis fufficiunt, fi verò ita exigua fit, ut Pupilli Suftentationi Ufuræ exinde lucrandæ non fatisfaciant, recondendam potiùs, quàm mutuo dandam effe, atque ita quotidie in Regno Lufitaniæ ob-

49. fervari; Neceffitas enim alendi Pupillum caufa eft, cur excufandus fit Tutor, fi ab emptione Prædiorum & Redituum abftineat, Efcobar. *de Ratiocin. cap. 14. num. 9. in fine.*

50. Ex dictis conftituenda eft Regula generalis, conftitutionem de fœneranda Pecunia non intelligendam effe de qualibet, & minima Pecuniarum Summa, fed de magna & notabili, Paul. Chriftinæ. *ad Confuetud.*

51. *Mechlin. tit. 19. artic. 13. num. 19.* addens, non effe juftum, ut ftatim condemnetur Tutor, fi congeftam Pecuniam Pupillarem in emptionem immobilium non converterit, fed aliquod temporis fpatium ad hoc ei tribuendum effe, idem Chriftinæ. *volum. 3. Decif. Cur. Belg. 168. num. 3.*

52. Invitâ ergò Juftitiâ quidam Examinator Rationum Danielem Nöhen Tutorem, qui in tota fui Pupilli fubftantia ultra 90. Imperiales, computatis omnibus & fingulis, vix inveniebat, non ad Ufuras dictorum Imperialium tantùm, verùm etiam ad Ufurarum Ufuras condemnabat.

53. Limitatur 4. Si Pecuniam Pupillus numeratam quidem habeat, fed & ære alieno gravetur, ea ad expungenda debita potiùs, quàm in Ufuras, elocanda erit, *l. magis puto. 5. §. 9. ff. de rebus eorum qui fub tutela.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæft. caf. 171. num. 11.* Petr. Paul. Parif. *volum. 1. confil. 96.*

fil. 96. num. 36. & si fortè Tutor aliquid Pecuniæ debuit fœnerare, & aliquid ipse pro Pupillis solvit, nec ipse Usuras consequitur, nec Pupillo præstabit, *l. quid ergo. 3. §. 2. ff. de contrar. tutel. action.* Montan. *de Tutel. cap. 10. num. 38.* & *cap. 32. regul. 11. num. 214. & seqq.* Nicol. Vigel. *in Method. Jur. Civil. part. 2. lib. 5. cap. 11. quæst. 6. except. 4.* Paul. de Castro *volum. 1. consil. 302. num. 6. in fine.* ubi probat, Tutorem ulterius adstringendum non esse, si Pecuniam acceptam in necessitates Pupilli erogavit, quod sequitur Joh. Gryphiander *in Oeconom. Legal. lib. 4. cap. 2. num. 12.* 54. 55.

Limitatur 5. Tutor non tenetur Pecunias Pupillares ad aliquod exercitium collocare, nisi etiam ejus Pater solitus fuerit id facere, argum. *l. si negotia. 11. ff. de negot. gest.* Barthol. Socin. *volum. 1. consil. 24. num. 44.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 13. vers. Declaratur. 5.* Gutierez *de Tutel. part. 2. cap. 9. num. 25.* Joseph. Ludovic. *Decis. Perus. part. 2. decis. 97. num. 31. & 33.* vide tamen Marc. Anton. de Amatis *in Decis. Marchic. 124. num. 6.* ubi, an hæc limitatio admittenda sit, arbitrio Judicis relinquit. 56.

Limitatur 6. Si Parentes in ultima voluntate prohibuerunt, ne Pecunia mutuo detur, ita judicatum fuit apud Christoph. Philip. Richter. *decis. 13. num. 9. vers. Quintò quando Parentes.* Patris autem præceptum licet merito sequatur Tutor, si tamen id utilius esse putaverit, negligere illud potest, *l. 5. § 8. ff. de administrat. tutor. l. 7. vers. nec tamen. ff. de annuis legat.* Jacob. Thoming. *decis. 51. num. 5.* ubi ita pronunciatum fuit: Sic quoque excusatur Tutor regulariter, si jussu, instigatione, & consensu Matris, & Propinquorum, sive benè sive malè egerit, *l. 22. ff. de his quibus ut indignis.* Ernest. Cothman. *volum. 2. respons. 83. num. 58.* Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 63.* idque perpetuò notare jubet Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verb. d'en rendre Comte. num. 12.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 128. num. 2. & seqq.* Berlich. *part. 2. conclus. 12. num. 22.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 15. definit. 18. num. 4.* 57. 58. 59.

Hinc plerique dicunt, si Tutor vel Curator unum atque alterum Actum celebret cum consensu Matris, vel Propinquorum Pupilli, tunc de illo Actu nequidem finitâ Tutelâ conveniri posse, Riminald. Jun. *consil. 576. num. 12. & 13.* Apostill. ad Castrens. *volum. 2. consil. 324. lit. A. vers. An expediret Pupillo.* Matth. Berlich. *part. 2. Practicar. Conclus. 12. num. 26.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 15. definit. 18. num. 4.* sed si inde Pupillis damnum illatum sit, Tutores Jure conveniri, eosque solummodò regressum habere contra Matrem, docet per *l. 2. Cod. si mater indemnitatem promiserit.* Cothman. *dict. respons. 83. num. 72.* Montan. *de Tutel. cap. 39. num. 213.* atque ita in Praxi observari, testatur Hippolit. de Marsil. *in Pract. Criminal.* 60. 61.

Q §. nunc

62. §. *nunc videndum. num. 46. verſ. Sed hoc tamen.* Et conſilium conſenſumque Matris inducere tantùm præſumptionem, admittique probationem, dolosè Tutorem in Tutela verſatum fuiſſe, reſpondit Cravetta *conſil. 433.*
63. *num. 3.* addens, ſi conveniatur Tutor ex dolo proprio, puta, quod malè adminiſtraverit, quod Pupillaria Bona in rem ſuam verterit, quòd item res Pupillares retinuerit, in iſtis prohibitis Matris conſenſum non excuſare, vide etiam Menoch. *lib. 3. præſumpt. 128. num. 1. & 2.*

64. Limitatur 7. Non procedit concluſio in illo, qui à Contutoribus ſuis Pecuniam Pupilli accepit palam & apertè, certasque Uſuras, & quidem tales fortè promiſit, quas alii Debitores quotannis exſolverent Pupillo, quo caſu ad Uſurarum Uſuras non obligabitur, *l. quoties tutor. 9. §. non tantum. 7.* & *l. non exiſtimo. 54. ff. de adminiſtrat. tutor.* Munnoz. de Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 14. num. 16.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9.*
65. *num. 217.* vel, quod in idem recidit, ſi Tutores vel Curatores non ſunt ſimul Debitores & Creditores, & nihil clam & latenter, nec fraudulenter egerunt, ſed vel ante Tutelam vel Curam, vel qui eſt caſus prior, à Contutoribus vel Amicis Pupilli mutuam Pecuniam palam & apertè acceperunt, Chriſtoph. ab Hagen *de Uſu Uſurar. cap. 5. num. 322. & 323.*

66. Circa materiam Uſurarum diſputatum memini caſum ſequentem: Quidam Creditor à ſuo Debitore aliquot Annis Solutionem Intereſſe ſive Uſurarum de certa Summa Capitali ſibi debitarum inſtantiſſimè ſed fruſtrà urſerat; Tandem cùm Debitor ſatisfacere non poſſet, convenerunt Partes, ut omnes Uſuræ, quarum dies ceſſerat, in unam Summam redigerentur, quas ita ſe debere, novo deſuper confecto Chyrographo, Debitor faſſus, inſuper etiam à tempore moræ Uſuras ſe exſoluturum
67. promiſerat. Quærebatur an rectè, primo quidem intuitu pro affirmativa quilibet facilè concluderet, ex deciſione in terminis apud Erneſt. Cothman. *volum. 1. reſponſ. 18. num. 218.* ubi dicit, convenire poſſe me tecum, ut centum, quæ mihi Uſurarum nomine debes, deinde ex mutuo apud te ſint, *volum. 4. reſponſ. 38. num. 17. & ſeqq.* Chriſtoph. ab Hagen
68. latè *de Uſu Uſurar. cap. 5. num. 129. & ſeqq.* ubi latè probat, licitum eſſe, Uſuras in novam Sortem redigere, ac novas deſuper Uſuras ſtipulari ac exigere, ita, ſe de facto in certa quadam cauſa obtinuiſſe, teſtatur Matth. Berlich. *deciſ. 268. num. 8.*

69. Contrariam tamen opinionem, uti Juri, ita & æquitati magis conſentaneam eſſe, credo, per doctrinam Johan. Goedd. *volum. Conſil. Marpurg. 28. num. 114. & ſeqq. uſque ad fin.* latiſſimè Georg. Franzkius *variar. Reſolut. lib. 2. quæſt. 10. num. 42. & multis ſeqq.* ita aliquoties judicatum fuit apud Benedict. Carpzov. *in Pract. Criminal. quæſt. 92. num. 87. 88. & 89.*

Amplia-

Ampliatur hæc opinio negativa duobus modis, & quidem 1. etiamsi secundus Creditor priori debitum obtulit, & cum Usuris solvit, harum tamen Usurarum solutarum Usuras à Debitore exigere non potest, *l. creditor. 12. §. si prior. 5. ff. qui potior. in pignor. &c.* 70.

Ampliatur 2. Idem adhuc verum est, licet Creditor dicat, & probet, se propter moram Debitoris in solvendo factam ab alio mutuo sumpsisse, & Usuras Usurarum solvisse, vel, quod magis est, etiamsi Debitor in Instrumento Obligationis promisit solvere non tantùm omnes Pensiones, sed etiam illud, quicquid Creditor nomine Sortis solveret & expenderet, Matth. Wesenbec. *consil. 72. num. 1. & seqq.* Franzkius *dict. quæst. 10. num. 27. 28. & 29.* Georg. Adam. Struvius *in Syntagm. Jur. Civil. lib. 22. tit. 1. de Usur. num. 50. in fine.* 71.

Quæri hic potest, si Tutor aliusve Administrator Pecuniam suorum Principalium aliis credidit, an Pupillus, aliique, quorum Pecunia fuit propria, nomina ista agnoscere teneantur? Affirmandum id est ex *l. 2. ff. quando ex fact. tut. vel curat. l. 37. & l. 43. ff. de administrat. tutor.* Christoph. Philip. Richter. *decis. 14. num. 1.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 49. num. 7.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 70. num. 4. 5. & 6.* sed & periculum nominum ad Tutores & Administratores non pertinet, licet ab ipsis fuerint contracta, *l. 8. l. 16. l. 37. l. 43. cum l. seq. ff. de administrat. & peric. tutor.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 49. num. 16.* Benedict. Carpzov. præjudicia gemina allegans *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 24. num. 6. & seq.* 72. 73.

Facultatem quoque Juridicam Jenensem ita respondisse, testis est Richter. *dict. decis. 14. num. 2.* quæ quidem doctrina vera est, si mutuo dederint Pecuniam illis, qui tempore contracti crediti erant solvendo, etiamsi ex post facto, mutato statu, tales esse desinant, Paul. Christinæ. *ad Consuetud. Mechlin. tit. 19. artic. 13. num. 19.* Joh. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 12. vers. Declaratur 4.* ubi dicit, si Tutor deponat Pecuniam ad lucrum apud Mercatorem vel Campsorem, seu emat censum ab eo, qui tempore dationis, vel emptionis census communiter reputabatur idoneus, & ad solvendum sufficiens, ex post facto verò desinat esse non solvendo, tali casu Tutorem Pupillo ad resarciendum damnum non teneri, per *l. si res pupillaris. 50. ff. de administrat. tutor.* post Joh. Gutierez *de Tutel. part. 2. cap. 9. num. 12.* adde cum præjudicio Richter. *decis. 14. num. 3.* & ita quoque secundâ vice judicatum fuit à Curia Frisica, scilicet Tutorem Pecuniam Pupillarem credentem illi, qui omnium existimatione idoneus habebatur, cuique etiam alii providi & diligentes Patresfamilias credebant, non teneri, etiamsi ex post facto 74. 75. 76.

 Debi-

Debitor ex improviso reddatur non solvendo, Johan. à Sande *Decis. Fris. lib. 2. tit. 19. definit. 13.*

77. In nominibus igitur à se contractis Tutor ante omnia probare debet, tempore Pecuniæ mutuo datæ nomen fuisse idoneum, adeoque se debitam diligentiam in contrahendo præstitisse, *l. 111. in fin. ff. de condit. & demonstrat. l. 1. §. si Magistratus. 11. ff. de Magistrat. conveniend. l. 50. ff. de administrat. tutor.* Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verb. d'en rendre Comte. num. 11.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 71. num. 1. & 2.* Wesen-

78. beco *consil. 242. num. 32.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49.* ubi Administratori probandum esse dicit, Debitores, cum quibus contraxit, ejus conditionis tempore contractus fuisse, ut diligens Paterfamilias eis crediturus fuisset, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 626. num. 6.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 49. num. 11. & 12.* ita judicatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 26. num. 2. & 4.* & iterum apud Richter. *decis. 14. num. 6.*

79. Ex hoc autem non probatur aliquem fuisse idoneum, quod fortè Princeps vel illius Ministri ipsi fidem habeant, vel aliquid credunt: Credulitas enim plurium non facit, ut aliquis dicatur idoneus, Gratian. *Disceptat. Forens. 626. num. 11.* de qua materia, quis dicendus sit idoneus, vide Anton. Hering. *de Fidejussor. cap. 8. num. 67. & seqq.*

80. Unde fit, quòd de nominibus Paternis Tutor non aliter teneatur, quàm si, tempore susceptæ Tutelæ ea idonea fuisse, Pupillus probaverit, Hartman. Pistor. *dict. quæst. 49. num. 12.* Jacob. Schultes. *in Addition. ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 31.* Carpzov. *dict. constitut. 11. definit. 26. num. 4.*

81. & *dict. respons. 71. num. 3.* quod si verò Tutori vel Curatori quidpiam Jure imputari poterit, quod vel latæ, vel levis culpæ nomine veniat, veluti quòd in exigendis debitis tam à se contractis, quàm in Bonis Pupilli inventis debitam diligentiam non adhibuerit, aut ipsemet Debitori jam antea obærato Pecuniam Pupilli mutuo dederit, tum sanè Pupillus, aut minor, ea nomina minimè agnoscere tenetur, sed illorum periculum, ex propria Tutoris vel Curatoris culpa latâ vel levi descendens, ad ipsum pertinebit, *l. 2. Cod. arbitr. tutel. l. 37. §. 1. ff. de negot. gest. l. 16. l. 57. l. 39. §. 14. ff. de administrat. tutor. l. 18. Cod. eod. l. 35. ff. si cert. petat.* Borgnin. Cavalcan. *de Tutore sect. 3. num. 30.* Balthasar. *dict. resolut. 7. num. 12. in fin.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 25. num. 1. & seqq.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 49. num. 18. & 19.* Richter. *decis. 14. num. 7.* ubi

82. teneri Tutorem dicit, si in contrahendo debitam diligentiam non adhibuerit, ut, si Pecuniam dedit ei, qui non est solvendo, vel si debi-

83. tam Cautionem Obligationemvè non exegit: Hoc enim casu Tutoris culpâ

culpâ nomina malè contrahit, quod tunc maximè verum est, si ejusmodi Debitori ad censum credidit, cui diligens ac circumspectus Paterfamilias non credidisset, ideoque meritò nominum periculum sibi adscribi patietur, Hartman. Pistor. *dict. quaest. 49. num. 9.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 25. num. 2.* Balthasar. *dict. resolut. 7. num. 13. in princ.* ut hîc, sicut & aliàs verum sit, Tutorem tam de neglectis, 84.
quàm de malè gestis, conveniri posse, prout decisum fuisse à Jenensibus, testatur Richter. *decis. 14. num. 7.* & ante eum docuit Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 24. definit. 12. num. 4.* Probatâ verò à Tutore vel 85.
Curatore diligentiâ in contrahendo, si Pupillus vel Minor allegat debitum, sive illud Paternum, sive à Tutore contractum fuerit, ob negligentiam Tutoris in non exigendo commissam deterius, & inidoneum esse factum, utique tum ipsemet Pupillus sive Minor id probare tenetur, *l. 57. ff. de administrat. tutor.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 22. & 23.* Hartman. Pistor. *part. 1. quaest. 49. num. 3.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 7.* ita judicatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 26. num. 5. 6. & 7.* Onus enim probandi ei incumbit, qui cul- 86.
pam seu negligentiam allegat, *l. 57. ff. de administrat. tutor.* Carpzov. *dict. definit. 26. num. 7.* & dixi infrà, dissentit Borgnin. Cavalcan. *part. 1. Decis. Fivizan. 39. num. 39.* ubi Administratori onus probandi injungit, quòd ad- 87.
hibuerit diligentiam in exigendis creditis, eandem opinionem amplexus est Gutierez *de Tutel. part. 2. cap. 9. num. 38.*

Quorum opinio vera est primò, quando Reus vel Tutor per ex- 88.
ceptionem suam diligentiam opponit, atque ita excipiendo fit Actor; quo casu suam diligentiam, in qua exceptionem suam fundat, probare tenetur, prout judicatum extat apud Benedict. Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 71. num. 11. & seqq.*

Vera est secundò, quando ex circumstantiis hinc inde concurren- 89.
tibus facilè colligere potest Judex, Tutorem vel Administratorem Credita Pupilli sive Domini, eorumque exactionem hactenus neglexisse. Cujusmodi casus aliquando propositus fuit in Dicasterio nostro, ubi, 90.
mortuo quodam Mercatore Herbornense, Tutores defuncti Liberis constituti non solùm ex variis Pupillorum Creditis, quorum numerus erat penè magnus, non solùm ne unicum quidem ad acceptorum numerum retulerant: Verùm etiam ipsos defuncti Mercatoris Libros Rationum, in quibus venditæ merces, & emptorum nomina cum quantitate debiti latiori folio designata inveniebantur, secretiori custodiæ commiserant. Quis hoc casu, ubi ex centum fortè minutioribus creditis ne obulus quidem exactus, & ad acceptorum classem in Ratiocinio

 Tute-

Tutelari relatus fuerat, imò & Debitores à tanto temporis lapſu maximam partem mortui, alii, veluti Studioſi & hiſce ſimiles in alienas, fortè incognitas terras & Patriam profecti, & tertii non amplius ſolvendo erant, ultimi denique propter Annorum curſum probandique difficultatem debita omninò abnegabant. Quis, inquam, hoc caſu concluderet, aut à Pupillis Tutorum negligentiam in ſpecie probandam, aut Tutores ab actione contra ſe inſtituta ſimpliciter, & ſine ulteriori indagine abſolvendos eſſe.

91. Dicerem potiùs, circumſtantiis hiſce penitius conſideratis, de Tutorum neglectu ſatis ex eo conſtare, quod tum ex Judiciali Protocollo non appareat, adultorum Debitores, vel unum ex omnibus pro facienda ſolutione apud Judicem à Tutoribus fuiſſe conventum, ad quod tamen ratione ſui officii tenebantur, quomodo negativa probata eſſe dicitur apud Franciſc. Herculan. *de proband. negativ. num. 167. 169. & 276.*
92. Caſpar. Klock. *volum. 2. conſil. 47. num. 35.* & *conſil. 48. num. 11.* tum exinde culpam & negligentiam ſatis argui & probari, quod, cum Tutores facilè potuiſſent, adhibitâ diligentiâ, Debitoribus, cumprimis refractariis, ad Prætorem citatis, credito Pupillari potiri, illi hiſce remediis uſi non fuerint, Gozadin. *conſil. 38. num. 11.* Franciſc. Niger Cyriac. *Controverſ. Forenſ.*
93. *167. num. 6.* negligentia enim exinde ſatis probata eſſe dicitur, quando quiś, uti hoc caſu, longo ante tempore habuit poteſtatem agendi, & Debitores conveniendi facultatem, non tamen egit, Cyriac. *dict. controverſ. 167. num. 7.* & *controverſ. 433. num. 9.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 102. num.*
94. *5. & 6.* ubi multis authoritatibus probat, ex hoc doceri negligentiam, ſi quis non impeditus non egit, & non eſt uſus remediis opportunis, confer eleganter Bartol. *lib. 1. conſil. 102. num. 1.* Cravettam *conſil. 573. num. 7.* & *conſil. 606. num. 6.* Stephan. Gratian. *Diſceptat. Forenſ. 676. num. 9.* ubi dicit,
95. negligentiam quidem directè probari non poſſe, ex doctrina Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 24.* Menoch. *de recuperand. Poſſeſſ. remed. 7. num. 19.* plenè
96. tamen & ſufficienter probatam eſſe, quando, non edocto de aliquo impedimento, quis non fecit, quod poterat facere, idem docet Menoch. *dict. remed. 7. num. 24.* eleganter Barthol. Socin. *volum. 2. conſil. 273. num. 6.* tum quod in hypotheſi noſtra in aperto ſit, multa nomina non
97. exacta, facili negotio fuiſſe exigibilia: à Tutoribus autem exacta non fuiſſe, vel ex eo patet, quod illorum mentio in acceptis Rationum Tutelarium fiat nulla, negligentia igitur vel ex hoc ſolo ſufficienter monſtrata erit, ita arguit Barthol. Socin. *dict. conſil. 273. num. 5. in fin.* facit Mun-
98. noz. de Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 27.* ubi, in probanda negligentia, docet, articulandos eſſe iſtos actus, ex quibus negligentem fuiſſe Adminiſtra-

ministratorem, quilibet arbitrari possit, ut puta, quod, cum Debitores solvendo essent, tempore, quo venit Solutionis dies vel multò post, & cum posset ab illis debitum impetrari, tempore congruo, id facere omisit. Tum denique, quod ex nullis in Rationum Codice descriptis 99.
Expensis constet, ratione litis adversus Debitores Pupillorum pro facienda solutione motæ vel Judici, vel Advocato, vel Procuratori aliquid à Tutore datum fuisse, adeoque inevitabiliter concludendum sit, Tutores judicialiter non egisse contra Debitores, ad quod tamen tenebantur.

Concludo igitur cum illo, quod in terminis quasi habet Francisc. 100.
Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 167. num. 5.* ubi ille, de quodam Pisono loquens, dicit, cum à die promissionis ad diem cœptæ litis magnum effluxerit tempus, quo plus, quàm commodè Pisonus poterat vel viâ Juris curare; ut adversa pars condemnaretur ad Credita, vel extrajudicialiter, ut sibi faceret obligationem pro eis, nec appareat idipsum curasse, dicendum esse, per eum stetisse, & contra ipsum agi posse.

Si Tutor, cum Tutoris consensu, Pecuniam Pupilli mutuo accep- 101.
tam in suam utilitatem, fortè Emptionem Mercium convertit, deinde ex venditione earundem Mercium, vel aliunde in pari quantitate receptam sive recuperatam Pecuniam alteri, nomine Pupilli, mutuo dederit, hoc nomen Minor invitus agnoscere non cogitur, sed ipse Tutor, qui ab initio Debitor factus est, deinceps obligatus permanet, ita Jenens. responderunt apud Richter. *decis. 14. num. 4.* casum huic non dissimilem profert Carpzov. *dict. definit. 25. constitut. 11. in allegatione primi præjudicii.* Ubi quidam Tutores Bona suorum Pupillorum nomina apud De- 102.
bitores sine causâ exegerant, & Pecuniam à Debitoribus receptam aliis crediderant, judicatum fuit, non esse cogendum Minorem, ut debita illa agnoscat, sed Tutores potiùs Pupillo obligatos esse. Pari quoque 103.
ratione Tutori imputandum est, quando nomen Pupilli idoneum alicui cessit, & à Debitore aliam obligationem, & pro pignoratitia Cautione Fidejussoriam accepit, cùm nec hoc invito Minori obtrudi possit, ita Scabinos Lipsienses pronunciasse refert Richter. *decis. 14. num. 8.* Insu- 104.
per nomina non Tutorio vel Curatorio, sed proprio nomine à Tutore contracta acceptare, vel si id malit, repudiare, & Tutorem pro restitutione Pecuniæ convenire potest Minor, cum præjudicio Richter. *decis. 14. num. 9.* Certè, si finitâ Tutelâ vel curâ Minor jam Major factus Usu- 105.
ras Pecuniæ elocatæ à Debitore exigat, omni casu periculum nominis deinceps, Tutore extra periculum existente, in sese suscipere cogitur, modò id durante adhuc Tutelâ vel Curatelâ non fecit, Hartman. Pistor.

part.

part. 1. quaest. 49. num. 30. cum praejudicio Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 27. per tot.*

106. Tenetur ergò Tutor vel Curator Debitores sui Pupilli vel Minoris maturè de exsolvendo debito admonere, illud exigere, & in Calculum acceptorum referre, si verò solutionem differant Debitores, per Judicem ad satisfaciendum compellere, Barthol. Socin. *volum. 2. consil. 273.*
107. *num. 7.* ubi in culpa esse dicit, qui apud Judicem non urget Solutionem, adeò ut non possint aut debeant prorogare tempus, aut concedere dilationem ad solvendum, *l. 122. § 1.* ubi Bartol. *ff. de verbor. obligat.* Barthol. Socin. *dict. volum. 2. consil. 273. num. 7.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 130. & 131.* Tiraquel. *de retrait. lignag. ad fin. tit. §. 5. gloss. 2. num. 18.*
108. Quòd si ob negligentiam, in exigendo commissam, Pupilli Debitores efficiantur non solvendo, vel debita praescribantur, tunc omne damnum, Pupillo vel Minori ex tali negligentia contingens, Tutor vel Curator ex propriis Bonis resarcire compellitur, *l. nomina. 2. Cod. arbitr. tutel. l. si tutor constitutus. 15. ff. de administrat. tutor.* Pistor. *dict. quaest. 49. num. 2.* Cavalcan. *de Tutor. sect. 3. num. 30. & 34.* Ludov. Roman. *consil. 425. vers. Octavò Pupillares.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 5.* Joh. Goedd. *volum. 1. Consil. Marpurg. 24. num. 61.* Paul. Christinae. ita pronunciatum fuisse dicens *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 151. num. 18.* & ita quoque judicatum fuit in Camera Imperiali in causa Mörs contra Mors apud Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 4. lib. 4. cap. 16. num 80.* Johan. Petr. Surd. *consil. 296. num.*
109. *30. & 31.* ubi vult, Tutorem non exigentem Debita Pupilli condemnandum esse ad interesse, & haec non in Tutore tantùm, verùm etiam in omni alio Administratore obtinent, Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 21.*
110. adde Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 626. num. 2. & 3.* ubi multis probat, exactione vel protractâ vel omissâ, periculum nominum ad quosvis Administratores spectare, per *text. in l. 5. §. 9. ff. de administrat. rer. ad Civitat. pertinent.* Matth. Wesenbec. *consil. 243. num. 32. vers. Quintò etiam.* Borgnin.
111. Cavalcan. *part. 1. decis. 39. num. 26. 30. & seqq.* ubi docet, quemlibet Administratorem obligari, fructus & introitus exigere, & tempore congruo vendere justo pretio ad utilitatem Domini, & non secundùm suum ca-
112. put, aliàs ipsum ad interesse teneri: Imò in dolo praesumpto & culpa esse dicitur is, qui Debitores, &, si sit publicarum Pecuniarum Administrator, subditos ad solutionem debito tempore non compellit, Cravetta *consil. 21. num. 10.* & *consil. 857. num. 17. vers. Quis igitur.* Johan. Goedd. *volum. 1. consil. 24. num. 59.*
113. Et si enim praesumptio nulla sumi potest ex non factis, seu factis negativis, Jacob. Menoch. *lib. praesumt. quaest. 23. num. 1.* Goedd. *dict. consil. 24. num.*

num. 89. & 91. Hoc tamen ſecus ſe habet, quando is, qui debet aliquid 114.
facere, id non facit, tunc enim ex illo facto colligitur aliquid, Menoch. *dict. quaſt. 23. num. 8.* & *conſil. 121. num. 83. 84. & 85.* Goedd. *dict. conſil. 24. num. 60.*
Paul. Chriſtinæ. *volum. 3. Deciſ. Cur. Belg. 167. num. 7.* ubi ex deciſione Sena- 115.
tus dicit, omnem Adminiſtratorem teneri Pecunias & Credita à Debitoribus in tempore exigere, & in utilitatem Domini convertere, aliàs
teneri ipſum de neglectis etiam quoad Uſuras, niſi de ſua diligentia do- 116.
ceat. Idque potiſſimum verum eſt in nominibus Debitorum, quæ ipſimet Adminiſtratores contraxerunt, Gratian. *dict. diſceptat. 626. num. 4.*

Nihil certè imputandum eſt Tutori vel Adminiſtratori, ſi abſque 117.
ipſius negligentia ſtatim poſt aſſumptum officium Debitores deſinant eſſe non ſolvendo, *l. etiam contutoris. 14. ff. de adminiſtrat. tutor. l. litis conteſtatæ. 37. §. ſi pecunia. 1. ff. de negot. geſt.* Johan. Franciſc. Balthaſar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. reſolut. 7. num. 6.*

Nec 2. Si Adminiſtratione finitâ, tales efficiantur, cum tempore 118.
Adminiſtrationis eſſent idonei, *l. cum poſt mortem. 43. ff. de adminiſtrat. tutor.* Balthaſar. *dict. reſolut. 7. num. 6. verſ. Secundò limitatur.*

Nec 3. Si Adminiſtrator in exigendo plus deberet expendere, 119.
quàm ſit ipſa debiti quantitas, Roland. à Valle *volum. 1. conſil. 15. num. 51.* Balthaſar. *loc. citat. verſ. Tertiò limitatur.*

Solent quandoque Tutores, alteriuſque rei Adminiſtratores in 120.
caſu neceſſitatis apud alios certam Pecuniæ Summam mutuo accipere, & deinde ſuis Rationibus unter der Rubric entlehnet Geld / oder aufgeborgte Capitalien, inſerere. Dubitari poſſet, an Pupilli, ſive illi, quibus Ratio eſt reddenda, ejuſmodi Debita agnoſcere, & Creditoribus, qui ad Tutoris inſtantiam Pecuniam crediderunt, ſatisfacere cogendi ſint? Negativè quæſtio decidenda erit, uti tradit Ludov. Roman. *conſil.*
352. num. 5. ubi vult: Confeſſionem Tutoris de recepto non præjudicare, 121.
nec obligare Pupillum. Communem dicit Horatius Mandoſ. *in Notis lit. f.*
ibid. & quòd Tutor confiteri non poſſit, ſe recepiſſe mutuum nomine 122.
Pupilli, vel quid ſimile, tradit Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num.*
137. & ſi Curatori nomine Minoris mutuo datur Pecunia, Actio non 123.
datur in Minorem, niſi quatenus Pecunia verſa probatur in rem Minoris, *l. ſi in rem. 3. Cod. quando ex facto tutor.* Hartman. Piſtor. *part. 1. quaſt. 38. num. 9.* Petr. Frider. Mindan. *de Proceſſ. lib. 2. cap. 62. num. 8.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 1162. num. 2. & ſeqq.* Carpzov. *lib. 5. Reſponſ. Jur. Electoral. 78. num. 12. & ſeqq.* ubi præjudicium habet, Matth. Coler. *de Proceſſibus Executivis part. 2.*
cap. 3. num. 244. & 258. ubi Tutores acceperant certam Pecuniæ Summam 124.
mutuo nomine Pupilli, obligando Creditori Bona Pupillaria, cumque

Pupilli exacti negassent, mutuum illud in ipsorum rem versum esse, Creditores autem contra allegassent, quòd Tutores non suo sed Pupillorum nomine contraxissent, decisum fuit, ipsos Tutores conveniendos esse, non autem Pupillos, nisi probari posset ex parte Creditorum aut
125. Tutorum, Pecuniam in rem Minorum versam fuisse. Cujus decisionis ratio aperta est, quia Pupillus seu Minor, Majorennis factus, ex mutuo à Tutore vel Curatore contracto aliter conveniri nequit, quàm si Pecunia mutuo accepta in utilitatem ejus versa fuit, Benedict. Carpzov. *lib. 5. tit. 8. Respons. Jur. Electoral. 78. num. 12.* atque ita aliquando de facto obtinui.

126. Eâdem ratione Civitas, ex Contractu Mutui à Consulibus aut Magistratu celebrato, & Rationibus annuis illato, aliter non tenetur, quàm si Pecunia in utilitatem Civitatis versa fuerit, per *text. express. in l. civitas. 27. ff. de reb. cred.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 37. num. 23.* Carpzov. *dict. respons. 78. num. 14.* Theodor. Höpping. *consil. 2. pag. 110. & 121.* Joseph. Mascard.
127. *de Probation. conclus. 369. num. 11.* ubi ait, *num. 10.* Procuratorem quidem Reipublicæ posse confiteri, se recepisse Pecuniam rerum à Republica venditarum, & hanc confessionem probare contra ipsam Rempublicam, sed si confiteatur, se nomine Civitatis recepisse mutuo, hinc non obligari Rempublicam, nisi versio in rem probetur, docet Gail. *de Arrest. Imper. cap. 9. num. 6.* Fachinæ. *lib. 2. Controvers. Jur. cap. 75.* Mantica *de tacit. &*
128. *ambig. Convention. lib. 8. tit. 12. num. 1. & 2.* ubi dicit: Deputatos ad administrandum Bona Civitatis, non posse ex causa mutui obligare communitatem, vel singulares personas, nisi Pecunia probetur versa in eorum utilitatem, vel mandatum speciale intercesserit, Ludov. Roman. *consil.*
129. *352. num. 4.* ubi, non sufficere, dicit, probare, Procuratorio nomine Reipublicæ mutuatum esse, nisi etiam pateat, quòd in ejus utilitatem mutuum sit conversum, confer. Paul. de Castro *volum. 1. consil. 20. num. 4.*
130. nec confessio Magistratus, asserentis Pecuniam in Civitatis utilitatem
131. versam esse, probat Castrens. *dict. consil. 20. num. 4.* ubi idem quoque in Pupillo, vel Minore verum esse dicit, Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 37. num. 31.* Mantica *de tacit. & ambig. Convention. lib. 8. tit. 13. num. 3.* ubi testatur,
132. omnes Doctores in hoc convenire, addo Carpzov. *dict. respons. 78. num. 19.* Johan. Köppen *quæst. 60. num. 7.* Matth. Coler. *dict. cap. 3. num. 251.* qui om-
133. nes docent, non relevare Creditorem ab onere probandi, etiamsi dicatur in Instrumento, Pecuniam in rem Pupilli versam esse.

134. Quod de Civitate diximus, idem etiam de Ecclesia intelligendum est, *C. penult. de fidejuss.* & *Authent. Hoc Jus porrectum. Cod. de SS. Eccles.* ubi Bald. *num. 9.* Paul. de Castro *volum. 1. consil. 337. num. 1. & seqq.* Carolus Rui-

Ruinus *lib. 5. consil. 29. num. 4.* An idem in omni alio Collegio verum sit, 135.
explicat latè Cardinal. Mantica *de tacit. & ambig. Conventionibus lib. 8. tit. 13. num. 5. & novem seqq.* affirmat id autem simpliciter Cothman. *volum. 4. responsf. 39. num. 27.* Hoc interim addendum est, eatenus succurri Creditori, 136.
ut, ad docendam versionem Pecuniæ in rem & utilitatem Pupilli, non requiratur usque adeò ocularis & necessaria probatio, quia sufficiunt etiam verisimiles conjecturæ, Pecuniam fuisse utiliter collocatam, Gratian. *Disceptat. Forens. 632. num. 15.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 55. num. 4.* ubi ver- 137.
sionem in rem præsumptionibus & conjecturis probari docet, Carpzov. *citat. responsf. 78. num. 20.* Quin & in probando Tutor ei assistere tenetur, 138.
ita expressè Bartol. *in l. civitas. 27. num. 10. ff. de reb. credit.* & Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 37. num. 42.* rectè allegati à Carpzov. *citat. responsf. 78. num. 1.*
Quòd autem Dn. Carpzovius *ibid. addit.* versionem in utilitatem Pupilli 139.
ex Libris & Rationibus gestæ Tutelæ facili negotio demonstrari, in hoc ipsi adstipulari non possim. Si enim Rationum Libro contra Admini- 140.
stratorem ita simpliciter uti non possit adversarius, uti ex *l. 26. §. fin. ff. deposit.* concludit Ernest. Cothman. *volum. 4. responsf. 10. num. 30.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. quæst. 1. num. 36. & plures ab hisce citati.* quomodo tertium, id est, Pupillum, assertiones à Tutore in dicto Libro 141.
factæ, sine alia probatione adstringere possint? ego sanè non video.

Hoc facilè admitto, dandam esse in Pupillum vel adultum Actio- 142.
nem, si Pecunia à Tutore mutuo accepta, & Ratiocinio Tutelari nominatim inserta, postea accepto lata, & agnita fuerit, *l. tutor. 47. in fin. ff. de minor.* & *l. illud quæritur. 4. §. ult. ff. de evictione.* Faber *in Cod. lib. 5. tit. 26. definit. 1. & 2.* quo agnitionis subsecutæ casu dicendum est, versionem in 143.
rem mandato esse similem, Natta *consil. 567. num. 7.* Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. 9. gloss. 11. num. 5.* Johan. Cephal. *consil. 569. num. 49.*

Ad materiam pertinet, si fortè Famulus meus mutuò Pecuniam 144.
acceperit, non aliter me obligare, quàm si appareat specialiter hoc ei mandatum fuisse, ut mutuaret ab alio Nummos, *l. habebat. 13. ff. de institor. action.* Mantica *de tacit. & ambig. Convention. lib. 8. tit. 10. num. 8.* Si quoque 145.
ii, qui ab aliquo deputantur ad hoc, ut Fructus colligant, quos vulgò Factores nuncupant, Pecuniam mutuo acceperint, Domini non possunt conveniri, nisi probetur in rem versio, Bald. *in Authent. Hoc jus porrectum. num. 9. vers. Titius. Cod. de SS. Eccles.* Mantica *de tacit. & ambig. Convention. lib. 8. tit. 11. num. 27.* ubi generalem Regulam tradit, probationem ver- 146.
sionis in utilitatem Domini omni casu necessariam esse, quando mutuo accipiens mandatum non habet ab eo, cujus nomine mutuo Pecuniam accipit; hinc docet Ernestus Cothman. *volum. 4. responsf. 39. num. 26.* 147.

Omnium Interpretum communi consensu receptum & comprobatum esse, si quis rem vel in totum, vel pro parte alienam administraret, & mutuo Pecuniam accipit, ex isto mutuo rei alienæ vel communis Dominum non obligari, nec teneri, nisi Administrator aut probet, vel mandatum speciale eo nomine sibi datum, vel Pecuniam in rem versam, vel necessitate quâdam inevitabili nummos mutuo acceptos esse.

148. Sicuti ex eo, quòd nomen non est descriptum in Libris Societatis, colligitur, debitum non fuisse contractum nomine Societatis, nec Pecuniam fuisse versam in causam Societatis, ita judicavit Rota Roman. apud Mantic. *de tacit. & ambig. Convention. lib. 6. tit. 22. num. 6.*

149. Si Administrator, quiscunque etiam ille sit, habeat speciale mandatum ad accipiendam Pecuniam mutuo, & illam verè accipiat, tunc certè Dominus obligatur, etiamsi Pecunia non probetur versa in ejus utilitatem, Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 37. num. 48.* Losæus *de Jure Universitat. part. 3. cap. 4. num. 11.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 336. vers. Limitatur 1.* pro hac doctrina præjudicium & rem judicatam adfert Johan. à Sande *lib. 3. tit. 2. definit. 3.* adde Gail. *de Arrest.*

150. *Imper. cap. 9. num. 6.* ubi addit, si ei ita concessum sit mandatum, ut Pecuniam mutuo in certam causam acciperet, & in eam se accipere dixit, obligari quoque Civitatem, etiamsi non appareat, Pecuniam in illam causam conversam esse, per *l. 1. §. non autem. 7. vers. Sed etsi. ff. de exercitor. action.* idem docet Hartman. Pistor. *dict. quæst. 37. num. 49.*

151. Porrò cum aliàs dictum sit, Fructuum nomine reddendam esse Rationem ab Administratore, eumque conveniri posse non de perceptis tantùm, verùm etiam de illis, quos honestè percipere potuit, per *l. 32. §. 2. ff. de administrat. tutor.* Hinc in elocatione prædiorum, ut palam esse possit, quantum Rationarius ex fundis annuatim perceperit, ipsius est officii, prævià subhastatione Prædia publicè elocare, idque de Tutore & Curatore affirmat Escobar. *de Ratiocin. cap. 16. num. 3. & 4.* Ludov.

152. Posthius *de Subhastatione inspect. 4. num. 9.* tam in locatione perpetua, quàm temporali, Escobar. *de Ratiocin. cap. 16. num. 4.* Posthius *dict. inspect. 4. num. 10.*

153. & in locatione Vectigalium, rerumque Fiscalium, *l. 9. ff. de publican. & vectigal. l. 4. Cod. de vectigal. & commiss.* Johan. Baptist. Asin. *de Execution. §. 6. cap. 19. num. 1.* Posthius *de Subhastatione inspect. 3. num. 11. & seqq.* Mangilius *eod. tractat. quæst. 34. num. 4. & seqq.* sive temporalis sit locatio, sive perpetua,

154. Posthius *dict. inspect. 3. num. 11. & seqq.* & de locatione rerum Ecclesiæ, Hospitalium, aliorumque Piorum Locorum, videatur Posthius *dict. inspect. 3.*

155. *num. 34. & 35.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 16. num. 6.* In locis, ubi voce Præconis istæ Subhastationes non publicantur, satis est, si literis ad Valvas Eccle-

Ecclesiæ, vel Curiæ affixis, in vulgus spargatur, hæc vel illa Bona plus offerenti ad certum tempus elocanda esse, Escobar. *de Ratiocin. cap. 16. num. 20.* ubi *num. seqq.* etiam sufficere dicit, si ad Sonum Tubæ, vel Campanarum, si ita ferat Patriæ Consuetudo, Locationes publicarentur. 156.

Est & alius modus, annuos Fructus ex certo Prædio perceptos probandi: scilicet ut priorum quatuor, quinque, sex, septem Annorum quantitates, si de iis constare possit, in unam redigantur Summam, & deinde, si septem præcedentium Annorum Fructus cumulati sint, cum septenario numero dividantur, septima ex toto illo acervo proveniens pars ab Administratore percepta esse dicetur, juxta textum elegantem in *l. si fundum. 35. & l. seqq. ff. mandati.* ita tradit Escobar. *de Ratiocin. cap. 16. num. 40.* & est modus probandi annuos Reditus, ab Administratore perceptos, admodum frequens. 157.

Quod si non constet, factas fuisse Locationes modô jam præscriptô, Administrator istam Summam ad acceptorum caput referre cogitur, quæ in Annis proximioribus à Conductoribus ex hoc vel illo Prædio fuit exsoluta, Escobar. *de Ratiocin. cap. 16. num. 39.* potest etiam valor Pensionis annuæ fundi probari ex comparatione Mercedis vicinorum Prædiorum, quæ sunt ejusdem qualitatis & bonitatis, Mascard. *de Probation. conclus. 817. num. 4.* & licet hæc probatio non concludat per necesse, quia non bene sequitur, tantum perceptum fuit ex isto fundo aliis Annis, ergò hoc etiam Anno ex eodem tantum percipi potuit, facit tamen aliqualem præsumptionem, ut, concurrentibus aliis adminiculis, & conjecturis, possit Rationario Juramentum Suppletorium deferri, Escobar. *dict. cap. 16. num. 39.* Imò Fructuum perceptorum quantitatem Juramento probari, docet Mascard. *dict. conclus. 817. num 6.* circa quam Fructuum perceptorum probationem in genere sciendum est, si de eorum liquidatione agatur, & perceptio ipsa sit in confesso, & non controversa, sufficere leviores probationes, etiam per conjecturas & indicia, item per Testes singulares, ac de auditu, Ludov. Posthius *resolut. 113. num. 80. & decis. 19. num. 14. post tractat. de manutenend.* Surd. *consil. 293. num. 31.* 158. 159. 160. 161.

De rebus Domini per rationalem alienandi, eorumque pretio postea ad classem acceptorum referendo, si sit quæstio. Hoc extra dubium est, ne quidem Administratorem cum libera posse alienare Prædia vel res sui Domini, *l. 1. §. 2. & tot. tit. ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. 7. ff. de donation. l. 28. §. fin. ff. de pact. l. 1. §. 1. ff. de offic. Procurat. Cæsar. l. 58. l. 60. ff. & l. 19. Cod. de Procurator.* Johan. Sichard. *in l. 16. num. 1. Cod. eod.* adeò ut nec alienationi consentire valeat, Rosenthal. *de Feud. cap. 9. conclus. 30. in Notis lit. d.* 162. 163.

Schurff. *centur. 3. consil. 79. num. 10.* & hoc dicit Bald. *in l. 1. Cod. de bon. matern.*
164. *quæst. 4. in fin.* mandatum quantumcunque generale vel liberum non comprehendere facultatem profundendi, vel temerè alienandi Bona
165. Domini, confer. Nattam *consil. 10. num. 4. & consil. 641. num. 6.* adeò, ut si dictum fuerit, posse Mandatarium facere, quicquid sibi placuerit, non tamen mandatum speciale, aut cum libera propterea datum esse credendum est, sed tantùm procedendi secundùm arbitrium boni Viri, ex magis communi, Matth. de Afflict. *Decis. Neapolitan. 91. num. 4.* Petr. Nicol. Mozzius *de Contract. rubr. de divis. mandat. num. 57.* per *l. 6. ff. pro Socio.* vide de hac materia latè Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 33.*

166. Tenetur interea Administrator, ratione sui officii, Fructus ex Bonis Pupillaribus perceptos, vel in hæreditate Paterna inventos, uti & reliqua, quæ servando servari non possunt, eo pretio, quo communiter in eo loco vendi possint, distrahere, *l. ult. §. fin. ff. de administrat. tutor.* Joh. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 10.* Sichard. *in l 16. num. 3. Cod. de Procurator.* Emptoribus idoneis, quo omisso, ipsimet Administratores obligantur, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 626. per tot.*
167. *cumprimis num. 1. 2. 3. & 17.* dicuntur autem res servando servari non posse, quæ non possunt durare ultra triennium, gloss. *in l. 1. Cod. si advers. usuca-*
168. *pion.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 33. num. 166.* quales dicuntur res mobiles,
169. Montan. *dict. cap. 3. num. 166.* Fructus sive Frumenta, Joh. Coras. *Miscellan. lib. 3. cap. 12. num. 8.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 42. num. 49.* Surd. *decis. 81. num. 1.*

170. Hæc venditio ita instituenda est, ut semper priùs vetus Frumentum vendant quàm novum, & priùs novum Vinum quàm hornum sive vetus, aliàs damnum de suo resarcire cogendi sint, Simon Ulric. Pistor. *post Consil. Modestin. Pistor. consil. 7. num. 14. & seqq.* Paul. Christinæ *volum. 5. Decis. Cur. Belg. 22. num. 6. & 7.* Matth. Berlich. *part. 2. conclus. 12. num. 81.* post Bartol. *in l. omnia. 1. Cod. de condit. in publicis horreis. num. 1.* qui textus hoc ex-
171. pressè dicit, non priùs recentia Frumenta esse vendenda, quàm vetera condita fuerint erogata, & si fortè vetustate species ita corruptæ sint, ut per semet sine querela erogari non possint, ex nova portione ita miscenda esse, ut hâc adjectione corruptio velata damnum non adferat.

172. Ex eadem Regula inferebat Dominus Collega Heidfeldius, Tutores, quin & Aulæ Principalis Moderatores non posse, nec debere post Calendas Novemb. apponere Vinum vetus Familiæ Principis, per *text. in l. jubemus. 10. Cod. de erogat. militar. annon.* ubi Imperatores Arcad. & Honor.

ex-

expreßè ſtatuerunt, à Novembri Menſe de novello Vino annonam dandam eſſe cunctis numeris militibus, additâ expreſsâ ratione, quòd veteris erogatio diſpendioſa videatur, & docet quoque Bartol. *in dict. l. jubemus. 10. Cod. de erogat. militar. annon.* Paul. Chriſtinæ. *volum. 5. Deciſ. Cur. Belg. 140. num. 1. & 2.* ubi, quòd Tutores ſecùs facientes de ſuo reſarcire 173. teneantur damnum.

Addebam regulariter veram hanc doctrinam, limitandam tamen 174. eſſe notabiliter, ſi qualitas Familiæ, ejusque dignitas aliud poſtularet, ex doctrina Joh. Coraſii *Miſcellan. lib. 3. cap. 12. num. 1. verſ. Proinde Tutorem.* adeoque Conſiliariis & Senibus, quorum debilior eſt ſtomachus, falernum generoſius nunquam eſſe denegandum, idque mente eſſe tenendum, monebat Dominus Heidfeldius. Ad horum claſſem, quæ ab Ad- 175. miniſtratoribus vendi poſſunt, refer veſtes detritas & animalia ſupervacua, *l. 4. Cod. quando decreto opus non eſt. l. 22. Cod. de adminiſtrat. tutor.* ut & res omnes, quæ pondere, numero, & menſurâ conſtant, David Döring. *in Bibliothec. Jur. Conſultor. verb. Alienatio. num. 409. in princ.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 33. num. 14.* Si res mobiles Tutor non vendat, periculum de- 176. teriorationis ad ipſum ſpectat, Balthaſar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. reſolut. 7. num. 12. verſ. Ampliatur quartò.* Richter. *deciſ. 13. num. 10.* Hinc dicit JCtus, ſi ceſſaverunt Tutores in diſtractione earum rerum, quæ tempore pereunt, ſuum id periculum Tutores facere, *l. 7. §. 1. ff. de adminiſtrat. tutor.* additur tamen, non præcipiti feſtinatione, nec moratoriâ cunctatione in diſtractione procedendum eſſe. Tenetur enim omnis Adminiſtrator, 177. alienare volens, expectare tempus opportunum, Joh. Baptiſta Aſinius *de Execution. §. 7. cap. 260. num. 7. in fine.* niſi periculum ſit, rem vel fructus perituros, Johan. Franciſc. Balthaſar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. reſolut. 7. num. 10.*

Ut igitur Adminiſtratores juſto pretio hæc mobilia diſtrahant, & 178. in Rationum redditione extra litis dubium conſtituantur, conſultum erit, res vendendas per artis peritos priùs curare æſtimari, antequam ad earum diſtractionem feſtinent. Quo facto, omnis ſuſpicio & fraudis vis cum cavillandi anſa intereſſatis præcluſa erit, Munnoz. de Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 16. num. 7.* ubi dicit, ſe ita vidiſſe practicari per peritos Advocatos. Quòd ſi Frumenta fortuito caſu corrumpantur, fortè ideo, 179. quod Annus fertilis ſuperveniat, tenentur illa ſecundùm ratam Patrimoniorum inter Incolas dividere, eo adjecto, ut tantundem de novo reddant, argum. *l. quod ſæpe. 35. §. veneni. 2. ff. de contrahend. emption.* Stephan. Gratian. *Diſceptat. Forenſ. 626. num. 16.* Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 17. num. 39.* ubi ſimul etiam docet, rectè conveniri Civitatum Rectores, ſi Frumentum ipſo-

ipſorum culpâ vel à pluvia, vel à vermibus corrumpatur, adde eundem Eſcobar. *cap. 19. num. 2.*

180. In culpa certè eſſet Adminiſtrator, ſi Frumenta hoc Anno fortè recenter percepta & collecta, ante triennium, quo communiter aſſervari ſolent, abſque urgenti neceſſitate, & ſine Domini mandato ven-
181. didiſſet, Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 17. num. 8.* ubi *num. 7.* addit, ſi Fructus illos intra triennium conſumpſerit Adminiſtrator, tantundem in ſpecie, in eademque bonitate ipſum debere reſtituere, vel condemnandum ipſum eſſe ad æſtimationem, quanti plurimi vendi potuerint intra triennium, Cavalcan. *de Tutore num. 232.* ubi procul dubio tenendum reputat, quòd æſtimatio Fructuum debeatur à Tutore, tempore conſumptionis, & ſic
182. à die moræ uſque ad triennium. Quinimò, ſi Adminiſtrator ſit in mora ſolvendi, & interea ſuperveniat careſtia inſolita, Frumentorum æſtimationem ſolvere tenetur, quanti plurimi vendi potuerunt, Eſcobar. *dict. cap. 17. num. 31.* Joh. Baptiſta Plotus *de in litem jurando. §. 4. num. 70.* Trien-
183. nio verò elapſo, quo præſumptione Juris non ampliùs durare putantur Frumenta, Anton. Neguſant. *de Pignor. part. 5. membr. 5. num. 12.* Natta *conſil. 599. num. 5.* cum Authoribus *ſuprà citatis*, duntaxat ad æſtimationem currentem, quæ in fine dictorum trium Annorum frequentabatur, condemnari poteſt, Eſcobar. *dict. cap. 17. num. 9. & ſeqq.* Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 2. quæſt. 43. num. 14.* Stephan. Gratian. *Diſceptat. Forenſ. 42. num. 49.*
184. Marc. Anton. Natta *conſil. 599. num. 4.* ubi ait, cùm Frumentum, & ſimiles Fructus non poſſint durare, ultra triennium, re peremptâ, valorem ipſius non poſſe ampliùs creſcere.

185. Quod quidem verum eſt, ſi Frumentum, vel aliud genus Fructuum, ex hoc vel illo fundo perceptum, debeatur in ſpecie, ſecùs ſi debeatur in genere, tunc enim obligatio durat, uſque quò durat mora, & æſtimatio creſcit favore Actoris, cùm genus perire non poſſit, Seraphin. Olivarius *deciſ. 1242. num. 1.* Gratian. *dict. diſceptat. 42. num. 50.* Marc. Anton. Natta *conſil. 599. num. 5. & 6.* ubi vult, ſi in genere debeatur Frumentum, creſcere æſtimationem per totum tempus moræ, Merlin. *de Pignor. lib. 2. quæſt. 43. num. 14. verſ. Ubi tamen hac theorica.*

186. Ad cognoſcendum verò æſtimationem quanti plurimi, non eſt attendendum ad pretium momentaneum, vel quanti fortè Titius, aut Sempronius inter privatos, ut ajunt, parietes, tali die vel tempore emit, aut vendidit, ſed inſpiciendum potiùs eſt valor publici Fori, & pretium in illo acceptum, Joh. Baptiſta Plotus *de in litem jurando. §. 4. num. 68.* Ludov. Poſthius *variar. Reſolut. 5. num. 14.* & *de Subhaſtat. inſpect. 7. num. 31.* ubi
187. dicit, æſtimationem annonæ, vel aliarum rerum victualium, non aliunde

unde esse sumendam, quàm ex Foro publico loci, quanti scilicet ibi illa emi & vendi solent, adde Gratian. *Disceptat. Forens.* 811. *num.* 17. Joseph. Mascard. *de Probation. conclus.* 1396. *num.* 35. 36. & 37. ubi docet, ad proban- 188.
dum valorem Frumentorum, de forma esse, ut articuletur, & probetur, Frumentum & alia Victualia pluribus diebus, non una die vel momento, tanti communiter fuisse vendita, aut vendi potuisse, Escobar. *de Ratiocin. cap.* 17. *num.* 20. & *seqq.* ubi *num.* 23. addit, si Triticum, vel alia res pos- 189.
set multò plus vendi extra Forum, hoc non esse attendendum, sed tantùm æstimationem Fori publici, idem docet Matth. de Afflict. *decis.* 316. *num.* 7. & 8. ubi dicit, quantum Frumentum, vel aliæ res venales valeant, 190.
nunquam debere inspici, nisi quantum in loco publico vendantur, si possint multò plus, vel multò minus extra Forum vendi, hoc non esse inspiciendum.

Unde etiam, ad probandum justum rei valorem, constare debet, 191.
tale fuisse pretium commune illius rei, ideoque Testes non probant, qui deponunt, quòd res tanti vendita fuisset, nisi addant, communi pretio, Bartol. *in l. fin. sub num.* 2. *Cod. de prædiis & omn. reb. navicular.* Natta *consil.* 332. *num.* 2. & 3. Tiber. Decian. *volum.* 2. *respons.* 17. *num.* 30. Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens.* 257. *num.* 9. Johan. Baptista Plotus *de in litem jurando.* §. 4. *num.* 68.

Occasione materiæ hoc notabile addo, quod emens Frumentum, 192.
ad valorem vel pretium, quo vendatur Mense Maji, non teneatur de Jure Communi ad Summam immoderatam, si eveniat penuria & caristia insolita, post Imol. Jason. & Ripam, Plotus *de in litem jurando. dict.* §. 4. *num.* 69.

Forum ergò publicum illiusque valor attendendus est, id est, illud 193.
Forum, in quo sita sunt Prædia, de quorum Fructuum æstimatione controversia, & quæstio est, Ludov. Posthius *resolut.* 5. *num.* 12. Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens.* 706. *num.* 62. & 65. unde vult Escobar. *dict. cap.* 17. *num.* 25. Si Administrator potuit Triticum vel quid simile cariùs vendere, mit- 194.
tendo illud ad Forum vicini loci, & non misit, sed domi illud viliori pretio vendidit, ex hoc non esse eum onerandum æstimatione quanti plurimi, confer. Matth. de Afflict. *Neapolitan. Decis.* 316. *in fine.* ubi docet, si quis sit debitor Tritici, quod solvi debebat in tali loco, & probatum sit, 195.
quòd alibi, quàm in loco destinatæ solutionis cariùs in Foro publico vendebatur, tempore, quo solvi debeat, non debere attendi talem probationem ad æstimationem quanti plurimi, sed probandum esse præcisè, quòd in ipso loco destinatæ solutionis tali tempore rerum venditarum fuerit pretium, Posthius *dict. resolut.* 5. *num.* 13. & *resolut.* 113. *num.* 81. Duode- 196.
cim

cim interea casus, quibus Administrator ad æstimationem quanti plurimi non tenetur, vide apud Escobar. *de Ratiocin. cap. 17. num. 28. & seqq.*

197. Non possum non hîc proponere quæstionem, mihi aliquando à quodam officiali propositam: Fuerat ille cuidam Comiti à servitiis, & non pecuniariæ tantùm, verùm etiam rei frumentariæ susceperat Administrationem, adeoque tum siliginis tum hordei quoque magnam partem Mercatoribus, Francofurti habitantibus, vendiderat. Tempore reddendarum Rationum, inter alia, quoque Frumenta divendita expensis **unter der** Rubric, **verkaufften Früchten/** inseruerat, & quidem juxta mensuram loci administrati officii. Calculatores à Domino Comite ad examinandas Rationes deputati, instabant, quinimò, cum mensura Francofurtana multò minor esset illâ, quàm quæ in loco venditionis frequentatur & recepta est, officialem Frumenta Francofurti tradidisse, ac proinde Frumentorum mensuram non ex loco, ubi habitabat officialis, metiendam, sed ad mensuram Francofurtanam frumentaria expensa dirigenda esse; **Der Verwalter solte die Außgab der verkaufften Früchten nicht nach des Wohn-Platzes/ sondern nach Franckfurter Maaß verrechnen/ und den Uberschuß seinem Herrn zu gutem kommen lassen.** Replicabat rationalis, se & in loco administrati officii vendidisse Frumenta, & ibi quoque tradidisse, fieri ergò sibi injuriam, si
198. innocenter, & præter meritum oneraretur. Respondebam ego, controversam quidem esse quæstionem, an mensura loci, ubi res venditæ
199. sunt sitæ, an verò contractûs sit observanda. Communiùs tamen obtinuisse, contractus mensuram sequendam esse, Matth. de Afflict. *decis. 363. num. 5.* Horat. Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap. 171. num. 3.* frequentiori calculo hanc opinionem receptam testatur, eamque latissimè defendit, Roland. à Valle *volum. 3. consil. 100. num. 7. & per tot.* Gilken *ad tit. 1. Cod. de Summa Trinit. num. 22.* eamque veriorem de Jure nuncupat Petr. Nicol. Mozzius *de Contract. rubr. de natur. emption. num. 53.* magis communem Johan. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 227. num. 2.* pro qua fuit judicatum apud Hartman. Pistor. *observat. 36. num. 2.* & in practica receptam dicit, Hieron. de Cævall. *Opinion. commun. contra commun. quæst. 733. num. 9. & seqq.* Cacheran. *decis. 114. num. 3.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 33. defi-*
200. *nit. 11. num. 9.* Non obstante, quod contrarium defendunt multi laudati à Cævall. *quæst. 5. num. 1. & seqq.* quam etiam sequuntur Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 33. gloss. 1. num. 86. in fin.* Papon. *lib. 17. tit. 2. arrest. 9.* pro qua quoque pronunciatum dicit Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 7. artic. 4. num. 3. vers. Quæri.* & Cacheran. *dict. decis. 114. in fine.*

Hoc

Hoc nostro tamen casu, cùm & locus contractus, & rei sitæ concurrant, præsumendum esse putavi, juxta eundem locum, mensuram & traditionem factam fuisse, maximè cum suam assertionem Juramento confirmare paratus esset Administrator, verùm, hoc non obstante, Rationum Examinatores, sive Jure sive injuriâ, in favorem Domini rationalem condemnaverunt. 201.

LOCUS DECIMUS.

Administrator quatenus de negligentia, culpa, & casu Rationem reddere teneatur.

SUMMARIA.

1. *Ratio est reddenda de omni eo, quod dolo culpave Administratoris commissum est.*
2. *Levem culpam præstare debet Tutor.*
3. *In Administratore negligente præsumitur dolus.*
4. *Levissimam culpam Administrator non præstat.*
5. *Nec vitium rei naturale.*
6. *De culpa & negligentia nimis scrupulosa non debet esse disquisitio.*
7. *Negligentia non præsumitur.*
8. *Sed ab ajente probanda est.*
9. *Semper in obscuris interpretatio fieri debet, ut culpa excludatur.*
10. *Præsumitur quis eandem diligentiam adhibuisse rebus alienis, quam in suis propriis adhibet.*
11. *Et semper id factum esse, quod ab alio verisimiliter factum fuisset.*
12. *Culpa probatur ex natura actus, qui dolum includit.*
13. *Si quis aliquem misit per loca periculosa.*
14. *Si quis, contradicente Domino, intempestivè iter suscepit.*
15. *Aut insolitam viam ineat.*
16. *Aut merces mari committit, cum terrâ advehere posset.*
17. *Si, relictâ planitie, per montes incedat.*
18. *Si quis merces assecurare non fecit, cùm posset.*
19. *Præsumitur culpa in eo, qui animal plus justo fatigavit, & oneravit.*
20. *Vel illud de nocte pascuis commisit.*
21. *Excusatur tamen, si ita ab aliis fieri hactenus observatum fuit.*
22. *Casus proponitur & deciditur.* & num. 23.
24. *In culpa est, qui non providit, aut cogitavit illum casum, quem prudentior prævidisset.*

25. *Veluti si de nocte ostium reliquit apertum, & furtum passus est.*
26. *Merces illicitas cum licitis navi committere, culpa est.*
27. *Vel navem aut equum sine gubernatore relinquere.*
28. *Culpa reus est, qui non facit vel evitat ea, quæ alii facere, vel evitare consueverunt.* & num. 31.32. *ubi casus & exemplum hujus culpæ narratur.*
29. *Lata culpa est, non facere, nec intelligere, quod major pars intelligit & facit.*
30. *Et non prævidere, quod alius facilè prævidisset.*
33. *Ex culpa damnum dans ad omne interesse tenetur.*
34. *Vehens res facilè fragiles ad majorem diligentiam & curam obligatur.*
35. *Quod affirmatur etiam de rebus pretiosis & magni valoris.*
36. *Villicus, non recto tempore segetes demetens, ex culpa Domino tenetur.* & num. 37.
38. *Negligentia magna culpa est, & magna culpa dolus.* & num. 57.
39. *In culpa est, qui non facit id, quod in tempore facere debet.*
40. *Administrator Domum non fulciens, Agrum vel Vineas non colens, damnum indè proveniens resarcire debet.* & num. 41. 42. 46.
43. *Eadem pœna ipsum expectat, si in tempore Frumenta non movet: vel Vinum non implet.*
44. *Peccat rerum gestor, qui Vineas vel Hortum Arboribus orbat, vel Arborum vitiumve curam negligit.*
45. *Vel si in locum demortuorum alias non substituit.*
47. *Administrator tenetur illa facere, quæ pro se faceret.*
48. *Levis culpa dicitur, quando quis non adhibet illam diligentiam, in rebus alienis, quam quis adhibet in propriis.* & num. 49 *hujus rei exemplum adfertur.*
50. *In culpa est, qui fuit de periculo monitus, & non paruit.* & num. 51.
52. *Non est necesse, culpam præcisè esse ordinatam ad casum, sed sufficit, potuisse ex tali causa talem effectum sequi.*
53. *An Dominus in itinere rapinam passo Administratori damnum resarcire teneatur.* & num. 54. 55. 56.
57. *Negligentia culpa annumeratur.*
58. *Pecora morbo correpta qui non curat, cùm posset, tenetur ad resarciendum damnum.*
59. *Idem affirmatur de eo, qui non inquirit ea, quæ inquirenda sunt.*
60. *Aut cùm posset impedimentum amovere, illud non amoverit.*
61. *Aut facit per alium illud, quod ipse tenebatur facere.* & num. 62.
63. *De culpa tenetur quoque is, qui Libros Rationis ita conscripsit, ut fidem non faciant.*
64. *Qui promissa non servat, aut lucri faciendi occasionem omittit.*
65. *Qui incepta negotia non perficit.* & num. 66.
67. *Culpa reus censetur, qui in re aliena non facit, quod in sua facit, vel facere consuevit.* & num. 68. 69.
70. *In culpa levi est, qui alienas Pecunias non servat, sed suas tantùm.* & num. 71.

72. *Dolo*

72. *Dolo non caret Depositarius, qui, rebus suis salvis, amissas ait deposito creditas.*
73. *An idem verum sit, si propria res pretiosiores essent amissis alienis? remissivè.*
74. *A culpa immunis non est, qui insolita negotia aggreditur.*
75. *Et talia, quæ non consueverunt fieri.*
76. *Culpâ non caret, qui eligit famulum infidelem, nota & vita deterioris.*
77. *Qui conductus opus non facit perfectum, aut vitiosum.*
78. *Opus ab Architecto vitiosè confectum, si pereat, Architecti periculo perit.*
79. *Qui non solùm in pretium, sed etiam ad omne interesse tenetur.*
80. *Culpa implicatur, qui potuit aliquid facere, & obligatus non facit.*
81. *Qui etiam in dolo esse dicitur.*
82. *In dolo est Administrator, Librum, omnes introitus & exitus clarè continentem, non conficiens.*
83. *Qui Registra annuorum Redituum corrupit.*
84. *Qui partem Pecuniæ à se receptam Libro Rationum non inseruit.*
85. *Qui, post redditas Rationes, Librorum sive Rationum Codices reddere recusat.*
86. *Allegans culpam eam probare debet.*
87. *Ut excludatur culpa, facienda est interpretatio.* & num. 88.
89. *Sive ea sit in omittendo, sive in committendo.*
90. *Certa & specialis culpa probanda est, sive quis agat, sive excipiat.*
91. *In obscuris culpa semper excluditur.*
92. *Magistratus, Reipublicæ Administrator, semper quoad officia eorum, præsumuntur diligentes.*
93. *Idque in omnibus aliis Administratoribus verum est.* & num. 94. 95.
96. *Maximè in illis, qui Juramentum Fidelitatis præstiterunt.*
97. *Culpam probare non sufficit, sed insuper probandum est, quòd culpa ista fuerit ordinata ad casum, & quòd casus non evenisset, nisi culpa præcessisset.* & num. 98.
99. *Culpa ad casum ordinata esse dicitur, si quis de damno evitando fuit præmonitus, & non paruit.*
100. *Si sit possibile, ex actu à culposo suscepto talem effectum sequi.*
101. *Si cogitare potuit Administrator, facilè casum subsecutum eventurum ex suo facto.*
102. *Alii casus recensentur remissivè.*
103. *An necessariò probandum sit, culpam esse causam proximam casus? Affirmant nonnulli.* & num. 104.
105. *Rectiùs negant alii.* & num. 106. 107.
108. *Quoties circa eandem rem duæ culpæ reperiuntur, proxima attendenda erit, nisi qualibet possit considerari.* & num. 109.
110. *Culpa ad casum ordinata fuerit, nec ne, non attenditur quando culposus operam dat rei illicitæ.*

183. *Duabus culpis concurrentibus, illa potior est, quæ in faciendo consistit.*
184. *In culpis mutuis compensationi non est locus.*
185. *Sed ultima attendi debet.*
186. *Culpa potiùs præsumitur, quàm dolus, & magis levis culpa quàm lata.*
187. *Culpa non imputatur illi, qui non tenetur ad faciendum.*
188. *Nemo fortuitos casus prævidere potest.*
189. *Quinam sint Casus fortuiti?*
190. *Casus fortuiti Domino sive Proprietario accrescunt.*
191. *Usufructuarius in locum mortuorum animalium alios substituere tenetur.* & num. 192.
193. *Fallit, si universus Grex ita intereat ut ex illo alia capita haberi non possint.*
194. *Furtum fortuitis casibus tunc annumeratur, si prævideri non potuit.*
195. *Furtum in dubio censetur factum culpâ ejus, qui tenebatur ad custodiam.*
196. *Utri sit injungenda probatio, casum fortuitum sine culpa Administratoris accidisse, distinguitur.* & num. 197. 198.
199. *Casus proponitur.*
200. *Amissionem rei probare, non est satis; sed insuper docendum est, quòd res casu & absque culpa fuerit amissa.*
201. *Exactores Pecuniæ Fiscalis, si sunt in mora solvendi, damnum post moram secutam sibi imputare tenentur.*
202. *Idem statuitur de illis, qui Magnatum Pecunias ad locum destinatum non reponunt.*
203. *Ejus rei casus proponitur & deciditur, juxta prædicta.* & num. 204. 205. 208. 209.
206. *Administrator inferior jussui superioris obtemperans, ab omni culpa excusatur.*
207. *Imputatur illi, qui non investigat illa, quæ sunt investiganda.*
210. *Alius adducitur casus.*
211. *Amissio rei probatur Juramento amittentis.*
212. *Sed hoc ita, si exhibenda est res Officio Judicis, secùs si Jure Actionis, & in illis, qui rem custodire tenentur.*
213. *Absurdum est, probationem amissionis committere nudo Juramento amittentis.* & num. 215.
214. *Probatur autem amissio solo Juramento, tribus concurrentibus: Et quidem, si casus amissionis, uti est incendium & similia, legitimè probatur.*
215. *Non probato casu, amissionem allegant, etiamsi jurare velit, non creditur.*
216. *Furtum ex quibus conjecturis probetur? remissivè.*
217. *Casu probato, standum est Juramento partis asserentis, se res amisisse.*
218. *Etiam quoad quantitatem vel summam rerum amissarum.* & num. 219.

220. *Instru-*

220. *Instrumenti Tenor contra surripientem & lacerantem, per solum Juramentum probari potest,* vide etiam num. 223. & 225.
221. *Ipse verò casus, nisi per Testes, vel per alias legitimas probationes, probari non potest.*
222. *In probandis casibus multum discretioni & arbitrio Judicis committitur.*
223. *Si Instrumenti subtractio vel laceratio Juramento amittentis probanda venit, tunc Tenor ejus jurejurando non probatur.*
224. *Qui probat amissionem non propria sed alterius amissa rei, quantitatem Juramento quoque docere nequit.*
226. *Ut quis amissionem Juramento probare possit, requiritur 2. ut, amissionem allegans, doceat, rem in loco fuisse, ubi casus evenit.*
227. *Si constat rem antè fuisse in loco, præsumendum est, ibidem usque ad tempus amissionis mansisse.*
228. *Reprobatur opinio Speculatoris, contrarium sentientis.*
229. *Prior opinio tunc maximè procedit, si talis fuerit res amissa, quæ communiter in loco isto custodiri solebat, secùs si alibi.*
230. *Non requiritur probatio, rem in loco fuisse, si vel universa Civitas, vel tota Domus cum omnibus igne, aut alio infortunio periit.*
231. *Requiritur 3. ut Persona, ad Juramentum admittenda, sit integra & bonæ famæ.*
232. *Personæ legali & in officio constitutæ, in materia probandæ amissionis, per Juramentum multum tribuitur.*
233. *In rebus modici præjudicii statur nudæ assertioni juratæ.*
234. *Exemplum adducitur.*
235. *Amissio Chirographi non tollit persecutionem debiti, si aliunde de debito constet.*
236. *Sed Debitor tenetur novum conficere.*
237. *Creditor utrum omisso Chirographo nihilominus Fidejussorem convenire possit? disting.*
238. *Antequam amissio Juramento probari potest, requiritur, ut adsit aliqua conjectura vel præsumptio, rem esse amissam.*
239. *Casus fortuiti probatio posita est in arbitrio Judicis.*
240. *Rerum amissarum quantitas Juramento non probatur, quando non delinquens, sed tertius, ex hujus dolo convenitur.*
241. *Hinc non admittitur probatio per Juramentum contra Dominum, si conveniatur ob deprædationes & rapinas, in suo Territorio commissas.*
242. *Furto vel rapinâ probatâ, Domino defertur Juramentum super quantitate rerum subtractarum.*
243. *Probato debito in genere, ejus summa vel quantitas Juramento docetur.* & num. 244.
245. *Substantiâ crediti probatâ, ad explorandam quantitatem statur Libro scribentis.*

286. *Exacto-*

286. *Exactores publici Principum Pecuniam mutare, & loco unius Monetæ aliam substituere non debent.*
287. *Ipsis interdictum est, collocare publicas Pecunias in Usuras.*
288. *Cum Pecunia Principum, ad certas causas destinata, Exactores sine lucrifacti amissione mercari non possunt.*
289. *Possunt tamen, si sunt Debitores in genere, & suo tempore tantundem tantùm Domino reddere tenentur.*
290. *Qui sub certo demum termino Pecuniam publicam reddere cogitur, interim cum illa negotiari potest.*
291. *Pecunia Principis, ad solutionem Creditorum deputata, mutari potest ab Administratore, & bona Moneta alterius speciei pro bona substitui.*

APud omnes constare puto, de omni eo, quod dolo culpâve Ad- 1.
ministratoris commissum est, reddendam esse rationem, *l. 1. §. 1.*
ff. de Magistrat. Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 21.* ubi dicit, quic- 2.
quid dolo, culpâve levi commissum est, id Administratori in Rationibus imputari, ut solvere & ferre illud debeat, Ernest. Cothman. *volum. 4. respons. 39. num. 38.* adeò, ut in negligente præsumatur dolus, juxta Cra- 3.
vett. *consil. 132. num. 4.* ex levissima verò conveniri & onerari nequit, Cra- 4.
vett. *consil. 94. num. 52. & seqq.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consil. 90. num. 36.* Frider. Pruckman. *volum. 1. consil. 3. num. 41.* communem dicit. Losæus *de Jure Universitat. part. 3. cap. fin. num. 42.* confer. Borgnin. Cavalcan. *part. 1. Decis. Fivizan. 37. num. 22.* ubi de culpa levissima, vel vitio naturali 5.
nunquam reddendam esse rationem concludit, vid. Georg. Adam. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. lib. 26. tit. 7. num. 38.* & Johan. Goedd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 52. num. 35.* ubi Cels. Bargal. & Petr. Fabr. pro dissentient. allegat, quibus addo Barthol. Socin. *volum. 1. consil. 2. num. 13.* & Jacob. Me-
noch. *consil. 1085. num. 4.* ubi culpæ levissimæ nomine teneri Tutores, & 6.
Curatores ait, imò potiùs de culpa & negligentia Administratoris nimis rigidam & scrupulosam disquisitionem non esse instituendam, docet Pruckman. *dict. consil. 3. num. 46.* & Tiber. Decian. *volum. 4. respons. 47. num. 36.*

Cæterùm cùm quilibet præsumatur in officio diligens, non verò 7.
negligens, saltim tali negligentiâ, quæ cadit in levem culpam, hinc Administratoris negligentia à Domino probanda est, Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 29. num. 14.* Riminald. Jun. *consil. 1. num. 40.* Johan. Petr. Surd. *consil. 12. num. 16.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 468. num. 1. & per tot.* & *conclus. 1092. num. 1. & 2.* Menoch *lib. 6. præsumpt. 77. num. 3.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 22.* Rauchbar. *part. 2. quæst. 10. num. 52.* Johan. Goedd. *volum. 1.*

Consil. Marpurg. 24. num. 117. Cravett. *consil. 425. num. 58.* & *consil. 930. num. 10.*
8. Berlich. *part. 5. conclus. 57. num 58.* Idque in terminis exigendorum debitorum verum esse, scilicet ut negligentiam alleganti onus probandi incumbat, probat *l. 57. ff. de administrat. tutor.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5.*
9. *resolut. 7. num. 7.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 71. num. 10.* ratio est, quòd in obscuris semper interpretatio pro excludenda culpa sumenda sit, Cravett. *consil. 353. num. 15.* Riminald. Jun. *consil. 801. num. 29.* Hector Fe-
10. licius *de Societate cap. 21. num. 32.* & præsumendum est, id in alienis rebus aliquem fecisse, quod in suis fecit, Cravett. *consil. 151. num* & *consil. 319. num. 15.* Pruckman. *volum. 1. consil. 41. num. 23.* & Tutorem non nisi cautè pro Pupillo suo contraxisse, Cephal. *consil. 315. num. 41.* Pruckman. *citat.*
11. *loc. num. 23.* & in genere omne id factum esse, quod ab alio verisimiliter factum fuisset, ad hoc, ut excludatur culpa, Matth. de Afflict. *Neapolitan. Decis. 13. num. 17. vers. Quinta conjectura.* Felicius *dict. cap. 21. num. 34.* probatur autem vel præsumitur culpa multis modis.
12. Et quidem Primò ex ipso actu, in quo de sui natura dolus continetur, si enim continet dolum, multò magis & culpam, Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num. 135.* Felicius *de Societate cap. 21. num. 36.*
13. Secundò in culpa esse dicitur Administrator, qui Famulum per loca periculosa misit, isque cum rebus periit, Petr. de Ubald. *de duobus Fratri-*
14. *bus part. 8. num. 1. in fin.* Felicius *de Societate cap. 21. num. 70.* qui iter suscepit tempore intempestivo, contradicente Domino, Riminald. Jun. *consil. 210. num. 42. & 43.* & *consil. 441. num. 32.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens.*
15. *166. num. 28.* ubi *num. 30.* addit, in culpa quoque illum esse, qui semitam
16. consuetam non calcat. Et de eo, qui merces mari commisit, cùm terrâ advehere posset, nisi excusetur à solito vel consueto, loquitur *l. 52.*
17. *§. 4.* ibi cùm non per planitiem, & ivit per montes. Per tutiora enim loca iter instituendum est, licet sint longiora, Bald. *volum. 2. consil. 395. num. 7.* Surd. *citat. consil. 12. num. 28.* Felicius *dict. cap. 21. num. 70.* ubi dicit,
18. se ex istis regulis de facto respondisse, socium in culpa fuisse, qui assecurare poterat merces, cum lucro, & id non fecerat, cùm periissent, nisi à solito, non ineundi talem assecurationis contractum, fuisset excusatus.
19. Tertiò in culpa esse dicitur ille, qui animal plus justo oneravit, vel
20. nimio itinere fatigavit, *l. 27. §. 23. ff. ad Leg. Aquil.* vel illud de nocte Pascuis commisit, nisi ipsum excuset consuetudo, Bartol. *in l. si negotia. 12.*
21. *vers. Ultimò Gloss.* ubi docet, Equum Pascuis committentem excusari, si culpa ipsi imputari non possit, utpote quòd diligens Paterfamilias hoc
22. fecisset. Ex qua doctrina aliquando excusandum esse Tutorem dixi,

qui

qui Pupilli sui Equum, juxta morem hisce in terris frequentem, publicis Pascuis nocturno tempore commiserat, summo autem mane abactum, & furto subtractum esse deprehendebat, adde Ripam *de nocturno tempore cap. 12. num. 18.* Felicium *dict. cap. 21. num. 75.* Riminald. Jun. *consil. 441. num. 4.* ubi dicit, illum, qui Equum sibi commodatum dimisit in Pascua, in quibus ex communi consuetudine, & alii habebant, non obligari, si lupus eum de nocte dilaniavit, vel aliàs surreptus fuit, eò, quòd fecerit illud, quod alii passim faciebant, adde Riminald. *consil. 210. num. 12.* Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 29. num. 17.* 23.

Quartò in culpa est Administrator, qui non cogitavit, vel providit casum, qui facilè evenire poterat, Cravetta *consil. 170. num. 11.* & *consil. 179. num. 16.* Johan. Petr. Surd. *consil. 12. num. 25.* Riminald. Jun. *consil. 441. num. 56.* 24. ut si de nocte ostium domus reliquit apertum, & rerum ad Dominum spectantium furtum passus est, Bald. *in l. sola. num. 13. Cod. de testib.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consil. 90. num. 7.* ubi culpam & negligentiam esse dicit, non claudere ostium, vel merces illicitas, cum licitis navi imponere, si ex illo facto deinde merces in commissum cadant & publicentur, *l. 3. Cod. de nautico fœnore.* Navem, item Equum, vel quid simile, quod ab aliis regi consuevit, sine gubernatore reliquit, Petr. de Ubaldi *de duobus fratribus part. 8. num. 1.* Felicius *de Societate cap. 21. num. 78.* 25. 26. 27.

Quintò culpæ reus est ille, qui non facit id, quod alii vel faciunt, vel facere consueverunt, Ludov. Roman. *consil. 441. num. 56.* Johan. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 84. num. 4.* Riminald. Jun. *consil. 441. num. 56.* Johann. Gœdd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 50.* lata enim culpa est, non intelligere & non facere, quod omnes, vel major pars intelligunt & faciunt, *l. 213. §. fin. l. 223. ff. de verbor. significat.* Riminald. Jun. *consil. 398. num. 22.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num. 32.* Item non prævidere hoc, quod alius Vir circumspectus facilè prævidisset, *l. 31. ff. ad Leg. Aquil.* ubi expressè dicitur, culpam esse, si aliquid à diligenti prævideri poterit, & hoc non esset prævisum, Riminald. Jun. *consil. 441. num. 22. & 35.* Cyriac. *dict. Controvers. 166. num. 30.* Nec evitare illud, quod communiter omnes faciunt, Cyriac. *Controvers. 358. num. 30.* 28. 29. 30. 31.

Ex duabus hisce Regulis decidendus erat sequens casus: Quidam auriga, qui dolium Vino repletum ex conducto vehebat, circa meridiem cum equo quieti, & pabulo indulgere volens, currus temonem ligone consueto fulciverat, ipso verò absente, & equi curam habente, porcus currum, virtute ligonis elevatum tantâ vi concutiebat, ut, isto motu agitatus temo, se de ligone præcipitaret, ligo verò ipse per dolii exteriores partes ita se insinuaret, ut, rupto dolio, omne Vinum effundere- 32.

deretur; Der Fuhrmann hatte die Deichsel seines Karn mit der gewöhnlichen Fuhrmanns-Hacken bey dem Außspannen unterstützet/ und hernacher also stehen lassen/ wodurch erfolget/ daß ein Schwein den Karn hart beweget/ und die Hacken/ als der Karn davon abgefallen/ durch des Faßes Boden getrieben. Cùm igitur iste Auriga casum istum, qui evenit, facilè prospicere potuerit, imò & debuerit, condemnandum illum esse putavi, & quidem nedum, pro resarciendo damno Vini, per incuriam
33. ipsius effusi, verùm etiam pro quocunque alio interesse, etiam lucro cessante, Johan. Petr. Surd. *consil. 12. num. 22.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num. 13. & 21.*

34. Et quòd ille, qui venit rem fragilem, vel facilè frangibilem, uti est columna marmorea, & in specie dolium, teneatur de culpa levissima, & casu, qualis hic noster est, qui quoquo modo potuit prævideri, tradunt in terminis per *l. si merces. 25. §. 7. ff. locati conducti.* Riminald. Jun. *consil. 441. num. 21. & seqq.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num.*
35. *6. & seqq.* ubi etiam *num. 10. cum seqq.* docet, in vestimentis pretiosis, vasis argenteis vel aureis, jumentis, & similibus exactam diligentiam requirentibus, levissimam culpam præstandam esse, per §. *penult. Institut. de locat. & conduct.*

36. Ex hac posteriori conclusione condemnandus quoque erat quidam Villicus, qui nimiâ procrastinatione segetes, ad Dominum spectantes, tempestivè demeti non curaverat, ex qua mora spicæ nimiâ ariditate corruptæ, maximam granorum partem excusserant, prout in terminis docet Riminald. Jun. *consil. 52. num. 134. & seqq.* ubi loquitur de quo-
37. dam Administratore, qui messores quidem, sed numero pauciores, quàm satis erat, pro Frumentis in tempore secandis conduxerat, & concludit, cùm ex personarum sive laboratorum defectu Frumenta tempore debito demessa non fuissent, Administratori damnum indè resul-
38. tans imputandum esse. Quæ conclusio rationem habet, ista quippe negligentia, cùm fuerit magna, culpa erat, prout & magna culpa dolus
39. est, *l. 226. ff. de verbor. significat.* Pruckman. *lib. 1. consil. 41. num. 4.* & qui permittit labi tempus, & non facit, quod in tempore facere debet, in culpa esse dicitur, Riminald. Jun. *dict. consil. 52. num. 138.*

40. Unde infertur, si Administrator Domum, suæ curæ commissam, non fulsit, Agros vel Vineas non coluit, & ex hoc Patrimonio Domini damnum illatum fuerit, hoc ab ipso resarciendum esse, Munnoz. de
41. Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 1. & 2.* ubi ex Platea dicit, si Administrator Reipublicæ sarta tecta non habeat, & ideò Triticum in publico horreo putrefactum, vel aliàs deterioratum fuerit, obligari Administratorem

torem

torem ad refundendum damnum, confer. Jason. *volum. 2. consil. 229. num. 27. & 28.* ubi res alienas gerentem ad resarciendum damnum condemnat, si non refecit ædificia, modò non sit necesse plus expendere, quàm sit ædium valor. 42.

Unde quoque & hoc est, si Administrator Frumenta tempestivè moveri aut eventilari, Vinum verò suo tempore, id est, singulis hebdomadibus impleri non curaverit, quoniam ex hac negligenti omissione utrique corruptio facilè accedit, imputandum esse ipsi, & non Domino damnum, si quod accesserit, Andreas Cludius *de Sequestrat. cap. 11. num. 7.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 258. num. 29.* Peccat quoque ex eodem fundamento rerum gestor in illo, si Vineas, vel Hortum arboribus orbat, inventarum Arborum vel vitium rationem & curam non habet, id est, omissâ racemorum putatione, aliâque negligentiâ, & omissâ necessariâ culturâ, damnum notabile infert, Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num 9.* Si in locum Arborum & vitium demortuarum alias non substituit, argum. *l. 18. ff. de usufruct.* & dicit Barthol. Socin. *volum. 1. consil. 8. & duobus seqq.* si Administrator differat exigere, vel necessaria reparare, vel aliud facere, per quod damnum postea inferatur, rectè ipsum conveniri posse, tenetur enim facere ea, quæ pro se faceret, *l. 10. & l. 33. in princ. ff. de administrat. tutor. cum simil.* Rota Genuens. *decis. 1. num. 39.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 100.* Francisc. Nig. Cyriac. *Controvers. Forens. 358.* de Sequestro loquens, *num. 7.* & levis culpa est, non facere id, quod faciunt diligentes Patresfamilias, & non adhibere eam diligentiam in alienis rebus, quam quis adhibet in propriis, Cludius *de Sequestrat. cap. 11. num. 11.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. 433. num. 16.* & *Controvers. 358. num. 36.* ubi dicit, & dat exemplum in adhibenda diligentia, ut debitis temporibus vaccæ adjungantur tauro, quod quilibet Paterfamilias, Pecora habens, omittere non solet. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.

Sextò ex eo vel maximè culpa arguitur, si quis fuerit de periculo, & damno evitando, præmonitus, & non paruit, Cravetta *consil. 97. num. 4. consil. 170. num. 10.* & *consil. 179. num. 5.* Riminald. Jun. *consil. 210. num. 43.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num. 37. & 41.* ubi culpam ad casum ordinatam esse dicit, quando culposus sobria suadenti aurem præbere detrectavit: & non est necesse, quòd culpa præcisè ordinata sit ad casum, sed satis est, si secundùm possibilitatem actus dicatur esse ordinata ad casum: hoc est, quod possibile sit, vel ex illa causa talem effectum sequi, Sfortia Oddus *consil. 31. num. 34.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num. 40.* 50. 51. 52.

Appli-

25. *Veluti si de nocte ostium reliquit apertum, & furtum passus est.*
26. *Merces illicitas cum licitis navi committere, culpa est.*
27. *Vel navem aut equum sine gubernatore relinquere.*
28. *Culpa reus est, qui non facit vel evitat ea, quæ alii facere, vel evitare consueverunt.* & num. 31. 32. *ubi casus & exemplum hujus culpæ narratur.*
29. *Lata culpa est, non facere, nec intelligere, quod major pars intelligit & facit.*
30. *Et non prævidere, quod alius facilè prævidisset.*
33. *Ex culpa damnum dans ad omne interesse tenetur.*
34. *Vehens res facilè fragiles ad majorem diligentiam & curam obligatur.*
35. *Quod affirmatur etiam de rebus pretiosis & magni valoris.*
36. *Villicus, non recto tempore segetes demetens, ex culpa Domino tenetur.* & num. 37.
38. *Negligentia magna culpa est, & magna culpa dolus.* & num. 57.
39. *In culpa est, qui non facit id, quod in tempore facere debet.*
40. *Administrator Domum non fulciens, Agrum vel Vineas non colens, damnum indè proveniens resarcire debet.* & num. 41. 42. 46.
43. *Eadem pœna ipsum expectat, si in tempore Frumenta non movet: vel Vinum non implet.*
44. *Peccat rerum gestor, qui Vineas vel Hortum Arboribus orbat, vel Arborum vitiumve curam negligit.*
45. *Vel si in locum demortuorum alias non substituit.*
47. *Administrator tenetur illa facere, quæ pro se faceret.*
48. *Levis culpa dicitur, quando quis non adhibet illam diligentiam, in rebus alienis, quam quis adhibet in propriis.* & num. 49 *hujus rei exemplum adfertur.*
50. *In culpa est, qui fuit de periculo monitus, & non paruit.* & num. 51.
52. *Non est necesse, culpam præcisè esse ordinatam ad casum, sed sufficit, potuisse ex tali causa talem effectum sequi.*
53. *An Dominus in itinere rapinam passo Administratori damnum resarcire teneatur.* & num. 54. 55. 56.
57. *Negligentia culpæ annumeratur.*
58. *Pecora morbo correpta qui non curat, cùm posset, tenetur ad resarciendum damnum.*
59. *Idem affirmatur de eo, qui non inquirit ea, quæ inquirenda sunt.*
60. *Aut cùm posset impedimentum amovere, illud non amoverit.*
61. *Aut facit per alium illud, quod ipse tenebatur facere.* & num. 62.
63. *De culpa tenetur quoque is, qui Libros Rationis ita conscripsit, ut fidem non faciant.*
64. *Qui promissa non servat, aut lucri faciendi occasionem omittit.*
65. *Qui incepta negotia non perficit.* & num. 66.
67. *Culpa reus censetur, qui in re aliena non facit, quod in sua facit, vel facere consuevit.* & num. 68. 69.
70. *In culpa levi est, qui alienas Pecunias non servat, sed suas tantùm.* & num. 71.

72. *Dolo*

72. *Dolo non caret Depositarius, qui, rebus suis salvis, amissas ait deposito creditas.*
73. *An idem verum sit, si propria res pretiosiores essent amissis alienis? remissivè.*
74. *A culpa immunis non est, qui insolita negotia aggreditur.*
75. *Et talia, quæ non consueverunt fieri.*
76. *Culpâ non caret, qui eligit famulum infidelem, nota & vita deterioris.*
77. *Qui conductus opus non facit perfectum, aut vitiosum.*
78. *Opus ab Architecto vitiosè confectum, si pereat, Architecti periculo perit.*
79. *Qui non solùm in pretium, sed etiam ad omne interesse tenetur.*
80. *Culpa implicatur, qui potuit aliquid facere, & obligatus non fecit.*
81. *Qui etiam in dolo esse dicitur.*
82. *In dolo est Administrator, Librum, omnes introitus & exitus clarè continentem, non conficiens.*
83. *Qui Registra annuorum Redituum corrupit.*
84. *Qui partem Pecuniæ à se receptam Libro Rationum non inseruit.*
85. *Qui, post redditas Rationes, Librorum sive Rationum Codices reddere recusat.*
86. *Allegans culpam eam probare debet.*
87. *Ut excludatur culpa, facienda est interpretatio.* & num. 88.
89. *Sive ea sit in omittendo, sive in committendo.*
90. *Certa & specialis culpa probanda est, sive quis agat, sive excipiat.*
91. *In obscuris culpa semper excluditur.*
92. *Magistratus, Reipublicæ Administrator, semper quoad officia eorum, præsumuntur diligentes.*
93. *Idque in omnibus aliis Administratoribus verum est.* & num. 94. 95.
96. *Maximè in illis, qui Juramentum Fidelitatis præstiterunt.*
97. *Culpam probare non sufficit, sed insuper probandum est, quòd culpa ista fuerit ordinata ad casum, & quòd casus non evenisset, nisi culpa præcessisset.* & num. 98.
99. *Culpa ad casum ordinata esse dicitur, si quis de damno evitando fuit præmonitus, & non paruit.*
100. *Si sit possibile, ex actu à culposo suscepto talem effectum sequi.*
101. *Si cogitare potuit Administrator, facilè casum subsecutum eventurum ex suo facto.*
102. *Alii casus recensentur remissivè.*
103. *An necessariò probandum sit, culpam esse causam proximam casus? Affirmant nonnulli.* & num. 104.
105. *Rectiùs negant alii.* & num. 106. 107.
108. *Quoties circa eandem rem duæ culpæ reperiuntur, proxima attendenda erit, nisi quælibet possit considerari.* & num. 109.
110. *Culpa ad casum ordinata fuerit, nec ne, non attenditur quando culposus operam dat rei illicitæ.*

111. *Damni occasionem qui dat, damnum ipse fecisse censetur.*
112. *Etiamsi levissimâ culpâ in faciendo consistente damnum illatum fuerit.*
113. *Dans operam rei illicitæ, non solùm de casu tenetur, sed etiam de omni eventu, præter intentionem subsecuto.* & num. 114. 115. 116.
117. *Administrator rem aliter gerens, quàm sibi mandatum fuit, tenetur de omni damno, præter intentionem suam eveniente.* & num. 118.
119. *Culpa certa & determinata probanda est.*
120. *Et quidem non per Testes singulares, sed & Contestes requiruntur.*
121. *Qui quidem non interrogati sua scientiæ causam sufficientem reddere debent.*
122. *Ex solo actu probato culpa præcisè probata dici nequit.*
123. *Ex rixis inter Conjuges exortis præcisè non infertur, Uxorem Marito cohabitare non posse.*
124. *Culpa non probatur ex eo, quòd Pecunia in Usuras non fuit collocata, nisi simul probetur, adfuisse idoneos, qui mutuo accipere volebant.*
125. *Nec ex isto, quòd Administrator Pecunias non exegit, nisi Dominus doceat, exactionem fuisse facilem.*
126. *Nec ex hoc, quòd Prædia Minorum non elocavit, nisi, Conductores adfuisse, monstretur.*
127. *Nec ex illo, quòd Tutor in loco destinato Solutioni Creditori non solvit, nisi Creditor probet, se tempore convento in isto loco fuisse.*
128. *Nec ex omissa venditione rerum mobilium, si non probatur, adfuisse Emtores.*
129. *Cui parti probatio culpæ imponenda sit, disting.* num. 130. 131. 132.
133. *Casu amissionis probato ab allegante, purgatio per Juramentum nihilòminus imponi potest.*
134. *In culpa non est ille, qui illud non fecit, ad quod non tenebatur.*
135. *Qui rem prohibitam & impossibilem non aggreditur.* & num. 136.
137. *Qui, in negotio nullam facinoris atrocitatem continente, Magistratus jussui obtemperat.* & num. 138.
139. *Si factum omissum nihil profuisset.*
140. *Vel etiam factum fuisset inutile.* & num. 141.
142. *Si dubium sit, an factum sit inutile; culpa non facienti non imputatur.*
143. *Excusatur Vasallus, Domum Feudalem non reficiens, si refectio nullam adferat utilitatem.* & num. 144.
145. *Ut quis à culpa excusetur, satis est, rem esse aliqualiter dubiam.*
146. *Culpa abfuisse præsumitur ab eo, qui facit, quod diligens Paterfamilias facere solet.* & num. 149. 150.
147. *Qui diligentissimus Paterfamilias esse solet, in eo culpa difficulter argui potest.*
148. *Bona fama diluit indicia & præsumtiones, delictum arguentes.*

151. 6. *Acul.*

151. *A culpa excusatur ille, qui res alienas ibi asservat & custodit, ubi res proprias solet asservare, & custodire.* & num. 152.
153. *Et si cum rebus alienis etiam propriæ fuerunt subtractæ.*
154. *Nisi constet, in re propria negligentem Administratorem fuisse.* & num. 155.
155. *Culpa in re propria tunc punitur, si etiam alii inde damnum allatum fuerit.*
156. *Res asservata in eo loco, in quo asservari antiquitus consueverat, omnem sinistram præsumptionem tollit.*
157. *Qui facit, quod communiter fieri assolet, ille omne periculum evadit, & culpæ argui nequit.*
158. *Maximè, ubi egerit secundùm morem Regionis & Consuetudinem Loci.* & num. 159.
160. *Administrator potest idem in exequendo actu facere, quod sui Antecessores in casu simili fecerunt.*
161. *Consuetudo excusat à culpa.*
162. *Etiamsi non sit præscripta, modò aliquando ita fuerit observatum.*
163. *Si non fuerit uniformis, illud sequendum est, quod magis fuit observatum.*
164. *Qui Pecuniam Puero custodiendam tradit, excusatur, si ita more Regionis receptum sit.*
165. *Idem dicitur de eo, qui juxta Consuetudinem Loci in Pascua misit Animalia sine Pastore.*
166. *Eodem modo excusatur, qui Merces non custodit, si custodiri non solebant.*
167. *Culpæ excusationem præstat rei faciendæ impossibilitas.*
168. *Casus, qui non potuit prævideri aut divinari, excusat à culpa.*
169. *Excusatur ille, qui fecit, quod debuit & potuit facere.*
170. *Navis periculum non præstat ille, qui tempore navigationis solita eam trans mare misit.*
171. *Nil imputatur gestori, qui ob pluviam videre non potuit, an merces reposuerit in locum satis tutum & securum.* & num. 172.
173. *Tutus locus esse dicitur, qui clave claudi potest.*
174. *Qui re utitur ad usum destinatum, ab omni culpa abest.* & num. 175.
176. *Adeò, ut non inspiciatur futurus eventus.*
177. *Hinc Animalia, Agro Pascuis destinata, immittens, non tenetur, si damnum dent.*
178. *Culpæ me incusare nequit ille, qui est in dolo.*
179. *Aut, qui est in pari vel graviori culpâ.*
180. *Qui causam vel occasionem culpæ dedit, culpam mihi objicere nequit.*
181. *In eo facto, ex quo nullum damnum resultat, culpâ allegari nequit.* & num. 188.
182. *Vice versâ, si ex facto damnum in me ipsum redundare posset, culpa argui non possum.*

183. *Dua-*

183. *Duabus culpis concurrentibus, illa potior est, quæ in faciendo consistit.*
184. *In culpis mutuis compensationi non est locus.*
185. *Sed ultima attendi debet.*
186. *Culpa potiùs præsumitur, quàm dolus, & magis levis culpa quàm lata.*
187. *Culpa non imputatur illi, qui non tenetur ad faciendum.*
188. *Nemo fortuitos casus prævidere potest.*
189. *Quinam sint Casus fortuiti?*
190. *Casus fortuiti Domino sive Proprietario accrescunt.*
191. *Usufructuarius in locum mortuorum animalium alios substituere tenetur.* & num. 192.
193. *Fallit, si universus Grex ita intereat ut ex illo alia capita haberi non possint.*
194. *Furtum fortuitis casibus tunc annumeratur, si prævideri non potuit.*
195. *Furtum in dubio censetur factum culpâ ejus, qui tenebatur ad custodiam.*
196. *Utri sit injungenda probatio, casum fortuitum sine culpa Administratoris accidisse, distinguitur.* & num. 197. 198.
199. *Casus proponitur.*
200. *Amissionem rei probare, non est satis, sed insuper docendum est, quòd res casu & absque culpa fuerit amissa.*
201. *Exactores Pecuniæ Fiscalis, si sunt in mora solvendi, damnum post moram secutam sibi imputare tenentur.*
202. *Idem statuitur de illis, qui Magnatum Pecunias ad locum destinatum non reponunt.*
203. *Ejus rei casus proponitur & deciditur, juxta prædicta.* & num. 204. 205. 208. 209.
206. *Administrator inferior jussui superioris obtemperans, ab omni culpa excusatur.*
207. *Imputatur illi, qui non investigat illa, quæ sunt investiganda.*
210. *Alius adducitur casus.*
211. *Amissio rei probatur Juramento amittentis.*
212. *Sed hoc ita, si exhibenda est res Officio Judicis, secùs si Jure Actionis, & in illis, qui rem custodire tenentur.*
213. *Absurdum est, probationem amissionis committere nudo Juramento amittentis.* & num. 215.
214. *Probatur autem amissio solo Juramento, tribus concurrentibus: Et quidem, si casus amissionis, uti est incendium & similia, legitimè probatur.*
215. *Non probato casu, amissionem allegant, etiamsi jurare velit, non creditur.*
216. *Furtum ex quibus conjecturis probetur? remissivè.*
217. *Casu probato, standum est Juramento partis asserentis, se res amisisse.*
218. *Etiam quoad quantitatem vel summam rerum amissarum.* & num. 219.

220. *Instru-*

220. *Instrumenti Tenor contra surripientem & lacerantem, per solum Juramentum probari potest,* vide etiam num. 223. & 225.

221. *Ipse verò casus, nisi per Testes, vel per alias legitimas probationes, probari non potest.*

222. *In probandis casibus multum discretioni & arbitrio Judicis committitur.*

223. *Si Instrumenti subtractio vel laceratio Juramento amittentis probanda venit, tunc Tenor ejus jurejurando non probatur.*

224. *Qui probat amissionem non propria sed alterius amissa rei, quantitatem Juramento quoque docere nequit.*

226. *Ut quis amissionem Juramento probare possit, requiritur 2. ut, amissionem allegans, doceat, rem in loco fuisse, ubi casus evenit.*

227. *Si constat rem antè fuisse in loco, præsumendum est, ibidem usque ad tempus amissionis mansisse.*

228. *Reprobatur opinio Speculatoris, contrarium sentientis.*

229. *Prior opinio tunc maximè procedit, si talis fuerit res amissa, quæ communiter in loco isto custodiri solebat, secùs si alibi.*

230. *Non requiritur probatio, rem in loco fuisse, si vel universa Civitas, vel tota Domus cum omnibus igne, aut alio infortunio periit.*

231. *Requiritur 3. ut Persona, ad Juramentum admittenda, sit integræ & bonæ famæ.*

232. *Personæ legali & in officio constitutæ, in materia probanda amissionis, per Juramentum multum tribuitur.*

233. *In rebus modici præjudicii statur nudæ assertioni juratæ.*

234. *Exemplum adducitur.*

235. *Amissio Chirographi non tollit persecutionem debiti, si aliunde de debito constet.*

236. *Sed Debitor tenetur novum conficere.*

237. *Creditor utrum omisso Chirographo nihilominus Fidejussorem convenire possit? disting.*

238. *Antequam amissio Juramento probari potest, requiritur, ut adsit aliqua conjectura vel præsumptio, rem esse amissam.*

239. *Casus fortuiti probatio posita est in arbitrio Judicis.*

240. *Rerum amissarum quantitas Juramento non probatur, quandò non delinquens, sed tertius, ex hujus dolo convenitur.*

241. *Hinc non admittitur probatio per Juramentum contra Dominum, si conveniatur ob deprædationes & rapinas, in suo Territorio commissas.*

242. *Furto vel rapinâ probatâ, Domino defertur Juramentum super quantitate rerum subtractarum.*

243. *Probato debito in genere, ejus summa vel quantitas Juramento docetur.* & num. 244.

245. *Substantiâ crediti probatâ, ad explorandam quantitatem statur Libro scribentis.*

286. *Exacto-*

286. *Exactores publici Principum Pecuniam mutare, & loco unius Monetæ aliam substituere non debent.*
287. *Ipsis interdictum est, collocare publicas Pecunias in Usuras.*
288. *Cum Pecunia Principum, ad certas causas destinata, Exactores sine lucrifacti amissione mercari non possunt.*
289. *Possunt tamen, si sunt Debitores in genere, & suo tempore tantundem tantùm Domino reddere tenentur.*
290. *Qui sub certo demum termino Pecuniam publicam reddere cogitur, interim cum illa negotiari potest.*
291. *Pecunia Principum, ad solutionem Creditorum deputata, mutari potest ab Administratore, & bona Moneta alterius speciei pro bona substitui.*

APud omnes constare puto, de omni eo, quod dolo culpâve Ad- 1.
ministratoris commissum est, reddendam esse rationem, *l. 1. §. 1. ff. de Magistrat.* Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 21.* ubi dicit, quic- 2.
quid dolo, culpâve levi commissum est, id Administratori in Rationibus imputari, ut solvere & ferre illud debeat, Ernest. Cothman. *volum. 4. respons. 39. num. 38.* adeò, ut in negligente præsumatur dolus, juxta Cra- 3.
vett. *consil. 132. num. 4.* ex levissima verò conveniri & onerari nequit, Cra- 4.
vett. *consil. 94. num. 52. & seqq.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consil. 90. num. 36.* Frider. Pruckman. *volum. 1. consil. 3. num. 41.* communem dicit. Losæus *de Jure Universitat. part. 3. cap. fin. num. 42.* confer. Borgnin. Cavalcan. *part. 1. Decis. Fivizan. 37. num. 22.* ubi de culpa levissima, vel vitio naturali 5.
nunquam reddendam esse rationem concludit, vid. Georg. Adam. Struv. *in Syntagm. Jur. Civil. lib. 26. tit. 7. num. 38.* & Johan. Goedd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 52. num. 35.* ubi Cels. Bargal. & Petr. Fabr. pro dissentient. allegat, quibus addo Barthol. Socin. *volum. 1. consil. 2. num. 13.* & Jacob. Menoch. *consil. 1085. num. 4.* ubi culpæ levissimæ nomine teneri Tutores, & 6.
Curatores ait, imò potiùs de culpa & negligentia Administratoris nimis rigidam & scrupulosam disquisitionem non esse instituendam, docet Pruckman. *dict. consil. 3. num. 46.* & Tiber. Decian. *volum. 4. respons. 47. num. 36.*

Cæterùm cùm quilibet præsumatur in officio diligens, non verò 7.
negligens, saltim tali negligentiâ, quæ cadit in levem culpam, hinc Administratoris negligentia à Domino probanda est, Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 29. num. 14.* Riminald. Jun. *consil. 1. num. 40.* Johan. Petr. Surd. *consil. 22. num. 16.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 468. num. 1. & per tot.* & *conclus. 1092. num. 1. & 2.* Menoch *lib. 6. præsumpt. 77. num. 3.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 22.* Rauchbar. *part. 2. quæst. 10. num. 52.* Johan. Goedd. *volum. 1.*

Consil. Marpurg. 24. num. 117. Cravett. *consil. 425. num. 58.* & *consil. 930. num. 10.*
8. Berlich. *part. 5. conclus. 57. num 58.* Idque in terminis exigendorum debitorum verum esse, scilicet ut negligentiam alleganti onus probandi incumbat, probat *l. 57. ff. de administrat. tutor.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5.*
9. *resolut. 7. num. 7.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 71. num. 10.* ratio est, quòd in obscuris semper interpretatio pro excludenda culpa sumenda sit, Cravett. *consil. 353. num. 15.* Riminald. Jun. *consil. 801. num. 29.* Hector Fe-
10. licius *de Societate cap. 21. num. 32.* & præsumendum est, id in alienis rebus aliquem fecisse, quod in suis fecit, Cravett. *consil. 151. num* & *consil. 319. num. 15.* Pruckman. *volum. 1. consil. 41. num. 23.* & Tutorem non nisi cautè pro Pupillo suo contraxisse, Cephal. *consil. 315. num. 41.* Pruckman. *citat.*
11. *loc. num. 23.* & in genere omne id factum esse, quod ab alio verisimiliter factum fuisset, ad hoc, ut excludatur culpa, Matth. de Afflict. *Neapolitan. Decis. 13. num. 17. vers. Quinta conjectura.* Felicius *dict. cap. 21. num. 34.* probatur autem vel præsumitur culpa multis modis.

12. Et quidem Primò ex ipso actu, in quo de sui natura dolus continetur, si enim continet dolum, multò magis & culpam, Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num. 135.* Felicius *de Societate cap. 21. num. 36.*

13. Secundò in culpa esse dicitur Administrator, qui Famulum per loca periculosa misit, isque cum rebus periit, Petr. de Ubald. *de duobus Fratri-*
14. *bus part. 8. num. 1. in fin.* Felicius *de Societate cap. 21. num. 70.* qui iter suscepit tempore intempestivo, contradicente Domino, Riminald. Jun. *consil. 210. num. 42. & 43.* & *consil. 441. num. 32.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens.*
15. *166. num. 28.* ubi *num. 30.* addit, in culpa quoque illum esse, qui semitam
16. consuetam non calcat. Et de eo, qui merces mari commisit, cùm terrâ advehere posset, nisi excusetur à solito vel consueto, loquitur *l. 52.*
17. *§. 4.* ibi cùm non per planitiem, & ivit per montes. Per tutiora enim loca iter instituendum est, licet sint longiora, Bald. *volum. 2. consil. 395. num. 7.* Surd. *citat. consil. 12. num. 28.* Felicius *dict. cap. 21. num. 70.* ubi dicit,
18. se ex istis regulis de facto respondisse, socium in culpa fuisse, qui assecurare poterat merces, cum lucro, & id non fecerat, cùm periissent, nisi à solito, non ineundi talem assecurationis contractum, fuisset excusatus.

19. Tertiò in culpa esse dicitur ille, qui animal plus justo oneravit, vel
20. nimio itinere fatigavit, *l. 27. §. 23. ff. ad Leg. Aquil.* vel illud de nocte Pascuis commisit, nisi ipsum excuset consuetudo, Bartol. *in l. si negotia. 12.*
21. *vers. Ultimò Glossa.* ubi docet, Equum Pascuis committentem excusari, si culpa ipsi imputari non possit, utpote quòd diligens Paterfamilias hoc
22. fecisset. Ex qua doctrina aliquando excusandum esse Tutorem dixi, qui

qui Pupilli sui Equum, juxta morem hisce in terris frequentem, publicis Pascuis nocturno tempore commiserat; summo autem mane abactum, & furto subtractum esse deprehendebat, adde Ripam *de nocturno tempore cap. 12. num. 18.* Felicium *dict. cap. 21. num. 75.* Riminald. Jun. *consil. 441. num. 4.* ubi dicit, illum, qui Equum sibi commodatum dimisit in Pascua, in 23.
quibus ex communi consuetudine, & alii habebant, non obligari, si lupus eum de nocte dilaniavit, vel aliàs surreptus fuit, eò, quòd fecerit illud, quod alii passim faciebant, adde Riminald. *consil. 210. num. 12.* Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 29. num. 17.*

Quartò in culpa est Administrator, qui non cogitavit, vel providit 24.
casum, qui facilè evenire poterat, Cravetta *consil. 170. num. 11.* & *consil. 179. num. 16.* Johan. Petr. Surd. *consil. 12. num. 25.* Riminald. Jun. *consil. 441. num. 56.* ut si de nocte ostium domus reliquit apertum, & rerum ad Dominum 25.
spectantium furtum passus est, Bald. *in l. sola. num. 13. Cod. de testib.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consil. 90. num. 7.* ubi culpam & negligentiam esse 26.
dicit, non claudere ostium, vel merces illicitas, cum licitis navi imponere, si ex illo facto deinde merces in commissum cadant & publicentur, *l. 3. Cod. de nautico fœnore.* Navem, item Equum, vel quid simile, quod 27.
ab aliis regi consuevit, sine gubernatore reliquit, Petr. de Ubald. *de duobus fratribus part. 8. num. 1.* Felicius *de Societate cap. 21. num. 71.*

Quintò culpæ reus est ille, qui non facit id, quod alii vel faciunt, 28.
vel facere consueverunt, Ludov. Roman. *consil. 441. num. 56.* Johan. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 84. num. 4.* Riminald. Jun. *consil. 441. num. 56.* Johann. Gœdd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 50.* lata enim culpa est, non intel- 29.
ligere & non facere, quod omnes, vel major pars intelligunt & faciunt, *l. 213. §. fin. l. 223. ff. de verbor. significat.* Riminald. Jun. *consil. 398. num. 22.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num. 32.* Item non prævidere hoc, 30.
quod alius Vir circumspectus facilè prævidisset, *l. 31. ff. ad Leg. Aquil.* ubi expressè dicitur, culpam esse, si aliquid à diligenti prævideri poterit, & 31.
hoc non esset prævisum, Riminald. Jun. *consil. 441. num. 22. & 35.* Cyriac. *dict. Controvers. 166. num. 30.* Nec evitare illud, quod communiter omnes faciunt, Cyriac. *Controvers. 358. num. 30.*

Ex duabus hisce Regulis decidendus erat sequens casus: Quidam 32.
auriga, qui dolium Vino repletum ex conducto vehebat, circa meridiem cum equo quieti, & pabulo indulgere volens, currus temonem ligone consueto fulciverat, ipso verò absente, & equi curam habente, porcus currum, virtute ligonis elevatum tantâ vi concutiebat, ut, isto motu agitatus temo, se de ligone præcipitaret, ligo verò ipse per dolii exteriores partes ita se insinuaret, ut, rupto dolio, omne Vinum effun-

deretur; Der Fuhrmann hatte die Deichsel seines Karn mit der gewöhnlichen Fuhrmanns-Hacken bey dem Außspannen unterstützet/ und hernacher also stehen lassen/ wodurch erfolget/ daß ein Schwein den Karn hart beweget/ und die Hacken/ als der Karn davon abgefallen/ durch des Fasses Boden getrieben. Cùm igitur iste Auriga casum istum, qui evenit, facilè prospicere potuerit, imò & debuerit, condemnandum illum esse putavi, & quidem nedum, pro resarciendo damno Vini, per incuriam

33. ipsius effusi, verùm etiam pro quocunque alio interesse, etiam lucro cessante, Johan. Petr. Surd. *consil. 12. num. 22.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num. 13. & 21.*

34. Et quòd ille, qui venit rem fragilem, vel facilè frangibilem, uti est columna marmorea, & in specie dolium, teneatur de culpa levissima, & casu, qualis hic noster est, qui quoquo modo potuit præviderì, tradunt in terminis per *l. si merces. 25. §. 7. ff. locati conducti.* Riminald. Jun. *consil. 441. num. 21. & seqq.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num.*

35. *6. & seqq.* ubi etiam *num. 10. cum seqq.* docet, in vestimentis pretiosis, vasis argenteis vel aureis, jumentis, & similibus exactam diligentiam requirentibus, levissimam culpam præstandam esse, per §. *penult. Institut. de locat. & conduct.*

36. Ex hac posteriori conclusione condemnandus quoque erat quidam Villicus, qui nimiâ procrastinatione segetes, ad Dominum spectantes, tempestivè demeti non curaverat, ex qua mora spicæ nimiâ ariditate corruptæ, maximam granorum partem excusserant, prout in terminis docet Riminald. Jun. *consil. 52. num. 134. & seqq.* ubi loquitur de quo-

37. dam Administratore, qui messores quidem, sed numero pauciores, quàm satis erat, pro Frumentis in tempore secandis conduxerat, & concludit, cùm ex personarum sive laboratorum defectu Frumenta tempore debito demessa non fuissent, Administratori damnum indè resul-

38. tans imputandum esse. Quæ conclusio rationem habet, ista quippe negligentia, cùm fuerit magna, culpa erat, prout & magna culpa dolus

39. est, *l. 226. ff. de verbor. significat.* Pruckman. *lib. 1. consil. 41. num. 4.* & qui permittit labi tempus, & non facit, quod in tempore facere debet, in culpa esse dicitur, Riminald. Jun. *dict. consil. 52. num. 138.*

40. Unde infertur, si Administrator Domum, suæ curæ commissam, non fulsit, Agros vel Vineas non coluit, & ex hoc Patrimonio Domini damnum illatum fuerit, hoc ab ipso resarciendum esse, Munnoz. de

41. Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 1. & 2.* ubi ex Platea dicit, si Administrator Reipublicæ sarta tecta non habeat, & ideò Triticum in publico horreo putrefactum, vel aliàs deterioratum fuerit, obligari Administratorem

torem ad refundendum damnum, confer. Jason. *volum. 2. consil. 229. num. 27. & 28.* ubi res alienas gerentem ad resarciendum damnum condemnat, si non refecit ædificia, modò non sit necesse plus expendere, quàm sit ædium valor. 42.

Unde quoque & hoc est, si Administrator Frumenta tempestivè moveri aut eventilari, Vinum verò suo tempore, id est, singulis hebdomadibus impleri non curaverit, quoniam ex hac negligenti omissione utrique corruptio facilè accedit, imputandum esse ipsi, & non Domino damnum, si quod accesserit, Andreas Cludius *de Sequestrat. cap. 11. num. 7.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 258. num. 29.* Peccat quoque ex eodem fundamento rerum gestor in illo, si Vineas, vel Hortum arboribus orbat, inventarum Arborum vel vitium rationem & curam non habet, id est, omissâ racemorum putatione, aliâque negligentiâ, & omissâ necessariâ culturâ, damnum notabile infert, Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num 9.* Si in locum Arborum & vitium demortuarum alias non substituit, argum. *l. 18. ff. de usufruct.* & dicit Barthol. Socin. *volum. 1. consil. 8. & duobus seqq.* si Administrator differat exigere, vel necessaria reparare, vel aliud facere, per quod damnum postea inferatur, rectè ipsum conveniri posse, tenetur enim facere ea, quæ pro se faceret, *l. 10. & l. 33. in princ. ff. de administrat. tutor. cum simil.* Rota Genuens. *decis. 1. num. 39.* David Doring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 100.* Francisc. Nig. Cyriac. *Controvers. Forens. 358.* de Sequestro loquens, *num. 7.* & levis culpa est, non facere id, quod faciunt diligentes Patresfamilias, & non adhibere eam diligentiam in alienis rebus, quam quis adhibet in propriis, Cludius *de Sequestrat. cap. 11. num. 11.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. 433. num. 16.* & *Controvers. 358. num. 36.* ubi dicit, & dat exemplum in adhibenda diligentia, ut debitis temporibus vaccæ adjungantur tauro, quod quilibet Paterfamilias, Pecora habens, omittere non solet. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49.

Sextò ex eo vel maximè culpa arguitur, si quis fuerit de periculo, & damno evitando, præmonitus, & non paruit, Cravetta *consil. 97. num. 4. consil. 170. num. 10.* & *consil. 179. num. 5.* Riminald. Jun. *consil. 210. num. 43.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num. 37. & 41.* ubi culpam ad casum ordinatam esse dicit, quando culposus sobria suadenti aurem præbere detrectavit: & non est necesse, quòd culpa præcisè ordinata sit ad casum, sed satis est, si secundùm possibilitatem actus dicatur esse ordinata ad casum: hoc est, quod possibile sit, vel ex illa causa talem effectum sequi, Sfortia Oddus *consil. 31. num. 34.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num. 40.* 50. 51. 52.

Appli-

53. Applicanda erat hæc decisio quæstioni, ante multos Annos, cùm Illustrissimo Domino Johanni Ludovico, Ysenburgi & Budingæ Comiti, tunc temporis essem à serviriis, in dubium vocatæ. Generosissimus Dominus Comes unum ex præcipuis Ministris, cujus nomini lubens parco, pro certis negotiis expediendis Budingam ablegaverat: Ille, explicatis mandatis, cùm domum remearet, a Militibus Suedicis, in quos incidebat, ad interulam usque cum famulis excoriabatur, tandemque pro hujus damni, in itinere passi, refusione apud Illustrissimum Dominum Comitem instabat. Ego tunc temporis, cùm Viro hoc, cæteroquin integro & honesto, familiariter uterer, ut meam quoque sententiam
54. expromerem interrogatus, respondi ex *l. 26. §. 6. ff. Mandati.* Non omnia imputanda esse Mandatori, quæ Mandatarius impensurus non fuit, veluti in specie, quòd spoliatus sit à latronibus, aut naufragio res amiserit, vel languore suo suorumque adprehensus, quædam erogaverit,
55. cùm hæc magis casibus, quàm mandato imputari oporteat: Postea tamen didici, Legatis, qui barbarè Ambassiatores vocantur, resarciendum esse damnum in itinere perpessum, resque ablatas, quas usui suo, & honori sui Principalis secum portabant, puta vestes, argentaria, & his similia, restituenda esse à Domino, Johan. Georg. Becht. *de Securitate & Salvo Conduct. thes. 179.*

Verùm enim verò, cùm hic noster de adveniente Milite certam habuisset notitiam, & præterea à Viris gravibus de periculo terve quaterve fuisset monitus, qui insuper hortati fuerant, ne ulteriùs procederet, sed imò tantisper Hanoviæ commoraretur, donec phalanges mili-
56. tares ulteriùs processissent; Ille autem, hisce hortationibus, susque deque habitis, præsentissimo se subjecerat periculo, ex Regula jam dicta statuendum erat, nihil spoliato resarciendum esse, in quam sententiam etiam descendit Becht. modò laudatus, in rebus non quidem Legationis, sed Mercimonii causâ secum deductis, vel si, uti hoc nostro casu, propriâ culpâ rerum amissarum periculum incurrat Legatus.

57. Septimò cum negligentia quoque culpæ adnumeretur, Herman.
58. Vultej. *volum. 4. Consil. Marpurg. 25. num. 11.* haud absonum est concludere, Administratorem, qui Domini Pecora morbo fortè correpta in tempore non curavit, cùm posset, compellendum esse, ut damnum refundat, Petr. de Ubald. *de duobus Fratribus part. 8. num. 11.* Hector Felicius *de Societat. cap. 21. num. 83.*
59. Idem statuendum est, quando non inquirit ea, quæ inquirenda sunt, puta an in loco, ubi cum Mercibus transit, solvatur gabella vel vectigal, Cravetta *consil. 115. num. 3. & consil. 132. num. 13. & seqq.* Roland. à Valle *volum. 3. consil. 42. num. 3.* Felicius *dict. cap. 21. num. 84.* vel quan-

quando, cùm poteſt, impedimentum non amovet, Cravetta *conſil. 573.* 60.
num. 7. quando item per alium fieri juſſit; quod ipſe facere tenebatur, 61.
Riminald. Jun. *conſil. 210. num. 54.* Cyriac. *Controverſ. 166. num. 26.* utrobique 62.
dicunt, illum non carere culpâ, qui alium miſit, cùm deberet ire perſonaliter, inſuper quando malè ſcripſit Rationum Libros, ita ut fidem 63.
non faciant, contra veros Debitores, debitum negantes, Borgnin. Cavalcan. *part. 1. deciſ. 39. num. 38.* Felicius *dict. cap. 21. num. 85.* vel ſi Promiſſa 64.
non ſervat, vel, ſi poſſit, negotiando aliquod lucellum facere, ſed hoc 65.
omittit & tandem, ſi negotia incepta non perficit, de quibus omnibus
Felicius *citat. cap. 21. num. 90. & 91.* ubi etiam negligenti damnum adſcri- 66.
bendum eſſe dicit, quod ex ipſius mora pervenit.

Octavò culpæ reum faciunt illum Doctores communiter, qui non 67.
facit in re aliena, quod in ſua fecit, vel facere conſuevit, uti dixi ſuprà
per *l. 16. & l. 33. ff. de adminiſtrat. tutor.* Cravett. *conſil. 95. num. 5.* Ludov. Roman. *conſil. 426. num. 4.* ubi levem vocat culpam, deviare in rebus alienis 68.
ab illa diligentia, quam tunc temporis in rebus propriis adhibebat, juxta
l. 2. ff. pro ſocio. ubi ſufficere dicit JCtus Gajus, talem diligentiam com- 69.
munibus rebus adhibere, quam ſuis rebus adhibere ſolet, in culpa igi- 70.
tur levi dicitur eſſe, ille, qui Pecunias alienas non ſervavit, ſed ſuas tantùm, Riminald. Jun. *conſil. 210. num. 32. & 33.* Johan. Franciſc. Balthaſar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 18. reſolut. 2. num. 4.* ubi præſumptam fraudem hoc in 71.
ſe continere dicit, in alienis rebus non adhibere eam diligentiam, quam
in ſuis adhibere debet. Unde dolus præſumitur in Depoſitario, dicen- 72.
te, rebus depoſitis amiſſis, ſuas manſiſſe incolumes, niſi caſum fortuitum probet, Mantica *de tacit. & ambig. Convention. lib. 10. tit. 9. num. 40.* Balthaſar. qui plures allegat *citat. reſolut. 2. num. 15. verſ. Ex quo ſequitur.* An idem 73.
dicendum ſit, ſi res propriæ conſervatæ precioſiores ſint amiſſis alienis?
vide negantem Mantic. *dict. tit. 9. num. 41.* Balthaſar. *citat. reſolut. 2. verſ. Ex quo ſequitur.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 509. num. 3. & 4.*

Nonò ad culpam refertur, ſi quis inſolita negotia aggreditur, Bald. 74.
in l. ſi patruus. 4. num. 8. Cod. commun. utriusque Judic. Petr. de Ubald. *de duobus Fratribus part. 3. num. 39. verſ. Secundò caſu.* & *part. 8. num. 1. in fine.* Felicius *de Societat. cap. 21. num. 87.* & qui facit, quod fieri non conſuevit, Cravetta 75.
conſil. 280. num. 2. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 3. num. 33.*

Decimò culpa quoque committitur in electione, v. gr. ſi Admini- 76.
ſtrator eligit famulum deterioris vitæ, & infidelem, *l. videamus. 11. in princ. ff. locati conducti. l. 23. in fin. ff. de minor. l. 7. §. fin. ff. de inſtitor. action.* Cravetta *conſil. 8. num. 25.* Hector Felicius *de Societat. cap. 21. num. 88. & 89.*

77. Undecimò, culpa est in illo, qui opus, quod conduxit, vitiosum facit, & non perfectum, Petr. Paul. Paris. *volum. 1. consil. 37. num. 11.* unde
78. si ædificium, murus, vel quid simile, ab architecto factum, vitio operis, id est, quod minùs rectè, & juxta regulas peritorum in arte confectum non est, corrumpatur, architecti, & illius, qui opus conduxit, pericu-
79. lum est, *l. 36. cum l. seqq. l. 59. & l. fin. ff. locati conducti.* adeò, ut isti culposi Fabricatores, non solùm ad pretii, & ad omnis interesse solutionem condemnandi, verùm etiam insuper mulctandi sint, Paris. *dict. consil. 37. num. 5. & per tot.*

80. Duodecimò, negari non potest, illum vel maximè in culpa esse, qui potuit aliquid facere, & obligatus non fecit, Cravetta *consil. 132. num. 3. & 4.* Riminald. Jun. *consil. 1. num. 40.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1092. num. 5.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 433. num. 9.* Joh.
81. Gœdd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 23. num. 67.* Imò fortius, ubi quis ratione officii tenetur ad aliquid faciendum, & non facit, præsumitur esse in dolo, Cravetta *consil. 172. num. 5.* & *consil. 193. num. 2.* Menoch. *consil. 214. num. 8.* latè Herman. Vultej. *volum. 4. Consil. Marpurg. 36. num. 70. & quatuor seqq.*
82. unde non immeritò statuitur, fraudem & dolum in Administratore præsumi, qui Librum Rationum legitimum, omnes introitus & exitus, ordinatè, clarè & distinctè continentem, non conficit, Barthol. Socin. *volum. 2. consil. 190. num. 2.* David Doring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Admi-*
83. *nistrator. num. 378.* Menoch. *consil. 22. num. 11. & 13.* Qui Registra annuorum Redituum corrupit, vel depravavit, Matth. Berlich. *part. 5. Practicar. Con-*
84. *clus. 57. num. 59.* bonam Pecuniarum partem à se receptam, in Libro Rationum non descripsit, Prosper. Farinac. *lib. 1. consil. 96. num. 5.* Paris. *vo-*
85. *lum. 1. consil. 89. num. 19.* Berlich. *citat. conclus. 57. num. 60.* Et qui post redditam Rationem Administratorios Libros, computa continentes, reddere & exhibere recusat, Farinac. *citat. consil. 96. num. 11. & seqq.* Berlich. *dict. conclus. 57. num. 62.* Hæ sunt Regulæ, culpam Administratoris arguentes, obiter tantùm in chartam conjectæ, plures enim aliæ adhuc allegari possunt.

86. Culpa regulariter probanda est ab allegante, nec præsumitur, ita per *l. 5. ff. pro socio. l. 3. §. 7. ff. de re militari.* plerique concludunt: omissis antiquioribus, instar omnium sint, Mascard. *de Probation. conclus. 467. num. 1. & 2.* Cyriac. *Controvers. 63. num. 22.* & *Controvers. 180.* Mynsing. *decad. 11. respons. 7. num. 19.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num. 125.* Caspar. Klock. *volum. 3. consil. 135. num. 179. & 186.* Roland. à Valle *volum. 2. consil. 95. num. 22.* Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 29. num. 14.* Surd. *consil. 12. num. 17.* ne quidem levis, Menoch. *dict. præsumpt. 3. num. 125.* nec levissima, Johan. Gœdd. *volum. 3. Con-*

Consil. Marpurg. 33. num. 142. & ut excludatur, facienda est interpretatio, 87.
Riminald. Jun. *consil. 52. num. 142.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 268. num. 18. & 19.* & pronunciandum quem non fuisse in culpa, Tiber. 88.
Decian. *volum. 4. respons. 47. num. 54.* Cyriac. *dict. controvers. 268. num. 19.* sive 89.
sit in omittendo, sive in committendo, Alexand. *volum. 1. consil. 100. num. 3.*
Cravett. *consil. 151. num. 11.* Mascard. *de Probation. dict. conclus. 467. num. 2.* Adeò 90.
ut in genere culpam proponi & probari non sufficiat, sed certam specialemvè probationem esse oportet, sive fiat agendo, sive excipiendo, post plures adductos, Cravetta *consil. 994. num. 9.* Johan. Petr. Surd. *consil. 39. num. 12.* & *consil. 288. num. 16.* Marilian. *decis. 84. num. 2.* Caspar. Klock. *dict. consil. 139. num. 188.* in obscuris enim semper ea interpretatio sumitur, ut 91.
culpa excludatur, Cravett. *consil. 353. num. 15.* Klock. *volum. 3. consil. 135. num. 178.* Riminald. Jun. *consil. 80. num. 29.* Hector Felicius *de Societat. cap. 21. num. 32.* Mascard. *de Probation. conclus. 467. num. 3.* Johan. Gœdd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 43.* Et regulariter Magistratus, Reipublicæ Administratores, 92.
& Officiales præsumuntur debitam in his, quæ ad officium ipsorum spectant, diligentiam adhibuisse, *l. 1. Cod. qui & advers. quos. l. 2. vers. quod non arbitramur. Cod. de offic. civil. Judic.* Marc. Anton. Natta *consil. 420. num. 13.* Wesenbec. *consil. 269. num. 119.* & *consil. 292. num. 1.* Frideric. Pruckman. *lib. 1. consil. 30. num. 78.* Johan. Gœdd. *volum. 1. Consil. Marpurg. 24. num. 169.* Caspar. Klock. *volum. 3. consil. 135. num. 185.* Idque de omnibus indifferenter statuendum esse, concludit Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 2. num. 213.* Francisc. 93.
Bursat. *consil. 331. num. 9.* Jul. Clar. *recept. Sentent. §. fin. quæst. 7. vers. Habet igitur.* Johan. Gœdd. *volum. 3. Consil. Marpurg. 33. num. 220.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 268. num. 24.* ubi dicit, ad evitandam culpam, præsumi 94.
factum id, quod alii fecissent. Et præsumitur quis fecisse illud in rebus 95.
alienis, quod ipse vel alius fecisset, vel facere debuisset in propriis, Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num. 127.* Cyriac. *Controvers. 459. num. 21.* maximè, 96.
qui jurejurando se adstrinxit, Aymo Cravetta *consil. 930. num. 10. & seqq. vers. Juramenti ratione.* Johan. Gœdd. *dict. consil. 33. num. 220.*

Præterea non sufficit probari culpam, sed insuper etiam probandum est, quòd culpa ista fuerit ordinata ad casum, & quòd casus non 97.
evenisset, nisi culpa præcessisset, Hector Felic. *de Societat. cap. 23. num. 16.* Cravetta *consil. 8. num. 29. consil. 247. num 6.* & *consil. 319. num. 19.* Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 29. num. 29.* Johan. Petr. Surd. *consil. 12. num. 20.* Jacob. Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num. 138.* Francisc. Bursat. *consil. 134. num. 24.* & *consil. 196. num. 23.* Francisc. Vivius *Neapolitan. Decis. 524. num. 17.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num. 38.* Riminald. Jun. *consil. 210. num. 38.* Gœdd. *volum. 3. Consil. Marpurg. 33. num. 204.* ubi addit, si culpa non sit or- 98.

 dina-

77. Undecimò, culpa eſt in illo, qui opus, quod conduxit, vitioſum
facit, & non perfectum, Petr. Paul. Pariſ. *volum. 1. conſil. 37. num. 11.* unde
78. ſi ædificium, murus, vel quid ſimile, ab architecto factum, vitio operis,
id eſt, quod minùs rectè, & juxta regulas peritorum in arte confectum
non eſt, corrumpatur, architecti, & illius, qui opus conduxit, pericu-
79. lum eſt, *l. 36. cum l. ſeqq. l. 59.* & *l. fin. ff. locati conducti.* adeò, ut iſti culpoſi
Fabricatores, non ſolùm ad pretii, & ad omnis intereſſe ſolutionem
condemnandi, verùm etiam inſuper mulctandi ſint, Pariſ. *dict. conſil. 37. num. 5. & per tot.*

80. Duodecimò, negari non poteſt, illum vel maximè in culpa eſſe,
qui potuit aliquid facere, & obligatus non fecit, Cravetta *conſil. 132. num. 3. & 4.* Riminald. Jun. *conſil. 1. num. 40.* Joſeph. Maſcard. *de Probation. concluſ. 1092. num. 5.* Franciſc. Niger Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 433. num. 9.* Joh.
81. Gœdd. *volum. 4. Conſil. Marpurg. 23. num. 67.* Imò fortius, ubi quis ratione
officii tenetur ad aliquid faciendum, & non facit, præſumitur eſſe in
dolo, Cravetta *conſil. 172. num. 5.* & *conſil. 193. num. 2.* Menoch. *conſil. 214. num. 8.* latè Herman. Vultej. *volum. 4. Conſil. Marpurg. 36. num. 70. & quatuor ſeqq.*
82. unde non immeritò ſtatuitur, fraudem & dolum in Adminiſtratore præ-
ſumi, qui Librum Rationum legitimum, omnes introitus & exitus, or-
dinatè, clarè & diſtinctè continentem, non conficit, Barthol. Socin. *vo-
lum. 2. conſil. 190. num. 2.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Conſultor. verb. Admi-*
83. *niſtrator. num. 378.* Menoch. *conſil. 22. num. 11. & 13.* Qui Regiſtra annuorum
Redituum corrupit, vel depravavit, Matth. Berlich. *part. 5. Practicar. Con-*
84. *cluſ. 57. num. 59.* bonam Pecuniarum partem à ſe receptam, in Libro Ra-
tionum non deſcripſit, Proſper. Farinac. *lib. 1. conſil. 96. num. 5.* Pariſ. *vo-*
85. *lum. 1. conſil. 89. num. 19.* Berlich. *citat. concluſ. 57. num. 60.* Et qui poſt reddi-
tam Rationem Adminiſtratorios Libros, computa continentes, reddere
& exhibere recuſat, Farinac. *citat. conſil. 96. num. 11. & ſeqq.* Berlich. *dict. con-
cluſ. 57. num. 62.* Hæ ſunt Regulæ, culpam Adminiſtratoris arguentes,
obiter tantùm in chartam conjectæ, plures enim aliæ adhuc allegari
poſſunt.

86. Culpa regulariter probanda eſt ab allegante, nec præſumitur, ita
per *l. 5. ff. pro ſocio. l. 3. §. 7. ff. de re militari.* plerique concludunt: omiſſis
antiquioribus, inſtar omnium ſint, Maſcard. *de Probation. concluſ. 467. num. 1. & 2.* Cyriac. *Controverſ. 63. num. 22.* & *Controverſ. 180.* Mynſing. *decad. 11. re-
ſponſ. 7. num. 19.* Menoch. *lib. 5. præſumpt. 3. num. 125.* Caſpar. Klock. *volum. 3. conſil. 135. num. 179. & 186.* Roland. à Valle *volum. 2. conſil. 95. num. 22.* Tiber.
Decian. *volum. 1. reſponſ. 29. num. 14.* Surd. *conſil. 12. num. 17.* ne quidem levis,
Menoch. *dict. præſumpt. 3. num. 125.* nec leviſſima, Johan. Gœdd. *volum. 3.*

Con-

Consil. Marpurg. 33. num. 142. & ut excludatur, facienda est interpretatio, 87
Riminald. Jun. *consil. 52. num. 142.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 268. num. 18. & 19.* & pronunciandum quem non fuisse in culpa, Tiber. 88
Decian. *volum. 4. respons. 47. num. 54.* Cyriac. *dict. controvers. 268. num. 19.* sive 89
sit in omittendo, sive in committendo, Alexand. *volum. 1. consil. 100. num. 3.*
Cravett. *consil. 151. num. 11.* Mascard. *de Probation. dict. conclus. 467. num. 2.* Adeò 90
ut in genere culpam proponi & probari non sufficiat, sed certam specialemvè probationem esse oportet, sive fiat agendo, sive excipiendo, post plures adductos, Cravetta *consil. 994. num. 9.* Johan. Petr. Surd. *consil. 39. num. 12.* & *consil. 288. num. 16.* Marilian. *decis. 84. num. 2.* Caspar. Klock. *dict. consil. 139. num. 188.* in obscuris enim semper ea interpretatio sumitur, ut 91
culpa excludatur, Cravett. *consil. 353. num. 15.* Klock. *volum. 3. consil. 135. num. 178.* Riminald. Jun. *consil. 80. num. 29.* Hector Felicius *de Societat. cap. 21. num. 32.* Mascard. *de Probation. conclus. 467. num. 3.* Johan. Goedd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 43.* Et regulariter Magistratus, Reipublicæ Administratores, 92
& Officiales præsumuntur debitam in his, quæ ad officium ipsorum spectant, diligentiam adhibuisse, *l. 1. Cod. qui & advers. quos. l. 2. vers. quod non arbitramur. Cod. de offic. civil. Judic.* Marc. Anton. Natta *consil. 420. num. 13.* Wesenbec. *consil. 269. num. 119.* & *consil. 292. num. 1.* Frideric. Pruckman. *lib. 1. consil. 30. num. 78.* Johan. Goedd. *volum. 1. Consil. Marpurg. 24. num. 169.* Caspar. Klock. *volum. 3. consil. 135. num. 185.* Idque de omnibus indifferenter statuendum esse, concludit Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 2. num. 213.* Francisc. 93
Bursat. *consil. 331. num. 9.* Jul. Clar. *recept. Sentent. §. fin. quæst. 7. vers. Habet igitur.* Johan. Goedd. *volum. 3. Consil. Marpurg. 33. num. 220.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 268. num. 24.* ubi dicit, ad evitandam culpam, præsumi 94
factum id, quod alii fecissent. Et præsumitur quis fecisse illud in rebus 95
alienis, quod ipse vel alius fecisset, vel facere debuisset in propriis, Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num. 127.* Cyriac. *Controvers. 459. num. 21.* maximè, 96
qui jurejurando se adstrinxit, Aymo Cravetta *consil. 930. num. 10. & seqq. vers. Juramenti ratione.* Johan. Goedd. *dict. consil. 33. num. 220.*

Præterea non sufficit probari culpam, sed insuper etiam probandum est, quòd culpa ista fuerit ordinata ad casum, & quòd casus non 97
evenisset, nisi culpa præcessisset, Hector Felic. *de Societat. cap. 23. num. 16.* Cravetta *consil. 8. num. 29. consil. 247. num 6.* & *consil. 319. num. 19.* Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 29. num. 29.* Johan. Petr. Surd. *consil. 12. num. 20.* Jacob. Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num. 138.* Francisc. Bursat. *consil. 134. num. 24.* & *consil. 196. num. 23.* Francisc. Vivius *Neapolitan. Decis. 524. num. 17.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 166. num. 38.* Riminald. Jun. *consil. 210. num. 38.* Goedd. *volum. 3. Consil. Marpurg. 33. num. 204.* ubi addit, si culpa non sit or- 98
dina-

dinata ad casum, culposum de casu non teneri, ex mente Phil. Cornei volum. 1. consil. 108. num. 7. & Cravettæ consil. 651. num. 6.

99. Dicitur autem ordinata ad casum 1. Si quis de damno evitando fuit præmonitus, & non paruit, per dicta supr. hoc cap. num. 50. & seqq.

100. 2. Si sit possibile, ex actu à culposo suscepto talem effectum, qui postea evenit, subsequi potuisse, addo Joh. Petr. Surd. consil. 12. num. 64.

101. 3. Multò magis, si cogitare potuit, de facili casum illum eventurum ita faciendo, Johan. Gœdd. volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 40. & alii
102. ibid. citati. Surd. consil. 12. num. 25. Alios tres modos, quibus culpa casum præcedere dicitur, recenset Balthasar. ad Jus Bavar. part. 3. tit. 18. resolut. 2.
103. num. 15. ubi videndi. Volunt equidem nonnulli, non sufficere dicere, culpam esse ordinatam ad casum, nisi etiam probetur, culpam fuisse causam proximam casus, Cravetta consil. 247. num. 7. vers. Tertiò respondeo.
104. Johan. Gœdd. dict. consil. 57. num. 42. addentes, culpam istam debere casum principaliter respicere, Gœdd. dict. consil. 57. num. 41. & Cravetta dict.
105. consil. 247. num. 7. vers. Secundò respondeo. Verùm enim verò cum hæc doctrina mihi nullo Juris textu probetur, & præterea delinquentibus, & damnum inferentibus, tum etiam negligenter se habentibus, causam & occasionem præbeat, promeritas desidiæ & delicti pœnas evitandi. Hæc Cravettæ & sequacium doctrina, si non omninò sit rejicienda, saltim cum grano salis, & maximo adhibito temperamento, sequendam esse arbitror.

Quod quidem infinitis tum Juribus, tum Exemplis ex Jure desumptis, probare in proclivi esset, si chartæ brevitate non intercluderer.
106. Planè, si alius ignem fornaci subjecit, alius autem, fortè fornicarius servus, negligenter custodiit, & hinc villæ exustio fuerit secuta, uterque tenebitur, licet uterque causa proxima hujus damni dici non possit, Ul-
107. pian. in l. 27. § 9. ff. ad Leg. Aquil. sed & ille, qui noxios servos, damnum vicino inferentes, habuit, ad refectionem obligatur, etiamsi nec illi causa damni proxima queat imputari, l. 27. §. 11. eod. tit.

108. Concludendum ergò est, si duæ culpæ reperiantur, proximam attendendam esse, nisi quælibet per se sit consideranda, uti in dict. l. 27.
109. §. 9. ff. ad Leg. Aquil. Ubi verò una tantùm culpa casum præcedit, statuendum est, quòd tunc dicatur culpa ordinata ad casum, quando casus non evenisset, si non præcessisset culpa, & tunc quoque præsumendum est, casum evenisse propter præcedentem culpam, adeò, ut culposo, contrarium asserenti, probandi onus injungendum sit, Johan. Petr. Surd. consil. 12. num. 64. Hector Felicius de Societat. cap. 23. num. 21. & 22.

Quin-

Quinimò si culpa committitur in faciendo, per dantem operam 110.
rei illicitæ, ne quidem attenditur, an fuerit ad casum ordinata, per Jura à Felicio *dict. cap. 23. num. 23.* allegata, & tunc procedit trita Regula, 111.
damni occasionem qui dat, damnum ipsum dedisse, *l. 30. §. 3. ff. ad Leg. Aquil. l. 4. §. 13. ff. vi bonor. raptor.* Caspar. Klock. *volum. 3. consil. 135. num. 14.* etiamsi hoc damnum alteri neque dolo, neque latâ culpâ, sed culpâ 112.
saltem levissimâ, in faciendo consistente, allatum fuerit, Cravetta *consil. 95. num. 2.* Alexand. *volum. 1. consil. 50. num. 12.* Klock. *dict. consil. 135. num. 15.* &, dans operam rei illicitæ atque vetitæ, tenetur non solùm de casu, 113.
sed etiam de omni eventu, præter intentionem subsecuto, Klock. *citat. consil. 135. num. 16.* pro quo est *text. in l. 23. in princ. & §. 2. ff. ad Leg. Aquil.* ubi, si servus hæres institutus occisus sit, etiam hæreditatis æstimatio- 114.
nem venire, Ulpianus scribit; similiter *in l. 39. & l. 52. in princ. ff. de furt.* habetur, eum, qui effregit fores meretricis, seu alterius, causâ libidinis 115.
seu injuriarum, furti non teneri, de rebus ab aliis amotis & subtractis, teneri tamen ad damna & interesse, Bartol. *dict. l. 39. num. 2. vers. qua. 20. ff. de furt.* Marc. Anton. Natta *consil. 79. num. 6.* Hector Felicius *de Societat. dict. cap. 23. num. 24.* vide Prosper. Farinac. *de Homicid. quæst. 126. & 14. num. 85. 86. & 87.* ubi hanc Bartoli & Nattæ declarationem dubitabilem esse dicit, adde Klock. *citat. consil. 135. num. 73. & seqq. volum. 3. cum citat. ibid.* ubi latè deducit, operam dantem rei illicitæ, vel delicto causam præbentem, 116.
non teneri de damno postea subsecuto, nisi præcedens causa sit propinqua, & immediata ad illud, quod sequitur.

Certè Administrator, qui, mandato Domini posthabito, aliter 117.
rem gerit, quàm sibi specialiter mandatum fuerat, tenetur etiam de damno, præter ejus intentionem postea eveniente, sive rei licitæ operam det, sive illicitæ, Johan. Petr. Surd. *consil. 12. num. 67. & 68.* Felicius *dict. cap. 23. num. 26.* per *l. 13. §. 1. ff. locati conducti.* ubi navicularius, qui, cùm ha- 118.
beret navim, quæ ostium fluminis ingredi non poterat, merces immisit in aliam navim, quæ periit, non tenetur, nisi culpa intervenerit, tenetur tamen, si invitò Dominò hoc fecit.

Constat ex dictis, non præsumi culpam, sed probandam esse, 119.
quod in tantum verum est, ut certa & determinata culpa alleganda & probanda sit, nec satis est allegare & probare culpam in genere, *l. 7. in princ. ff. de injur.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 467. num. 25.* Jacob. Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num. 125.* Cravetta *consil. 151. num. 11.* & *consil. 525. num. 5.* Riminald. Jun. *consil. 52. num. 18.* Carol. Ruin. *lib. 5. consil. 12. in princ.* & *consil. 93. num. 8.* quid, quòd ad culpam probandam Testes singulares 120.
non sufficiant, sed & Contestes requirantur, Cravetta *consil. 151. num. 11.*

 qui

121. qui etiam non interrogati causam scientiæ sufficientem & concludentem reddere debent, Alexand. *volum. 6. consil. 74. num. 6.* Cravetta *consil.*
122. *525. num. 9.* Felicius *de Societat. cap. 23. num. 3.* equidem ex solo actu probato, culpa præcisè probata dici non potest, sed dicendum est potiùs, cùm actus separatus esse potest à culpa, ex eo non facilè culpam præsumendam esse, Carol. Ruin. *dict. consil. 93. num. 7.* Riminald. Jun. *consil. 1.*
123. *num. 41.* Unde aliquando dictum fuit, cùm frequentes essent contentiones & lamentabiles rixæ, inter Virum & Uxorem, hinc præcisè inferri non posse, ergò Uxor cum Marito, & vice versâ stare & habitare non potest, nisi insuper & in specie etiam probetur, hasce altercationes & jurgia causas esse præcipuas cohabitationis difficilis, ita in terminis Alexand. *volum. 1. consil. 100. num. 3.* Cravetta *consil. 151. num. 16.* Mascard. *de Probation. dict. conclus. 467. num. 24.* Hector Felicius *de Societat. cap. 23. num. 4.* Hinc
124. etiam ex hoc solo non est arguenda Tutoris culpa, quòd Pecunias Pupillares fœnori non exposuerit, nisi simul quoque dicatur, adfuisse idoneos, qui Pecuniam sub Usuris accipere volebant, dixi *casu 9. num. 36.*
125. Nec ex illo, quòd Pecunias Pupillares non exigit, nisi etiam probatum fuerit, exactionem fuisse facilem, Cravetta *consil. 531. num. 4.* Hector Fe-
126. licius *dict. cap. 23. num. 8.* Nec ex isto, quòd Prædia Minorum non elocavit, nisi simul doceatur, adfuisse elocandi facultatem, Cravetta *consil. 366.*
127. *num. 12.* Felicius *dict. cap. 23. num. 11.* Nec ex illo, quod ille, qui certo loco & tempore solvere tenebatur, promissis non stetit, nisi etiam probetur, illum, cui facienda erat solutio, fuisse dicto tempore in loco convento, & solutioni destinato, Alexand. *volum. 6. consil. 33. num. 8.* Philip. Decius *con-*
128. *sil. 166. num. 4.* Felicius *citat. cap. 23. num. 14.* Ex eodem fundamento excusatum Tutorem esse quis dicet, qui Pupilli Mobilia non vendiderat, cùm probatum necdum fuisset, adfuisse, qui dicta Mobilia emere volebant justo pretio, Philip. Decius *consil. 562. num. 12.* Cravetta *consil. 366. num. 12.* Felicius *citat. cap. 23. num. 12.*

129. Ad cognoscendum autem, utri parti probatio culpæ sit imponenda, sequens distinctio adhiberi solet: Aut agitur de contractu, in quo levissima culpa præstanda venit, & tunc allegans casum amissionis talem, qui regulariter sine culpa contingere solet, onere probandi, quòd scili-
130. cet casus sine sua culpa evenerit, onerandus non est. Aut ejusmodi casus prætenditur, qui regulariter absque culpa contingere non solet, hoc casu, quia præsumptio est contra Administratorem, alteriusve rei detentorem, utique is, absque sua culpa casum illum accidisse, probare necesse habet, ita adductis præjudiciis Carpzov. *Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 26. definit. 18. per tot.* Hartman. Pistor. *part. 1. quæst. 18. num. 8.*

Aut

Aut quæritur de actu, in quo tantùm levis culpa præstanda venit, tunc indifferenter, & non adhibitâ casuum distinctione, allegans culpam, illam probare debet, Trentacinq. *lib. 3. de Pignor. resolut. 3. cap. 3. vers. Hac conclusio.* Carpzov. *dict. constitut. 26. definit. 19. per tot.* Hartman. Pistor. *citat. quæst. 18. num. 11.* ubi dicit, cùm quidam Aurigæ Pecuniam Cistæ inclusam, ad certum locum vehendam, locasset, &, amissâ Pecuniâ, Auriga allegasset, furto eam ablatam esse, deque furto ipso satis constaret, Scabinos desuper consultos respondisse, Aurigam aliter non teneri, quàm si Dominus probaret, culpam Aurigæ intervenisse. Hoc tamen secundo membro, si scilicet casus fuerit probatus, illi, qui, amissionem sine sua culpa secutam fuisse, docet, purgationem per Juramentum imponit, Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 18. resolut. 2. num. 17. vers. Verùm alii.* 131. 132. 133.

Porrò ut nonnullos casus culpam excludentes, in favorem Administratorum compilemus. In culpa illum non esse concludimus: 1. Qui non fecit, quod facere non tenebatur, *l. 20. Cod. de negot. gest.* Joh. Petr. Surd. *consil. 150. num. 94.* Goedd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 33. num. 191.* & *Consil. 37. num. 50.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 57. num. 50.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 268. num. 23.* Johan. Petr. Surd. *decis. 87. num. 6.* 134.

2. Qui rem sibi prohibitam & impossibilem non aggreditur, *l. 17. §. 3. ff. de usur. l. 50. & l. 119. ff. de Regul. Jur.* ubi culpa imputari non potest, si quis non fecerit id, quod facere non potuit, Cravetta *consil. 319. num. 15. consil. 353. num. 10.* & *consil. 362.* Goedd. *dict. consil. 33. num. 192.* 135. 136.

3. Qui in negotio, nullam facinoris atrocitatem continente, Superiori vel Magistratui obtemperat, *l. 11. §. 4. ff. de his qui notantur infam. l. 37. in princ. ff. ad Leg. Aquil. l. 167. §. 1. ff. de Regul. Jur.* Francisc. Bursat. *consil. 312. num. 15. & 19.* Mynsing. *respons. 23. num. 27.* Cyriac. *Controvers. Forens. 291. num. 49. & seqq.* Goedd. *citat. consil. 33. num. 193. & 194.* ubi ait, in carceris custodem, aliumvè ministrum vel subditum, culpam non cadere, si id non agit, quod prohibitus erat facere à suo Magistratu, Cravetta *consil. 353. num. 10.* & *consil. 392. num. 2.* 137. 138.

4. Si factum omissum nihil profuisset, ejus omissio nullam arguit culpam, *l. 7. §. 4. vers. Idem ait.* ibi: *nullam injuriam aut damnum dare videtur, aque perituris ædibus. ff. quod vi aut clam.* Surd. *decis. 260. num. 6.* Felicius *de Societat. cap. 22. num. 14.* ubi idem dicit, si fuisset inutile, Riminald. Jun. *consil. 210. num. 51.* Cravetta *consil. 362. num. 6. consil. 366. num. 19. consil. 567. num. 3.* & *consil. 919. num. 15.* Johan. Petr. Surd. *consil. 39. num. 19. consil. 86. num. 17.* & *consil. 371. num. 6.* Joh. Goedd. *dict. consil. 33. num. 198.* ubi, in universum, inquit, verum est, nemini adscribi, cur aliquid omisit, aut neglexit, quod usui 139. 140. 141.

142 usui non erat futurum. In tantum, ut, si dubium sit, an factum sit utile, culpa non facienti non imputetur, Cravetta *consil. 83. num. 5.* & *consil. 531.* Surd. *consil. 86. num. 18.* & *decis. 260. num. 6.* Riminald. Jun. *consil.*
143 *481. num. 87.* Hector Felicius *dict. cap. 22. num. 15.* Hinc excusatur Vasallus, si Domum Feudalem destructam vel collapsam, aut Prædium ruinosum, non restauravit, si ista refectio sit inutilis, vel non allatura eam utilitatem, quæ respondeat sumptibus facientis, Ludolph. Schrader. *de*
144 *Feud. part. 9. sect. 5. num. 30.* Joh. Gœdd. *dict. consil. 33. num. 200.* Idem de re Emphyteutica decidit Joh. Petr. Surd. *decis. 300. num. 22.* eumque secutus Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 268. num. 20. & 21.* addens *num. 25.*
145 ut quis à culpa excusetur, sufficere, rem esse aliqualiter dubiam, Johan. Petr. Surd. *consil. 454. num. 35.* Tiber. Decian. *volum. 4. respons. 47. num. 54.*
146 5. Culpa præsumitur abfuisse, quando quis fecit illud, quod diligens Paterfamilias facere solet, Mascard. *de Probation. conclus. 467. num. 22.*
147 Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. 268. num. 22.* & qui diligentissimus Paterfamilias esse solet, in eo culpa non facilè argui potest, Menoch. *consil.*
148 *353. num. 13.* Johan. Gœdd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 18.* ex probatione enim bonæ famæ corruunt indicia & præsumptiones, delictum arguentes, Honded. *volum. 2. consultat. 9. num. 28.* & dicit Mascard. *de Probation.*
149 *conclus. 829. num. 13. vers. Idem quoque.* si probata fuerit diligentia, quam custos consueverat adhibere pro custodia rerum, uti si rectè ostia domus firmaverit, sed noctu perforata fuerint, vel si furtum commissum fuerit ab eo, cui ipse plurimùm fidebat, vel etiam si ille, cui commissæ Pecuniæ erant, erat communi æstimatione Vir bonus & bonæ fidei, istis casibus furtum commissum, dici casum fortuitum, & posse fieri sine
150 culpa custodis. Sagacitas enim & solertia Viri in cæteris, maximè negotio illi proximè cohærentibus, facit, ut censeatur in hoc ipso negotio, ipsum concernente, sagax & solers, Johan. Cephal. *consil. 108. num. 11.* Johan. Gœdd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 19.*
151 6. Qui res alienas ibi asservat & custodit, ubi res proprias asservare & custodire solet, si postea furto pereant, extra culpam esse dicitur, Menoch. *consil. 353. num. 9. 10. & 11.* Cravetta *consil. 247. num. 6.* Petr. Paul. Paris. *volum. 4. consil. 156. num. 19. 20. & 21.* Johan. Gœdd. *volum. 4. Consil. Mar-*
152 *purg. 57. num. 22. & 30.* Caspar. Klock. *volum. 3. consil. 135. num 92.* nam culpa non potest considerari in eo, qui in alienis facit, quod in suis facere consuevit, Johan. Grivellus *Decis. Dolan. 49. num. 14.* Klock. *dict. consil. 135.*
153 *num. 44.* nec de culpa quis facilè argui potest, si cum alienis etiam res propriæ fuerunt subtractæ, Cravetta *consil. 6. num. 106.* Johan. Gœdd. *citat.*
154 *consil. 57. num. 36.* nisi constet, aliquem in re propria negligentem fuisse, etsi

etsi etenim ea culpa non coërceatur, *l. 18. ff. solut. Matrimon. l. 41. Cod. mandati.* si tamen alii inde damnum enascitur, tunc culpa in re propria, casum præcedens, in re aliena obligat, *l. 27. §. 8. ff. ad Leg. Aquil.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 3. artic. 1. num. 12.* 155.

Pariter omnis præsumptio in malam partem urgens cessat, si res fuerit retenta in loco, ubi hactenus per alios officiales fuit retineri solita, vel, si adhibita fuit ea diligentia, quæ solita fuit adhiberi, cessat omnis præsumptio culpæ, Hieron. Gratus *lib. 2. consil. 94. num. 53. & 54.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 268. num. 22.* Joh. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 90. num. 37.* Petr. Paul. Parif. *dict. consil. 156. num. 24.* ubi 156.
inquit, quando quis facit illud, quod communiter fieri solet, licet postea malè succedat, liberatur & excusatur à culpa, & periculum non spectat ad ipsum, sed ad Dominum rei: idem docet Joh. Sichard. *in l. 1. num. 8. Cod. deposit.* Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 29. num. 16. 17. & 18.* Johan. Goedd. *dict. Consil. 57. num. 29.* unde culpâ carere Administratorem, qui se gerit secundùm morem Regionis, & Consuetudinem Loci, dicit Borgnin. Cavalcan. *part. 1. Decis. Fivizan. 37. num. 19.* Losæus *de Jure Universitat. part. 3. cap. fin. num. 46.* & omni culpâ vacuus est, qui id facit, quod alii facere soliti sunt, argum. *l. 17. §. 12. ff. de adil. edict. l. 3. ff. ad SCtum Macedonian. l. 1. Cod. de pignoratit. action.* Andreas Rauchbar. *part. 2. quæst. 10. num. 63.* Matth. Wesenbec. *consil. 53. num. 55.* ubi dicit, si ex Registris, vel Monumentis constet, antea in simili causa aliquid factitatum fuisse, posse idem sequi Administratores, & Officiales, etiam in Pecunia communitatis expendenda. Et quòd consuetudo excuset à culpa, præter allegatos, docet quoque Mascard. *de Probation. conclus. 467. num. 21.* etiamsi non sit præscripta, sufficit enim, ita aliquando fuisse observatum, Hector Felicius *de Societat. cap. 22. num. 3. & 4.* addens, si non fuerit uniformis, illud attendendum esse, quod magis fuit observatum. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163.

Ex hac Regula excusatur ille, qui Pecora Puero custodienda tradit, si ita in loco, de quo quæstio est, fuerit consuetum, Bald. *volum. 1. consil. 441. num. 1. in fin.* Tiber. Decian. *dict. respons. 29. num. 17.* Cravetta *consil. 353. num. 6.* Felicius *de Societat. cap. 22. num. 51.* Idem dicens, de illo qui in Pascua misit animalia sine Pastore, si ita fieri erat consuetum, addo Cravettam *dict. consil. 353. num. 6.* Et quòd non sit in culpa, qui non custodit locum, in quem reposuit merces, si custodiri non solebat, tradit ex Petr. de Ubald. *de duobus Fratribus artic. 8. num. 15. vers. Sed posito.* Felicius *dict. cap. 22. num. 6. in fine.* 164. 165. 166.

7. Impossibilitas excusat à culpa, *l. 135. & l. 185. ff. de Regul. Jur. l. 17. §. 3. ff. de usur.* Menoch. *consil. 645. num. 2.* Cravetta *consil. 319. num. 15. &* 167.

X qui

168. qui non potuit prævidere, & divinare, de culpa redargui non potest,
l. 31. in fin. ff. ad Leg. Aquil. Cravetta *consil. 685. num. 34.* Felicius *dict. cap. 22.*
169. *num. 40.* Cyriac. *Controvers. Forens. 459. num. 24.* nec quoque ille, qui fecit,
quod potuit & debuit, *l. 16. §. 1. ff. de rei vindicat.* ubi Paulus JCtus dicit,
170. culpam non intelligi, si quis Navem petitam tempore Navigationis
trans Mare misit, licet ea perierit, nisi minùs idoneis hominibus eam
commisisset, fac. *l. 29. §. 4. ff. ad Leg. Aquil. l. 5. §. 7. vers. planè. ff. commodat.* Tiber. Decian. *volum. 1. respons. 29. num. 18.* Felicius *citat. cap. 22. num. 11.* Ex hac
171. Regula excusandum esse dixit Decian. *dict. respons. 29. num. 26.* qui, circa
noctem cum Mercibus hospitium ingressus, ob pluviam videre non potuit, an locus, in quem Merces transferebat, esset bene tutus. In eadem
Facti Specie, cùm Vector Mercium eas reposuisset in locum, qui clau-
172. sus erat, respondit Decian. *citat. respons. 29. num. 20.* culpam illi non esse
173. imputandam: siquidem ille locus tutus esse dicitur, qui clave claudi
potest, idem sequitur Felicius *dict. cap. 22. num. 6.* modo facilè effringi
non potuerit, hoc enim casu lata culpa est, committere rem cistæ, quæ
facilè effringi potest, Cravetta *consil. 953. num. 3.* Pruckman. *volum. 1. consil. 41. num. 14.*

174. 8. Culpa ab illo abest, qui re utitur ad usum destinatum, *l. 16. §. fin.*
175. *ff. de rei vindicat. l. 12. §. 1. ff. de usufruct.* ubi Navem usufructuariam navigatum mittendam esse dicit Ulpianus, licet Naufragii periculum immineat, idque ideò, quòd Navis ad hoc parata sit, ut naviget, Felicius *de*
176. *Societat. cap. 22. num. 7.* ubi, hoc in tantum verum esse, dicit, ut nec inspiciatur futurus eventus, prout monstrat, *citat. l. 12. §. 1. ff. de usufruct.* Cra-
177. vetta *consil. 355. num. 5.* ubi loquitur de eo, qui misit animalia in Agrum,
ad pascendum destinatum, & concludit, si damnum dederunt, excusari
ipsum à culpa eâ ratione, quòd usus sit Agro ad usum destinatum, addo Marc. Anton. Nattam *consil. 349. num. 3.* Francisc. Nig. Cyriac. *Controvers. Forens. 253. num. 15.*

178. 9. Culpæ me incusare non potest ille, qui est in dolo, Cravetta
179. *consil. 919. in fin.* & *consil. 928. num. 3.* & qui est in graviori & pari culpa, alium de culpa reprehendere nequit, text. elegans *in l. 77. §. 27. ff. de legat. 2. l. 2. §. 15. ff. ne quid in loco publ.* ubi Ulpianus dicit, si in publico ædificem,
deinde hoc ædificium ei obstet, quod tu in publico ædificaveras, cessare istud interdictum, cùm tu quoque illicitè ædificaveris, fac. *l. 11. Cod. de inoffic. Testament.* Ibi Filium arenarium meritò quis indignum suâ successione judicat, nisi & ipse similis conditionis sit. Verùm quoniam hæc Regula, quòd culpæ mutuæ compensentur, & una alteram tollat, multas habeat limitationes, quæ non sunt hujus loci, igitur me remitto
ad

ad Francifc. Nig. Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 191. num. 6. & multis ſeqq.* & *Controverſ. 197. paſſim per tot.*

10. Culpam allegare non poteſt, qui culpæ cauſam dedit, *l. 9. ff. de negot. geſt. l. 47. ff. ſolut. Matrimon.* Cravetta *conſil. 362. num. 8.* & *conſil. 919. num. 10.* Felicius *dict. cap. 22. num. 18.* nec ille culpam allegare valet, qui ex illa commodum ſenſit, *l. 31. ff. de rei vindicat. l. 78. §. 2. ff. de jur. dot.* Cravetta *conſil. 969. num. 26.* Felicius *dict. cap. 22. num. 29.* 180

11. Culpa allegari non poteſt in facto, ex quo nullum damnum reſultat, *l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam. l. 45. ff. de obligat. & action.* Cravetta *conſil. 319. num. 17.* & *conſil. 366. num. 18.* Felicius *alleg. cap. 22. num. 20.* Vice quoque verſâ, culpa non poteſt conſiderari in eo, qui magnum incommodum aut damnum ex facto vel non facto ſentire poteſt, Cravetta *conſil. 8. num. 4.* Tiber. Decian. *volum. 3. reſponſ. 57. num. 36.* Franciſc. Niger Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 459. num. 33.* 181 182

12. Si duæ culpæ reperiuntur, quorum una conſiſtit in faciendo, altera in omittendo, attenditur & prævalet illa, quæ in faciendo conſiſtit, Cravetta *conſil. 8. num. 23.* Felicius *dict. cap. 22. num. 23.* & quòd inter culpam in agendo, & inter culpam in omittendo non admittatur compenſatio, tradit Riminald. Jun. *conſil. 285. num. 114.* prout quoque primam culpam excuſari, & ultimam attendi docet, per *l. 51. in princ. ff. de actione empti.* Felicius *dict. cap. 22. num. 21.* 183 184 185

13. Culpa potiùs præſumitur, quàm dolus, & potiùs levis culpa quàm lata, Maſcard. *de Probation. concluſ. 467. num. 17.* Cravetta *conſil. 8. num. 20.* & *conſil. 151. num. 18.* Jacob. Menoch. *lib. 5. præſumpt. 2. num. 30.* ubi *num. 24. ſeqq.* latiùs deducit, ex duobus malis, vel delictis, ſemper levius præſumendum eſſe. 186

14. Culpa non poteſt imputari illi, qui facere non tenetur, Roland. à Valle *volum. 1. conſil. 57. num. 50.* Johan. Petr. Surd. *conſil. 345. num. 31.* Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 262. num. 23.* 187

Fortuiti caſus, id eſt illi, quos nullum humanum conſilium prævidere poteſt, atteſtante Ulpiano *in l. 2. §. 7. ff. de adminiſtrat. rer. ad Civitat. pertinent.* quales ſunt animalium caſus, mortes, quæque ſine culpa accidunt, fugæ ſervorum, qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, à nullo præſtantur, *text. expreſſ. in l. 23. ff. de Regul. Jur. l. 6. Cod. de pignoratit. action. l. 5. §. 4. ff. commodati.* Johan. Gœdd. *volum. 4. Conſil. Marpurg. 57. num. 6.* ubi latè Johan. Petr. Surd. *conſil. 12.* Mantica *de tacit. & ambig. Convention. lib. 10. tit. 9. num. 19.* Klock. *volum. 1. conſil. 47. num. 15. & 16.* ſed Proprietario accreſcunt, *dict. l. 6. Cod. de pignoratit. action. l. 12. Cod. de locat. conduct.* Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 24.* 188 189 190

definit. 24. num. 1. Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 26. definit. 6. num. 2.* & *definit. 15. num. 1.* Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 8. ar-*
191. *tic. 5. num. 11.* unde Usufructuarius alicujus gregis, etiamsi in locum demortuorum animalium alia submittere teneatur, §. *38. Institut. de rer. divi-*
192. *sion.* id est, ex illo grege, cujus Usumfructum habet, nec cogi possit, hæc aliunde petere, si ex ipso grege alia non adnascantur, *l. 68. §. 1. ff. de usufruct. l. 10. §. 3. ff. de jur. dot.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 26.*
193. *definit. 8. num. 3. & 4.* grege universo interempto, ita ut ex illo alia capita haberi nequeant, prorsus liberatur, nec ad restitutionem alicujus damni ullo modo tenetur, ita judicatum fuit apud Carpzov. ubi totus ovium grex à Militibus abactus fuerat, *Jurisprud. Forens. dict. definit. 9. per tot.* Inter
194. ejusmodi casus fortuitos furtum quoque tunc refertur, si prævideri non potuit, secùs si culpa furtum præcessit, Carpzov. *dict. constitut. 26. definit. 15. num. 56. & 57.* Johan. Gœdd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 7.* Prosper.
195. Farinac. *de Furtis quæst. 169. num. 12.* Regulariter autem concludendum est, furtum sine custodis culpa fieri non posse, & in dubio præsumendum, factum fuisse culpâ illius, qui de custodia tenetur, Johan. Gœdd. *dict. consil. 57. num. 8.* Prosper. Farinac. *de Furt. quæst. 169. num. 12.* Mascard. *de Probation. conclus. 467. num. 16.* latè *conclus. 469. passim per tot.* & *conclus. 829. num. 9.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 61. num. 34.* Gomez. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 3. num. 22.*
196. Unde facilè quilibet diceret, indifferenter Administratori injungendam esse probationem, casum fortuitum absque sua culpa evenisse. Verùm quoniam hæc conclusio nimis est generalis, & rerum custodibus ubique noxia, igitur in hac materia sequens distinctio, quæ communiter
197. recepta est, erit observanda. Aut agitur de casibus, qui regulariter sine culpa evenire solent, uti est vis hostium, impetus aquarum, mors na-
198. turalis, vel similes. Aut de casibus, qui cum culpa conjuncti esse solent, ut furtum, incendium, mors animalium non naturalis, fuga bestiarum, quæ custodiri solent, primô casu infortunium allegare sufficit, & de culpa nihil probandum, secundô verò, quòd sine culpa Administratoris evenerit, docendum est, Mascard. *de Probation. conclus. 272. num. 8. & 9.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 61. num. 30.* Hector Felicius *de Societate cap. 25. num. 49.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 18. num. 4. & seqq.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 26. definit. 18. num. 4. & seqq.* Anton. Gomez. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 3. num. 22.*

199. Ex hac doctrina dicendum est, rectè aliquando ad resarciendum damnum condemnatum fuisse Tutorem Henricum Sensenschmidt, qui vasa argentea multa, ad Valentinum Hatzfeldium, tunc temporis suæ curæ subditum, spectantia, ex loco securissimo ad conclave minùs securum,

curum, transtulerat, eaque postea furto subtracta esse conquerebatur, faciunt tradita à Johan. Vincent. Honded. *volum. 1. consultat. 19. num. 18.* ubi dicit, non esse satis ad excusationem, probare amissionem, nisi etiam 200.
probetur rem casu, & absque culpa fuisse deperditam, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 82. num. 2.* Eaque maximè vera esse possunt in Offi- 201.
cialibus, Principum Pecunias tractantibus, hi, si sint in mora, & tempestivè non solvunt Nummos à Subditis exactos, damnum posteà secutum Domino imputare non possunt, sed ipsi ferre tenentur, Riminald. Jun. *consil. 210. num. 34.* Johan. Goedd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 6.* Vel, 202.
si Pecunias Magnatum ad locum hisce, ut eò reponantur, expresse destinatum, non reponant, sed alibi detineant, etiam puniendi sunt, Don Garsias Mastrill. *Decis. Sicil. 282. num. 70.*

Alius ante multos Annos se obtulit casus: Quidam ex Celsissimi 203.
Principis Ministris, magnam Summam Pecuniæ Principi propriam, Francofurto Dillenbergam apportare volens, in itinere à Milite spoliabatur, nolens autem ipse hanc jacturam pati, rationum expensis, sub Rubrica Gestohlnes Geld / Nummos inferebat. Quærebatur, an rectè? 204.
Concludendum omninò erat, quia iste Minister in Pecunia periculosissimo, & quidem tali tempore secum ferenda peccaverat, quo nemo prudens se suamque substantiam itineri absque Stipatoribus, vel Salvo Conductu concredebat, imputandum esse Administratori, ejusque culpæ hoc damnum adscribendum. Absolutus fuerat nihilòminus, quia 205.
superioris Ministri mandato tum ablegatus, tum specialiter ipsi injunctum fuerat, ut Pecuniam per viarum anfractus, quantum fieri posset, domum adferret. Inferior enim Administrator, qui jussui ac mandato 206.
superioris Administratoris obtemperat, ab omni culpa vacuus est, argum. *l. 11. §. fin. vers. Excusatur. ff. de his qui notant. infam. l. 37. ff. ad Leg. Aquil. l. 8. Cod. ad Leg. Jul. de vi publ. l. 4. ff. de Regul. Jur.* Pruckman. *volum. 1. consil. 3. num. 25. & seq.* Bursat. *consil. 193. num. 34.* Certè si de prædato potuisset constare, in loco, quò transire opus erat, latere prædones, ipseque, nullâ factâ inquisitione, rectâ viâ processisset, ad damnum resarciendum compellendus erat. Imputatur enim illi, qui non inquirit, eaque inve- 207.
stigat, quæ perquirenda, atque investigenda ei ob officium, quod gerit, maximè incumbunt, Cravetta *consil. 132. num. 13.* Pruckman. *dict. consil. 3. num. 13.* nisi fortè ob justam & probabilem causam excusandus sit, 208.
argum. *l. 3. ff. ad SCtum Macedonian.* Philip. Decius *consil. 47. num. 27.* Pruckman. *citat. consil. 3. num. 54.* vel ob temporis angustiam investigare non 209.
potuerit, Pruckman. *citat. consil. 3. num. 56.* Thomas Grammat. *decis. 103. num. 36.*

210. Non absimilis farinæ quæstio ventilata quoque fuit in Dicasterio nostro: Quidam Johannes Knetsch, alterius Bona administrans, à Debitoribus sui Principalis certam Nummorum quantitatem exegerat, antequam autem Domino, jam peregrè agenti, vel tradere, vel sub Usuris alii credere Pecuniam posset, non Domicilium tantùm, verùm etiam tota Civitas ab advenientis Comitis Mansfeldii Exercitu deprædabatur, Administrator expensis Rationum inferebat hunc casum fortuitum, re-
211. luctante Domino. Concludendum erat, si Juramento Pecuniæ jacturam probare vellet rationalis, non esse, quòd illi imputetur, sed imò Domini esse damum, non Administratoris, Mascard. *de Probation. conlus. 87. num. 4.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 1. consultat. 19. num. 17.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 61. num. 18. & seqq.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 26. definit. 17. num. 5.*

212. Quæ quidem doctrina, quâ dicimus, amissionem rei probari Juramento amittentis, vera est tantùm in illo, qui tenetur ad exhibitionem rei, ex officio Judicis, & ex quadam æquitate: Secùs si Jure Actionis, puta mandati, aut alterius obligationis, prout sunt Administratores, Notarii, & hisce similes; Hi enim ex officio tenentur proprias, communes, seu alienas scripturas, aut alias res custodire, adeoque amissio non nudô Juramentô, sed aliis probationibus docenda est, ita post plurimos citatos, Prosper. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. amissio. num. 209. & 210.* Johan. Sichard. *in l. fin. num. 8. Cod. de fid. Instrument.* Francisc. Herculan. *de proband. negativ. num. 274.* Fulv. Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 45. num. 15.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 18. num. 3.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. constitut.*
213. *26. definit. 17. num. 12.* Berlich. *decis. 9. num. 7.* Conclusionis ratio est desumta ab absurdo, quod sequeretur, si uniuscujusque, Commodatarii fortè, Conductoris, Locatoris, Pignora habentis, & similium asservantium res alienas, Juramento crederetur, & ita decipere, & in perniciem alterius facilè jurare volentibus via peccandi, & cum Domini damno ditescendi aperiretur, Mascard. *dict. conclus. 87. num. 4.*

214. Tribus tamen concurrentibus hæc Regula non procedit: Quorum primum est, quando casus amissionis, puta incendium, depopulatio, militum incursus, aquarum inundatio, furtum, & his similia legitimè non probantur, Matth. de Afflict. *decis. 13. num. 10.* Seraphin. *de Jurament. Privileg. 137. num. 2.* Prosper. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. amissio. num. 211.*
215. Johan. Vincent. Honded. *volum. 1. consultat. 19. num. 19.* ubi dicit, si aliquis ex dictis casibus non probatur, non credi quoque alleganti amissionem cum Juramento, confer. Bursat. *consil. 130. num. 8.* & hoc in omni contractu, in quo aliquis Pecuniam alienam recipit, verum esse, scilicet quòd casus

casus fortuitus, & rerum amissio, aliter ac per Juramentum probanda sit, testatur, Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 18. resolut. 2. num. 16.* Wesenbec. *consil. 36. num. 35.* Quomodo autem, & ex quibus conjecturis furtum, vel rem sibi ereptam fuisse, probari possit, tradit latissimè Prosper. Farinac. 216.
de Furt. quæst. 176. num. 1. & multis seqq. Jacob. Menoch. *lib. 6. præsumpt. 61. num. 21. & seqq.* Casu verò probato per Testes, standum est Juramento partis, asserentis, se res amisisse, Afflict. *dict. decis. 13. num. 12.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 262. num. 18. & 19.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 135. num. 9. & 10.* Mascard. *de Probation. conclus. 32. num. 15.* & *conclus. 88. num. 14.* Hercul. Marescot. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 5. num. 1. & 2.* latè Francisc. Niger Cyriac. 217.
Controvers. Forens. 544. num. 4. & seqq. non solùm de rebus in genere, verùm etiam de illarum quantitate & summa, Afflict. *dict. decis. 13. num. 9.* Capella Tholos. *quæst. 147.* Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 29. num. 12.* ita judicatum fuisse in causa Ursulæ Maes contra Wilhelmum ab Ophem, testatur idem Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 8. artic. 15. num. 13.* 218. 219.

Ita quoque, si quis mihi surripiat, vel dilaceret Instrumentum, laceratione probatâ, potero ejus Tenorem probare per proprium Juramentum, Cravetta *consil. 267. in fine.* Seraphin. *dict. Privileg. 37. num. 3.* & ibi Benckendorff. *in Notis num. 4.* Mascard. *de Probation. conclus. 909. num. 3.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 1. quæst. 5. num. 12. pag. m. 115.* Prosper. Farinac. *in Fragment. Criminal. dict. verb. amissio. num. 220.* Ipsius autem casus probatio non potest fieri per Juramentum, sed Testes, vel aliæ legitimæ Probationes requiruntur, Seraphin. *dict. Privileg. 37. num. 3. & 4.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 117.* ubi in probandis casibus fortuitis, qui sunt difficilioris probationis, quales sunt Furtum, Spoliatio facta in nemore, & his similes, qui communiter de nocte, & in locis abditis, fieri consueverunt, multùm posse arbitrium Judicis, Prosper. Farinac. *dict. verb. amissio num. 222.* ubi expresè docet, si subtractio vel Instrumenti laceratio, non nisi per Juramentum probaretur, tunc illius Tenorem, per assertionem juratam, probari non posse. 220. 221. 222. 223.

Non procederet quoque Regula, si quis probarit amissionem rei factam ab alio, ut puta, quando Filius dicit, & probavit, suum Patrem amisisse rem, tunc enim, volens probare ejus quantitatem per Juramentum, non admitteretur, Mascard. *dict. conclus. 909. num. 5.* Cravetta *consil. 157. num. 17.* Farinac. *dict. verb. amissio. num. 219.* ubi *num. præcedenti* quoque docet, Instrumenti Tenorem jurejurando probari, probato casu fortuito, puta incendio, alluvione, furto, devastatione aliòve simili, adde Mascard. *citat. conclus. 909. num. 4.* 224. 225.

Secun-

226. Secundum Requisitum est, ut non tantùm casus, verùm etiam insuper probetur, Pecuniam, Instrumentum, aliamvè rem, de qua quæstio, fuisse in loco, ubi casus isti insoliti, veluti incendium, inundatio, hostium incursus, & his similes evenerunt, Seraphin. *de Jurament. Privileg. 37. num. 9.* Hercules Marescot. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 5. num. 3. 4. & 5.* Mascard. *de Probation. conclus. 87. num. 9.* & *conclus. 824. num. 2.* Hector Felicius *de Societat. cap. 25. num. 30. & 31.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 51. num. 18.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 90. num. 16.* Cravetta *consil. 283.* Prosper.
227. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. amissio. num. 212.* Nisi constet, rem amissam semel ante casum in loco, per Spolium aliúdve infortunium evacuato, & spoliato, fuisse, quo casu absque ulteriori probatione concludendum est, etiam tempore Spolii, Furti commissi, & Inundationis &c. mansisse & fuisse adhuc in eodem loco, & simul cum aliis rebus, vel subtractam vel corruptam esse, Farinac. *de Furt. quæst. 175. num. 19.* Mascard. *conclus. 829. num. 5.* Jacob. Menoch. *consil. 353. num. 20.* Felicius *de Societate dict.*
228. *cap. 25. num. 34.* ubi *num. 32.* reprobat doctrinam Speculatoris *in tit. de act. & petit. §. 1. vers. Quid ergò.* volentis: etiamsi damnum passus probaret, rem fuisse anteà in loco, ubi damnum evenit, non tamen esse standum
229. ejus Juramento, quod hodie quoque ibi fuerit. Et ut generalis hic habeatur doctrina, distinguendum esse censeo cum Marescotto *dict. cap. 5. num. 5.* inter res verisimiliter solitas asservari in loco, ubi accidit infortunium, & inter res verisimiliter alibi extantes, quæ distinctio, uti est vera, ita & rationi consentanea, videndus etiam omninò Menoch. *lib. 6. præsumpt. 61. num. 26. & tribus seqq.*

230. Certè si casus contigit universaliter, in toto loco, quo res haberi consueverat, puta in incendio totius domus, vel in inundatione, aut depopulatione totius Civitatis, tunc necesse haud erit probare, rem fuisse in loco particulari, sed casum docere sufficit, modò palam sit, rem in loco asservari solitam fuisse, Felicius *de Societate dict. cap. 25. num. 36.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 544. num. 69.*

231. Tertium Requisitum est, quòd volens jurare, non sit persona malæ famæ, & sinisterioris conditionis, aut qualitatis, Gail. *lib. 2. observat. 37.* Seraphin. *de Jurament. Privileg. 37. in fine.* Felicius *citat. cap. 25. num. 30.* Ber-
232. lich. *decis. 9. num. 6.* vice versâ legali personæ, & quæ est integræ & bonæ famæ, & præterea in officio constituta, circa probationem rei amissæ, per Juramentum multum tribuitur, Jacob. Menoch. *consil. 353. num. 7.* Johan. Goedd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 5.*

233. Si de modico præjudicio ageretur, Instrumenti amissio solo amittentis Juramento probari posset, secùs si de gravi, Gail. *lib. 2. observat. 37.* *num.*

num. 2. Tiraquell. *de Judicio in rebus exiguis ferendo. vers. 92.* Francisc. Herculan. *de probanda negativa. num. 273.* Mascard. *dict. conclus. 88. num. 6.* & *conclus. 909. num. 7.* ubi ponit exemplum in Creditore jurante, se non habere Instrumentum, & propterea pro indemnitate Debitoris plus facere non posse, quàm, in fidem receptæ Solutionis, exponere Apocham sive 234.
Quietantiam. Et cum, amisso Chirographo, Creditor quidem debiti 235.
persecutionem non amittat, si aliunde de debito constet, Frider. Pruckman. *volum. 1. consil. 24. num. 119.* & *volum. 2. consil. 24. num. 167.* Fulvius Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 63. num. 138. & seqq.* Faber. *in Cod. lib. 8. tit. de solut. definit. 23. per tot.* Sed potiùs teneatur Debitor novum Instrumentum Obligatorium conficere, Gail. *lib. 2. observat. 37. num. 1. & seqq.* Pruckman. *dict. consil. 24. num. 120. volum. 1.* Berlich. *decis. 9. num. 1.* Hinc quæritur: An amisso 236. 237.
Instrumento Obligationis Creditor Fidejussorem convenire, & eum cessis Actionibus ad solutionem adigere possit? quod quidem dicendum est, modò redditio & exhibitio Obligationis tantùm ad liberationis, & non ad alium finem & effectum desideretur, hoc enim ultimo casu Creditor ad debitum, à Fidejussore exigendum, non admittitur, nisi Originalem Obligationem producat, vide Matth. Berlich. *decis. 10. per tot.* ubi Præjudicia & aliquot Facultatum Juridicarum Responsa adducit.

Non omisero hic, 1. Ultra Requisita jam tradita, necessarium quoque esse, ut adsit præsumptio, vel conjectura aliqua pro amissione, id est, quòd res fuerint amissæ, antequàm agens ad Juramentum admittatur, Benckendorff. *ad Seraphin. de Jurament. Privileg. 37. num. 6. & 7.* Mascard. *de Probation. conclus. 909. num. 7.* Berlich. *decis. 9. num. 9.* Matth. de Afflict. *decis. 330. num. 3.* 238.

2. Probationem casuum fortuitorum positam esse in arbitrio Judicis, Mascard. *de Probation. conclus. 272. num. 21.* Felicius *de Societate cap. 25. num. 8.* Cyriac. *Controvers. Forens. 544. num. 68.* 239.

3. Si non agatur directò contra dolosum, seu delinquentem, sed contra tertium, qui ex dolo & delicto per alium tenetur, tunc Juramentum non sufficit. Si igitur Dominus Territorii non ex proprio delicto, sed propterea ad reparationem damni tenetur, quòd itinera non conservarit tuta, & hinc deprædationes & rapinæ fuerint secutæ, probatio rei amissæ per Juramentum non admittitur, sed aliæ legitimæ requiruntur, Andr. Gail. *lib. 2. observat. 64. num. 7. 8. & 9.* Mynsing. *centur. 5. observat. 21.* Bernhard. Greven. *lib. 2. Practicar. Conclus. 64. considerat. 1. num. 1. & 2.* Prosper. Farinac. *de Delict. & Pœn. quæst. 24. num. 216.* ubi plures allegat. 240. 241.

242. Furto probato, vel rapina, defertur Juramentum ſuper quantitate rerum ſubtractarum Domino, cui dictæ res ſubtractæ eſſe dicuntur, *l. fin. Cod. unde vi.* Petr. Paul. Pariſ. *volum. 1. conſil. 74. num. 5. & ſeqq.* Joſeph. Maſcard. *de Probation. concluſ. 832. num. 1.* Burlàt. *conſil. 226. num. 108.* Hieronym. Schurff. *centur. 2. conſil. 2. num. 4.* Proſper. Farinac. *de Delict. & Pœn. quæſt. 24. num. 216.* Caſpar. Klock. *volum. 3. conſil. 135. num. 98.* Prout etiam, debito in
243. genere probato, ſtatur Juramento agentis, quoad ſummam vel quantitatem, Johan. Cephal. *conſil. 297. num. 12.* Johan. Petr. Surd. *conſil. 24. num. 1.* Cravetta *conſil. 198. num. 8.* Octav. Cacheran. *deciſ. 96. num. 3. & 4.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 3. conſtitut. 23. definit. 9. num. 9.* Matth. Co-
244. ler. *deciſ. 272. num. 3. & 4.* Ita judicatum fuiſſe aſſerens, & quidem in caſu, ubi Debitor in privata Epiſtola ſuo Creditori ſcripſerat, ſe reſiduum ſoluturum, cùm de quantitate non conveniſſent, Debitore exiguam, Creditore majorem ſummam profitentibus, pronunciatum fuit, ſtandum eſſe, quoad quantitatem reſidui, Juramento Actoris. Quinimò,
245. ſubſtantiâ debiti probatâ reſpectu quantitatis, credendum eſſe Libro Scribentis, Johan. Petr. Surd. *Deciſ. Mantuan. 199. num. 5.* Cacheran. *deciſ. 96. num. 3.* Paul. Chriſtinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 13. artic. 9. num. 4.*

246. Omni caſu, cumprimis, ubi de damno & furto paſſo, ejusque probatione per jusjurandum quæſtio movetur, obſervandum eſt, Regulam à nobis jam traditam, non aliter veram eſſe, quàm ſi æſtimatio rerum, ab Actore allegata, qualitati rei, & res ipſæ perſonæ conveniant, ita ut veriſimilitudo hic obſervanda ſit Judici, an ſpoliatus, circumſtantiis benè ponderatis, tales res, & tanti pretii in loco habere potuerit, Petr. Paul. Pariſ. *dict. conſil. 74. num. 10.*

247. Incidenter hic quæro: Quomodo & quibus caſibus Nautæ, Caupones, & Stabularii teneantur de Furto alioquè delicto in Navi, Caupona, vel Stabulo, perpetrato? vide latiſſimè per omnes caſus Proſper. Farinac. *in Fragmentis Criminal. verb. Caupones. num. 14. & ſeqq. per tot.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 837. num. 7. cum ſeqq.* Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 26. definit. 10. & 11.*

248. Dictum eſt ſuprà de caſu fortuito Adminiſtratorem non teneri: Limitanda eſt iſta Concluſio juxta *Gloſſ. in l. ſi negotia. 11. verb. ſit ſolitus. ff. de*
249. *negot. geſt.* quinque modis, & quidem 1. ſi Adminiſtrator acceſſit animo
250. deprædandi. 2. Si nova & inſolita negotia ſuſcipiat. 3. Si culpa caſum
251. præceſſit, Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 26. definit. 4. num. 8.* Gail. *lib. 2. obſervat. 21. num. 3* Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 41. definit. 22. num. 19.*
252. Menoch. *conſil. 246. num. 63.* argum. *l. 5. ff. de reb. cred. l. 47. §. 4. ff. de legat. 1.*
253. 4. Si fuerit in mora; & tandem 5. Si caſum expreſſo Pacto in ſe recepit, Paul.

Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 8. artic. 15. num. 11.* ubi ad casum fortuitum Administratores condemnat, si pactum, culpa, vel mora præcedat, confer idem docentem Harprecht. *in princ. Institut. quibus modis re contrahitur obligatio. num. 224.* Disputari hîc solet: An suscipiens in se casum 254. fortuitum, etiam de insolito teneatur? videndus Andr. Fachinæ. *Controversiar. Jur. lib. 1. cap. 86.* ubi pro affirmativa pugnat, eandem quoque sen- 255. tentiam, cum refutatione contrariorum, defendit, Johan. Harprecht. *ad* §. *Conductor autem, 5. Institut. de locat. & conduct. num. 15. & seqq.* ubi *num. 30.* plures allegat, addo Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 26. definit. 8. per tot.* Fabrum *in Cod. lib. 4. tit. 41. definit. 2.*

Contraria opinio ceu Juri magis consentanea arridet, Christinæ. 256. Filio *in Notis Patris ad Leges Mechlin. tit. 8. artic. 15. num. 14.* Gail. *lib. 2. observat. 23. num. 18.* ubi videndus Greveus *in Conclus. Practicar. 23. considerat. 4. num. 3. & seqq.* Menoch. *lib. 2. de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 80. num. 2.* plures ex 257. Neotericis adducit Consultissimus Dn. Eberhardus Fabricius, Consiliarius Hasso-Darmstadinus, Affinis meus honorandus & Amicus singularis *in Repetit. Gailii observat. 21. sect. 2.* videndus etiam Hieron. de Cævallos *Opin. Commun. quæst. 702. per tot.* Caspar. Klock. *volum. 2. consil. 72. num. 76. & seqq.* Gabriel. *Commun. Opin. lib. 6. tit. de Regul. Jur. conclus. 4. num. 17.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 18. resolut. 2. num. 13.* In quæstionem & illud vo- 258. catur, utrum, qui periculum alicujus rei in se recepit, casum etiam fortuitum in se recepisse intelligatur? Ac sanè, per susceptionem generalem periculi, aliquem etiam ad casum fortuitum obligari, nec necessum esse, casus specialiter enumerari, probabilius esse & verius, concludit Harprecht. *ad dict.* §. *Conductor autem, 5. Institut. de locat. & conduct. num. 31. & seqq.*

Ex dictis concludendum est, Commodatarium teneri de casu for- 259. tuito, si re commodatâ ad alium usum, quàm destinatum utatur, veluti si quis equum, ad vecturam commodatum, ad bellum duxerit, vel Pocula argentea ad cœnam parandam peregrè secum portaverit, ita pronunciatum fuisse, testatur Carpzov. *dict. constitut. 26. definit. 17. num. 7. & 8.*

De negligentia, culpa & casu, hucusque satis egimus: Quid si jam 260. Administrator ob infirmitatem fortè, absentiam, aliamvè prægnantem ob causam impeditus, alium suo loco substituerit, eique mandarit negotia, ad se aliàs ratione officii spectantia, ille substitutus verò negligenter mandata gessit, & frugi hominis officio, in expedienda re sibi commissa, non est functus, imò, quod aliquando factum esse scio, cum propria etiam magnam Domini sui Pecuniæ Summam decoxit,

atque ita solvendo esse desinit, cui hoc damnum imputandum, & an Administrator ex hac causâ excusandus sit, quòd talem elegerit, qui vulgò pro diligenti & fideli Viro reputabatur, dubitari posset? Non ex-
261. cusari puto Administratorem, si alio mandavit illud, quod ipse facere debuit, argum. *l. 6. §. 4. ff. Mandati.* ibi, non sunt igitur excusandi, quòd Contutori mandaverunt, quia ipsi emere debuerunt, & *text.* est *expreß. in l. 24. in princ. ff. de administrat. & peric. tutor.* ubi JCtus dicit, quotiescunque aut diffusa negotia sint, aut dignitas, vel ætas, aut valetudo Tutoris id postulet, Decreto Prætoris constitui quidem Actorem, sed hoc fieri periculo Tutoris, fac. *l. 6. §. 3. ff. eod.* ubi Ulpianus de constituto Tutore inquit, si quis Tutelam mandaverit gerendam, gestaque fuerit ab eo, cui mandatum est, locum esse Tutelæ Actioni, addens rationem, quòd videatur gessisse, qui per alium gessit, facit etiam *l. 23. ff. de minor.*
262. Et hanc sententiam in puncto Juris esse veriorem, alteram in Praxi tamen æquiorem, censet Munnoz de Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 56.*
263. Petrus Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 10.* ubi non solùm de suo facto Administratores, teneri dicit, sed etiam ex facto Collegarum, & Sub-Curatorum, si quos fortè sibi substituerint, & illis rem, sibi expediendam, mandarint, adde Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib. 2. cap. 2. membr. 2. num. 163.*
264. In contrariam descendit sententiam Berlich. *part. 5. Practicar. Conclus. 57. num. 72.* ubi affirmat, Quæstorem, vel alium Præfectum per substitutum, communi æstimatione idoneum, servientem, non teneri, si hic aliquid neglexerit, subtraxerit, vel dolo interceperit, per *l. 20. ff. commo-*
265. *dat.* & *l. 1. in fin. Cod. de condit. in publicis horreis.* Referenda huc sunt, quæ aliàs aliquoties circa hanc quæstionem adduximus.

In delictis certum est, substituentem nomine delinquentis substituti aliter non obligari, quàm si delinquat in officio, ad quod fuit deputatus, Garsias Mastrill. *Decis. Sicil. 231. num. 23.*

266. Alius est casus: An Directores & Præfecti Ærarii principalis, quorum officium est, inferiorum Administratorum Rationes examinare, eosque de Rationibus reddendis tempestivè admonere, & solutionem æris, ad Principem spectantis, urgere, si negligentes se exhibuerint, in exigendis istis Rationibus, teneantur de proprio; si, post moram à se in urgendo Rationum Examine commissam, inferiores isti Ministri cum tempore fiant non solvendo? Et teneri, de facto interrogatus, respondit Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 433. per tot.* pro quo est *text. in l. 1. in fin. Cod. de pericul. nominator.* & *in l. 7. Cod. de exactor. tributor.* ex
267. quo text. Francisc. Bursat. *consil. 408. num. 5.* concludit, si Exactores, qui tenentur, ab omnibus gabellarum debitoribus debita Principis exigere, in

in officio fuerint negligentes, obligari ipsos de suo, confer. Jacob. Menoch. *consil. 246. num. 66.* Si enim officiales sunt subalterni, ille, qui speciali rei vel causæ inservit, & de sua Administratione Anteriori Rationem reddit, si non satisfaciat, tenetur prior, post Bartol. Bald. Jason. & Plat. Francisc. Niger Cyriac. *dict. Controverf. 433. num. 19.* Quod ego verum intelligo, quando inferior ita à superiore dependet, ut ille huic de omnibus à se gestis respondere teneatur, & superiori præterea negligentia imputari possit. Extra hoc unus officialis non potest, nec debet se intromittere in labores officiumvè alterius, *l. 2. Cod. de executor. & exactor.* Bartol. *in l. duos. per illum text. Cod. de susceptor.* Jason. *volum. 2. consil. 229. num. 30.* adeoque absurdum esset, si alter de alterius facto & negligentia conveniretur, Jason. *dict. consil. 229. num. 31.*
268.
269.
270.
271.

An puniendus sit Minister publicus, qui Pecuniam ad certum usum deputatam, aliorsum derivaverit? aliquando quæsitum fuit. Puniendum esse, suadent *l. 1. & l. 2. §. 2. & 4. ff. de administrat. rer. ad civitat. pertinent. l. 8. Cod. de aqua ductu l. fin. Cod. de frumento Urbis Constantinopol.* eumque incidere in mulctam dupli, putat Jason. *volum. 2. consil. 229. num. 34.* ubi limitat, si erogatio Pecuniæ fiat de residuo, quod ad usum priorem non erat necessarium, addo Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 586. num. 26.* ubi inter alia docet, Pecuniam destinatam ad solvendum Salaria, non posse in aliam causam, pro commodo & utilitate Principis, licitè converti, videndus quoque est Prosper. Farinac. *de Furt. quæst. 171. num. 61. & 62.* Tiber. Decian. *in Tractat. Criminal. lib. 8. cap. 32. num. 9.* Mastrill. *Decis. Sicil. 238. num. 9. & 16.* Ernest. Cothman. *volum. 3. respons. 8. num. 58.* graviori verò pœnâ digni sunt illi, qui bonam Pecuniam receptam vendunt, & pro iis emunt adulterinam, vel injusti ponderis, & Laboratoribus Domini persolvunt, quos pœna Carceris, vel Exilii meritò expectat, Jodoc. Damhoud. *Pract. Criminal. cap. 115. num. 4.* Matth. Berlich. *part. 5. Practicar. Conclus. 57. num. 41.* Don Garsias Mastrill. *Decis. Sicil. 238. num. 8c.* & præter hoc, duplum illius, quod dolosè subtraxerunt, vel subticuerunt, refundere tenentur, vide Berlich. *dict. conclus. 57. num. 42. & 43.* Peculatus quoque crimen committit ille, qui ferrum vel aliud metallum inserit in aurum, argentum, vel æs publicum sacrumve, *l. 1. ff. ad Leg. Jul. Peculat.* Decian. *Tractat. Criminal. lib. 8. cap. 28. num. 10.* Prosper. Farinac. *de Furt. quæst. 171. num. 20.* quo etiam refer Pecuniæ Militaris Administratores, quos Itali Pagadores, Germani Commissarios vocant, nam & illi crimen peculatus incurrunt, si militum stipendia, loco bonæ & probæ monetæ, in pecunia ligæ vel ponderis minoris exsolvunt, Bajard. *ad Clar. quæst. 68. num. 80.* Ægid. Bossius *de Furt. num. 41.* Prosper. Farinac. *dict. quæst. 171. num. 43.*
272.
273.
274.
275.
276.
277.
278.
279.

Y 3 De

atque ita solvendo esse desinit, cui hoc damnum imputandum, & an Administrator ex hac causa excusandus sit, quòd talem elegerit; qui vulgò pro diligenti & fideli Viro reputabatur, dubitari posset? Non ex-
261. cusari puto Administratorem, si alio mandavit illud, quod ipse facere debuit, argum. *l. 6. §. 4. ff. Mandati.* ibi, non sunt igitur excusandi, quòd Contutori mandaverunt, quia ipsi emere debuerunt, & *text.* est *express. in l. 24. in princ. ff. de administrat. & peric. tutor.* ubi JCtus dicit, quotiescunque aut diffusa negotia sint, aut dignitas, vel ætas, aut valetudo Tutoris id postulet, Decreto Prætoris constitui quidem Actorem, sed hoc fieri periculo Tutoris, fac. *l. 6. §. 3. ff. eod.* ubi Ulpianus de constituto Tutore inquit, si quis Tutelam mandaverit gerendam, gestaque fuerit ab eo, cui mandatum est, locum esse Tutelæ Actioni, addens rationem, quòd videatur gessisse, qui per alium gessit, facit etiam *l. 23. ff. de minor.*
262. Et hanc sententiam in puncto Juris esse veriorem, alteram in Praxi tamen æquiorem, censet Munnoz de Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 56.*
263. Petrus Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 10.* ubi non solùm de suo facto Administratores, teneri dicit, sed etiam ex facto Collegarum, & Sub-Curatorum, si quos fortè sibi substituerint, & illis rem, sibi expediendam, mandarint, adde Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib. 2. cap. 2. membr. 2. num. 163.*
264. In contrariam descendit sententiam Berlich. *part. 1. Practicar. Conclus. 57. num. 72.* ubi affirmat, Quæstorem, vel alium Præfectum per substitutum, communi æstimatione idoneum, servientem, non teneri, si hic aliquid neglexerit, subtraxerit, vel dolo interceperit, per *l. 20. ff. commo-*
265. *dat.* & *l. 1. in fin. Cod. de condit. in publicis horreis.* Referenda huc sunt, quæ aliàs aliquoties circa hanc quæstionem adduximus.

In delictis certum est, substituentem nomine delinquentis substituti aliter non obligari, quàm si delinquat in officio, ad quod fuit deputatus, Garsias Mastrill. *Decis. Sicil. 231. num. 23.*

266. Alius est casus: An Directores & Præfecti Ærarii principalis, quorum officium est, inferiorum Administratorum Rationes examinare, eosque de Rationibus reddendis tempestivè admonere, & solutionem æris, ad Principem spectantis, urgere, si negligentes se exhibuerint, in exigendis istis Rationibus, teneantur de proprio, si, post moram à se in urgendo Rationum Examine commissam, inferiores isti Ministri cum tempore fiant non solvendo? Et teneri, de facto interrogatus, respondit Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 433. per tot.* pro quo est *text. in l. 1. in fin. Cod. de pericul. nominator.* & *in l. 7. Cod. de exactor. tributor.* ex
267. quo text. Francisc. Bursat. *consil. 408. num. 5.* concludit, si Exactores, qui tenentur, ab omnibus gabellarum debitoribus debita Principis exigere, in

in officio fuerint negligentes, obligari ipsos de suo, confer. Jacob. Menoch. *consil. 246. num. 66.* Si enim officiales sunt subalterni, ille, qui speciali rei vel causæ inservit, & de sua Administratione Anteriori Rationem 268.
reddit, si non satisfaciat, tenetur prior, post Bartól. Bald. Jason. & Plat. Francisc. Niger Cyriac. *dict. Controverf. 433. num. 19.* Quod ego verum intel- 269.
ligo, quando inferior ita à superiore dependet, ut ille huic de omnibus à se gestis respondere teneatur, & superiori præterea negligentia imputari possit. Extra hoc unus officialis non potest, nec debet se intromit- 270.
tere in labores officiumvè alterius, *l. 2. Cod. de executor. & exactor.* Bartol. *in l. duos. per illum text. Cod. de susceptor.* Jason. *volum. 2. consil. 229. num. 30.* adeo- 271.
que absurdum esset, si alter de alterius facto & negligentia conveniretur, Jason. *dict. consil. 229. num. 31.*

An puniendus sit Minister publicus, qui Pecuniam ad certum usum 272.
deputatam, aliorsum derivaverit? aliquando quæsitum fuit. Puniendum esse, suadent *l. 1. & l. 2. §. 2. & 4. ff. de administrat. rer. ad civitat. pertinent. l. 8. Cod. de aquæ ductu l. fin. Cod. de frumento Urbis Constantinopol.* eumque incidere 273.
in mulctam dupli, putat Jason. *volum. 2. consil. 229. num. 34.* ubi limitat, si 274.
erogatio Pecuniæ fiat de residuo, quod ad usum priorem non erat necessarium, addo Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 586. num. 26.* ubi inter 275.
alia docet; Pecuniam destinatam ad solvendum Salaria, non posse in aliam causam, pro commodo & utilitate Principis, licitè converti, videndus quoque est Prosper. Farinac. *de Furt. quæst. 171. num. 61. & 62.* Tiber. Decian. *in Tractat. Criminal. lib. 8. cap. 32. num. 9.* Mastrill. *Decis. Sicil. 238. num. 9. & 16.* Ernest. Cothman. *volum. 3. respons. 8. num. 58.* graviori verò pœnâ 276.
digni sunt illi, qui bonam Pecuniam receptam vendunt, & pro iis emunt adulterinam, vel injusti ponderis, & Laboratoribus Domini persolvunt, quos pœna Carceris, vel Exilii meritò expectat, Jodoc. Damhoud. *Pract. Criminal. cap. 115. num. 4.* Matth. Berlich. *part. 5. Practicar. Conclus. 57. num. 41.* Don Garsias Mastrill. *Decis. Sicil. 238. num. 81.* & præter hoc, duplum illius, 277.
quod dolosè subtraxerunt, vel subticuerunt, refundere tenentur, vide Berlich. *dict. conclus. 57. num. 42. & 43.* Peculatus quoque crimen commit- 278.
tit ille, qui ferrum vel aliud metallum inserit in aurum, argentum, vel æs publicum sacrumve, *l. 1. ff. ad Leg. Jul. Peculat.* Decian. *Tractat. Criminal. lib. 8. cap. 28. num. 10.* Prosper. Farinac. *de Furt. quæst. 171. num. 20.* quo etiam 279.
refer Pecuniæ Militaris Administratores, quos Itali Pagadores, Germani Commissarios vocant, nam & illi crimen peculatus incurrunt, si militum stipendia, loco bonæ & probæ monetæ, in pecunia ligæ vel ponderis minoris exsolvunt, Bajard. *ad Clar. quæst. 68. num. 80.* Ægid. Bossius *de Furt. num. 41.* Prosper. Farinac. *dict. quæst. 171. num. 43.*

280. De Thesaurariis Principum nostri temporis, an & illi incidant in crimen peculatus, vel de residuis, si Pecuniam, sibi à Principum debitoribus exsolutam, in usus proprios, ex arbitrio, convertant, & Mercaturam cum Dominorum Pecunia exerceant, dubitatum fuit? Negat id Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 586. num. 24. & 25.* suæ opinionis rationem hanc esse dicens, quòd in istos Administratores publicos censeatur esse translatum dominium Pecuniæ, adeoque lucrum ab his Thesaurariis, ex Pecunia Principis factum, non esse Principis, sed Thesaurariorum.

281. Verùm hanc assertionem Menochii, saltem apud nos in Germania, non esse veram, vel exinde satis probatur, quòd Pecuniæ casu fortuito, & absque Ministrorum culpa, pereuntes, non Thesaurariis, sed Principibus pereant, quod secùs esset, si Reditus & Pecuniæ publicæ solutæ
282. in Quæstorum vel Exactorum dominium transirent. Unde Principum & Universitatum Nummos Administratoribus, Quæstoribus, & Receptoribus numeratos, non fieri illorum, sed tantùm ipsorum custodiæ committi, nec liberam de istis Pecuniis Thesaurarios dispositionem habere, respondit Johan. Petr. Surd. *consil. 391. num. 14. & 15.* Don Garf. Mastrill. *Decis. Sicil. 238. num. 68.* Johan. Gœdd. *volum. 4. Consil. Marpurg. 57. num. 6. vers.*
283. Innmaßen ꝛc. ubi de Cellario Comitis alicujus, Pecuniam exigente, loquitur, & dicit, hunc Cellarium Exactorum Nummorum nudum tantùm fuisse Administratorem, Receptorem, & Numeratorem, dominium verò ipsum mansisse penes Dominum Comitem.

284. Ex qua verissima doctrina infero casus sequentes: Primò, Administrator sive Thesaurarius Principis supremus, qui alibi Cameræ Præses, alibi Director, alibi Magister Cameræ, alibi aliter vocatur, id est, ille, qui Ærarium & Principis Pecunias in custodia habet, si aliquid cum substantia, vel Nummis ad Principem spectantibus, adquirit, omne illud adquirit Principi, etiamsi proprio nomine mercatus fuerit, *l. 8. Cod. de Rei vindicat. l. 3. Cod. arbitr. tutel.* Peregrin. *de Jure Fisci lib. 6. tit. 3. num. 12.*

285. Casus Secundus: Si sint tales Officiales, id est, Dii minorum gentium, qui tenentur Pecuniam publicam, quam penes se habent, immediatè referre ad Cameram Principis, veluti Exactores Tributorum, qui tenentur vel singulis Hebdomadibus, vel Mensibus, vel etiam singulis Annis, Pecunias à singularibus Debitoribus exactas in Cameram deferre, istis, æquè ac modò memoratis, minimè permissum est, cum Pecunia aliena, & ad Superiorem spectante, negotiari, si secùs faciunt, omne lucrum indè proveniens Fisco debetur, Bartol. *l. 1. Cod. de auri publici per-*
286. *secutor. num. 2.* ubi dicit expressè, Exactores publicos, Principum Pecuniam

niam exigentes, non posse illam redigere in Florenos, vel Florenos in Pecuniam sine licentia, tum etiam omne lucrum, quod percipiunt, esse publicum, adeò ut si lucellum istud retineant, faciant id contra conscientiam, adeoque posse hoc Fiscum ab ipsis repetere, confer. Peregrin. *de Jure Fisci dict. tit. 3. num. 8.* & ante eum, Ægid. Bossium *Tractat. Criminal. tit. de Fisco & Privileg. ejus. num. 50. vers. Sed hoc quoque.* Prosper. Farinac. *de Furtis quaest. 171. num. 45.* ubi *ex l. 1. Cod. de his, qui ex publ. ration.* affirmat, Pecuniæ publicæ Exactorem non posse publicas Pecunias, sub fœnore, alii mutuare. 287.

Casus Tertius: Officiales deputati, ad recipiendum Pecunias publicas, quas tenentur conservare in certas causas, vel pro occurrentibus publicis necessitatibus, non possunt quoque cum ista Pecunia mercari, nec illam alii mutuare, multò minùs in suos usus convertere, verùm omne lucrum inde proveniens Fisco est applicandum, post Philippum Decium *consil. 6.* Peregrin. *de Jure Fisci citat. tit. 3. num. 9.* Bossius *dict. num. 50. vers. Sed hoc quoque.* 288.

Casus Quartus: Ille, qui Pecuniam publicam colligit cum obligatione, illam in certa tantùm quantitate suo tempore restituendi, cùm Debitor tantùm sit quantitatis, in sui commodum cum Pecunia, cujus dominium in ipsum transiit, negotiari, & sibi adquirere non prohibetur, Peregrin. *de Jure Fisci dict. tit. 3. num. 11.* Farinac. *dict. quaest. 171. num. 56.* Ægid. Bossius *citat. num. 50. vers. Sed hoc quoque.* ubi loquitur de Administratore, qui Domini sui Pecunias sub termino tandem solvere cogitur, & dicit lucrum interim factum non esse Fisci. Sic etiam, quamvis ne quidem publica Pecunia in aliam speciem à Thesaurario transmutari possit, *l. 1. Cod. de auri publici persecutor.* Si tamen illa Creditoribus solvenda sit, Officiali interdictum non est, eam in aliam Monetæ speciem cum lucro suo mutare, & ita aliam pro alia, valida tamen & probanda, substituere, post Raphaël. Cuman. *consil. 178.* Peregrin. *dict. tit. 3. num. 10.* 289. 290. 291.

LOCUS UNDECIMUS.

De Expensis ab Administratore factis, vel faciendis.

SUMMARIA.

1. *Ad Expensas refert Administrator illa, in quibus suum Principalem vel ex prioribus Rationibus, vel aliàs obligatum habet.*
2. *Administrator sibi ipsi solvere potest, & debet.*

3. *Idem*

3. *Idem in Tutore, Creditore Pupilli, verum est.*
4. *Creditor, sui Debitoris Bona administrans, præsumitur sibi solvisse.*
5. *Nisi ex Calculorum subductione contrarium appareat.*
6. *An Administrator Immobilia sibi solvere possit?* & num. 9.
7. *Administratori, è venditione Fructuum sibi satisfacienti, nihil imputatur, etiamsi Fructuum pretium postea crescit.*
8. *Tutor Pecuniam, ad emptionem Prædiorum destinatam, sibi solvere non potest.*
10. *In illis quoque negotiis, ubi possunt intervenire occultæ circumventiones, Administrator sibi ipsi non potest satisfacere.*
11. *Ad Expensas pertinet, si quid Administrator nomine sui Principalis solvit.* & num. 14.
12. *Ad officium Administratoris spectat, Creditoribus Domini satisfacere.*
13. *Damnum, ex mora retardatæ Solutionis proveniens, Administratoris est, non Domini.*
15. *Nemo tenetur propriis sumptibus res aliorum administrare.*
16. *Bonam fidem agnoscere cogitur Administrator.*
17. *Si secùs faciat, ipse, & non Dominus, dicitur esse in mora.* & num. 18.
19. *Contra veros Creditores temerè litigans, ipse, & non Dominus, Expensas aliamque jacturam portare tenetur.* & num. 20.
21. *Quod etiam in Hospitalium, & similibus Piorum Locorum Administratoribus verum est.*
22. *Cautè Administratori, in faciendis Solutionibus, agendum, nec illi solvendum est, qui verè creditum non probavit.*
23. *Debitum per unum Testem, & Partis Juramentum probatum, absque periculo solvere non prohibetur.*
24. *Administrator cum libera Pecuniam naturaliter debitam solvere potest.*
25. *Alii rerum gestores satisfacere prohibentur, si liquidò de debito non constet.* & num. 26. 27. 28.
29. *Casus proponitur.* & num. 30. 31.
31. *Confessio incidenter facta debitum non probat.*
32. *Usuras debiti Paterni nomine Pupilli solvere non tenetur Tutor, nisi à Creditore Pupillari fuerit interpellatus, vel Pupilli Pater in specie Usuras promiserit, & quando hoc verum sit.* & num. 33.
34. *Hodie Administratores sine speciali mandato rarò solvere possunt Debitoribus.* & num. 35. 36.
37. *Tutor, si certæ & spectatæ fidei sit, potest solvere Pecuniam, quam ipse scit, Patrem Pupilli debuisse.*
38. *Extra hunc casum probatio debiti Pupillaris arbitrio solius Tutoris non est committenda.*
39. *An in Expensorum Calculo recipiendum sit illud, quod Administrator Creditoris Famulo, vel Tabellario ad exequendum misso, solvit?*

40. *Debi-*

40. *Debitor, non expresso loco dare obligatus, in loco domicilii solvere potest.*
41. *Certus locus solutioni constitutus, non interpellat pro homine, quando Creditor in isto loco debitum non exigit.*
42. *Periculum est Debitoris, sine speciali mandato Creditori per Nuncium pecuniam mittentis.*
43. *Alii, quàm Domino sive Creditori, Debitor solvere non debet.*
44. *Nisi tertius speciale mandatum habeat, ad recipiendum solutionem.*
45. *De hoc mandato, juxta multorum opinionem, per publicum Instrumentum constare debet.*
46. *Solvi non potest Fidejussori.*
47. *Nec negotiorum gestori.*
48. *Nisi debitum apud Creditorem, cum interventione negotiorum gestoris, fuerit contractum.*
49. *Solvens famulo, ad recipiendum in specie misso, liberatur, etiamsi ille cum Pecunia aufugiat.*
50. *Non autem, si Creditor sibi mitti Pecuniam simpliciter scriberet, non addendo, per Tabellarium præsentem.*
51. *Tabellario commonefaciendi gratiâ misso, solvi non potest.* & num. 52. *ubi limitatur.*
53. *Nec alii, etiamsi is esset Vir fide dignus.*
54. *Res commodata per personam, communi opinione fide dignam, remitti potest.* & num. 57.
55. *Nisi expressè inter Partes actum fuerit, per quem in specie res esset remittenda.* & num. 56.
58. *Vel persona, cui res traditur, non sit bona fama.*
59. *An satis sit, rem remittere per personam, tantùm integræ vitæ præsumptionem pro se habentem, distinctione absolvitur.* & num. 60.
61. *Tertius, jussu Creditoris Pecuniam apud Debitorem exigens, & mittens liberatur, si Tabellarius aufugiat, vel Pecunia Creditori missa à Prædonibus auferatur.*
62. *Debitor, ad evitandum periculum, expressum Creditoris mandatum, de huic vel illi solvendo, expectare debet.*
63. *Solvens tertio, nullum habenti mandatum, non liberatur.*
64. *An solvi possit adferenti aliquod Signum Creditoris,* ein Wahr-Zeichen? *affirmatur.* & num. 65.
66. *Convenientibus Partibus, quod venienti cum certo signo solvendum sit, tertio, etiam sine Creditoris mandato, solvi potest, signum istud adferenti.*
67. *Quod verum est in rebus levis præjudicii, non in gravibus: Et quid si Tabellarius falsum mandatum attulit?*
68. *Obligationis Instrumentum producenti solvere potest Debitor.* vide tamen num. 70.

69. *Si suspecta sit Persona, Solutionem vi istius Instrumenti urgens, ad Cautionem de rato compelli potest.*
71. *An adferenti Literas Credentiæ solvi possit?*
72. *Debitori probatio incumbit, se Pecuniam Nuncio, ad recipiendum Solutionem misso, realiter tradidisse.*
73. *Solutionem allegans, eam probare debet.*
74. *Nisi negativa Solutionis non factæ proponatur à tertio, qui onere probandi gravatur.*
75. *Tabellario, accipienti à Debitore Pecuniam, incumbit onus probandi, quod eam Creditori tradiderit.*
76. *Qui etiam casum amissionis, si eum alleget, probare debet.*
77. *Tabellarius, à Latronibus spoliatus, ad refusionem Pecuniæ non tenetur.*
78. *Nisi, relictâ viâ ordinariâ, per insolitam transierit.*
79. *Vel culpæ accusari possit, in non adhibita diligentia debita.*
80. *Pecunia, ad sistendum cursum Usurarum deposita, illius est periculo, qui eam accipere recusat.*
81. *Modò consignatio facta fuerit debito loco & tempore.*
82. *Si Depositarius Pecuniam decoquat, an periculum sit Creditoris vel Debitoris? remissivè.*
83. *Debitor Creditori Creditoris tunc solvere potest, si habeat ipsum solventem obligatum, vel ejus Bona.*
84. *Idem statuendum est, si solvens obligatus est ex eadem causa, ex qua obligatus est Creditor.*
85. *Debitor cum Consensu Creditoris, hujus Creditori semper solvere potest.*
86. *Citra verò illius Consensum nequaquam.*
87. *Solvens tamen, non quidem ipso Jure, sed ope Exceptionis liberatur.*
88. *Fisco, si sit Creditor mei Creditoris, impunè solvere possum.*
89. *Pro impetranda solutione, Debitor Debitoris conveniri potest.*
90. *Modò 1. fateatur debitum, vel sit condemnatus ad solvendum.*
91. *2. Sit excussus, & non repertus solvendo.*
92. *3. Requiritur, ut Debitor conventus suum debitum fateatur.*
93. *Excussio non est necessaria, si constet Debitorem esse non solvendo.*
94. *Utpote si cessit Bonis, si vadat ostiatim mendicando, si latitet, aut sit in aperto, inanem esse Executionem.*
95. *Casus proponitur.*
96. *Administrator furioso, prodigo, aut minori, absque Tutorum authoritate solvere non potest.*
97. *Nisi decretum Judicis de solvendo intervenerit.*
98. *Non excusat Administratorem, nudam Judicialem Quittationem, de solutione personis inhabilibus facta, producentem.*

99. Libe-

99. *Liberatur, minori solvens, si hic locupletior fuerit factus.*
100. *Pecunia Pupillaris Tutori soluta, à Pupillo denuo exigi non potest, si Tutor ostendere paratus sit, quòd in utilitatem Pupilli cesserit.*
101. *Asserenti incumbit probatio, quòd Pecunia in rem minoris versa fuerit.*
102. *Locupletior factus esse dicitur minor, si vel res adhuc extet, vel aliquid pro ea emptum, vel Creditoribus Pupilli ex illa satisfactum sit.*
103. *Quando liberetur Tutor, solvens minori? remissivè.*
104. *Minor, si ipse agat, & in integrum petat se restitui, ipsi incumbit probatio, se non fuisse factum locupletiorem.*
105. *Quando quis præsumatur locupletior factus? remissivè.*
106. *Administrator Tutoribus rectè solvere potest.*
107. *Etiam tantum uni, si plures fuerint.*
108. *Restituitur tamen minor, si, per solutionem Tutori factam, læsus fuerit.*
109. *Et, si Pecunia Tutori soluta in utilitatem minoris non cesserit, solutio solventi non prodest.*
110. *Pecunia, stante Tutelâ Tutoribus promissa, etiam, eâ finitâ, illis solvi potest, modò Tutores sint solvendo.*
111. *Administrator, solvens Consanguineo Creditoris sui Principalis, puta Filio pro Patre, Matri pro Filio, Marito pro Uxore & vice versâ, hanc Pecuniam Rationibus suis inferre non potest.*
112. *Marito Pecunia Uxoris solvi nequit.*
113. *Nisi debitum fuerit Dotale.*
114. *An Debitor, per anticipationem Administratori solvens, liberetur, si hic fiat postea non solvendo, vel mandatum fuerit revocatum?* & num. 115.
116. *Mandatario, cujus mandatum jam expiraverat, an validè solvere possit Administrator?* & num. 117.
118. *Et an Administrator, per vim & jussum Judicis exactus, Pecuniam ita solutam Rationibus inferre possit?*
119. *Quando item Reo criminis rectè solvatur, vel Fisco post Confiscationem Bonorum? remissivè.*
120. *Administrator alienorum negotiorum gestori validè solvit, si hic cum suo Domino, alieno licet nomine contraxit.*
121. *Res à Monacho, Servo, Filiofamilias & hisce similibus, apud alium deposita, iisdem personis sine Abbatis Patrisve Consensu reddi potest.*
122. *Malè agunt Administratores, Domini Ministris Salaria justo tempore non exsolventes.*
123. *Soluta hæc Salaria ad Expensarum Classem rectè referuntur.*
124. *Tutor Salarium petere non potest.*
125. *Sed gratuitam operam præstare debet.*

 126. *Etiamsi*

126. *Etiamsi à negotiis propriis Pupilli gratiâ fuerit avocatus.*
127. *Debetur Tutori Stipendium 1. Si Judex ex causa hoc voluerit. 2. Si Tutor continuò circa Tutelæ negotia est occupatus.*
128. *3. Si sit pauper, Pupillus verò dives.*
129. *4. Si Tutor alii operas suas locare solitus sit.*
130. *Tutor propriis manibus Agros Pupilli colens, pretium operæ & laboris rectè petit.*
131. *Idem in Advocato Tutore, pro præstito patrocinio, verum est.*
132. *In tantum, ut etiam eorum, quæ ob negotia Pupilli impeditus neglexit, ratio sit habenda.*
133. *Illustribus Personis, si sint Tutores, Salarium & Alimenta pro se & Familia debetur.*
134. *De Salario remissivè, & quòd officio durante non petitum, postea exigi nequeat.*
135. *Creditoribus hæreditariis Administrator in solidum solvere non debet, si adsint Cohæredes.*
136. *Æs alienum hæredes omnes onerat.*
137. *Etiam ultra vires hæreditarias.*
138. *Etiamsi tantùm minimam rem adprehenderunt.*
139. *Adeò ut nec pacto, nec Testatoris jussu, hæredes ab hoc onere liberentur.*
140. *Hæredes ex se non possunt obtrudere Creditori Debitorem, quem ipsi volunt.*
141. *Unus hæredum, solutionem simpliciter promittens, in solidum non obligatur, nisi ad hoc se in specie obligaverit.*
142. *Testator mandare non potest, ut unus hæredum totum solvat.*
143. *Et si hoc faciat, Creditores nihilòminus omnes hæredes convenire non prohibentur.*
144. *Plures hæredes in solidum conventi, & per Sententiam simpliciter condemnati, pro rata tantum tenentur.*
145. *Duobus in solidum obligatis, si Creditor ab uno, quem solum convenit, integrum consequi non possit, adversùm alterum nihilòminus agere potest.*
146. *Administrator hæreditariis Creditoribus satisfacere potest.*
147. *Sed non ultra ratam, ad Dominum spectantem.*
148. *Hæredes non in totum, sed pro virilibus Portionibus tantùm tenentur.*
149. *Actiones in hæredes ipso Jure scinduntur.*
150. *Et hæres, qui partem suam solvit, liberatur.*
151. *Frater, cui aliquid à reliquis promissum fuit, potest alios Fratres pro virili duntaxat, & non in solidum convenire.*
152. *Unus Cohæredum, si fiat non solvendo, hoc reliquos non onerat.*
153. *Nisi hæredes divisionis beneficio renunciaverint, vel Testator ad factum fuerit obligatus.*
154. *Si Creditor sit pauper, hæres verò dives, tunc in conscientia in solidum ipsum teneri putat Molinæus.*

155. *Hære-*

155. *Heredes æs alienum pro portionibus hæreditariis, & non pro ratione emolumenti exsolvunt.*
156. *Hujus rei exemplum adfertur.*
157. *Et extenditur ad Primogenitum, qui plus solvere non cogitur, quàm Secundo-geniti, etiamsi istius portio sit pinguior.*
158. *Heredes diversi generis pro rata emolumenti Creditoribus satisfaciunt.*
159. *Uxor, vigore Statuti de adquæstibus participans, pro modo emolumenti æs alienum ferre cogitur.*
160. *Actiones reales in hæredes in solidum transeunt.*
161. *Sequuntur enim Possessores.*
162. *Possessor rei alienæ, in hæreditate inventæ, solus conveniri potest.*
163. *Nisi sit extraneus Pignoris Possessor, qui ante hæredes conveniri nequit.*
164. *Institutus in rebus certis, æri hæreditario non implicatur, nisi res illæ totam hæreditatem absorbeant.*
165. *Hujus rei casus proponitur.*
166. *An Donatarius omnium Bonorum hæreditariis debitis implicetur? remissivè.*
167. *Obligatur Donatarius, si donans non sit solvendo, vel nullum hæredem relinquat.*
168. *Idem de Legatariis est judicium.*
169. *Cumprimis si Testator ipsis æris alieni solutionem injunxit.*
170. *Quid de Usufructuario? remissivè.*
171. *Pœnales Actiones hæredes non obligant.*
172. *Nec pœna personam egreditur.*
173. *Lucra injusta hæredibus extorquentur.*
174. *Et tenentur de eo, quod ex scelere sui Antecessoris ad eos pervenit.*
175. *Obligantur quoque, si lis cum defuncto fuerit contestata.*
176. *Lite cum defuncto non contestatâ, ad mulctam Pecuniariam non tenetur Successor.*
177. *Heredes Sagarum morte punitarum damnum à Sagis illatum resarciunt.*
178. *Quando pœna cum delinquente extinguatur? remissivè.*
179. *Sumptus, in rem & negotia Domini erogatos, rectè repetit Administrator.*
180. *Modò ab initio rem utiliter gerat, etiamsi plus expenderit, quàm est in facultatibus Domini.*
181. *Non in hoc administrantur Tutelæ, ut mergantur Pupilli.*
182. *Potest Tutor plus in Alimenta impendere, quàm est in Reditu minorum, si Reditus non sufficiat.*
183. *Si minor ipse quæstum facere potest, Curatori incumbit, minorem ad faciendum lucrum adigere.*
184. *In Alimentis præstandis modus est observandus.*
185. *Administrator potest omne illud agere, quod pro exequendo negotio necessarium est.*

 186. *Id*

186. *Id est, constituere Actorem, Procuratoremque cum Salario.*
187. *Potest Rationum Expensis inferre illud, quod exsolvit istis, quorum operâ in expediendis negotiis Domini usus est.*
188. *Sumptus in rem Domini facti, in Rationibus à Domino agnosci debent.*
189. *Dominus debet Administratorem servare indemnem.*
190. *Et suppeditare sumptus, pro executione rei sibi commissæ factos.*
191. *Etiamsi Dominus ipse, negotium gerens, minus expendisset.*
192. *Restituendum est Curatoribus rerum omne illud, quicquid sine dolo malo ædificando, reficiendo, defendendo, &c. expendunt.*
193. *Etiamsi istud, quod pro emptione rerum, pro confectione Instrumenti Venditionis, & similibus, expendit.*
194. *Huc pertinent Expensæ, pro colligendis Fructibus factæ.*
195. *Omnis, ad restitutionem Fructuum obligatus, sumptus pro cultura factos rectè retinet, vel repetit.*
196. *Administratori injuncta est conservatio rerum, ad Dominum pertinentium.*
197. *Qui & Impensas in hanc rem factas de Jure repetit.*
198. *Administrator Reipublicæ sarta tecta servare tenetur, hisce neglectis, damnum ex suo resarcit.*
199. *Interest Reipublicæ, ut ædes reficiantur.*
200. *Curator Reipublicæ ædes privatas à Domino in tempore non refectas, reficere, & post lapsum quatuor Mensium distrahere potest, si Dominus intra illud tempus sumptus non restituat.*
201. *Hypotheca tacita competit Creditori, pro rei conservatione Pecuniam credenti.*
202. *Impensæ, pro conservatione, & custodia, sive defensione Castri factæ, restituendæ sunt Administratori.*
203. *Sicuti & omnes aliæ impensæ necessariæ.*
204. *Quales sunt, vetera ædificia restaurare, aggeres facere, flumen avertere, in demortuarum Arborum locum alias substituere.*
205. *Vel sumptus facere pro commodiori & uberiori fructuum perceptione.*
206. *Item aliquid impendere pro reparatione carceris, pro reparandis viis, & aliis ædificiis publicis.*
207. *Nec non expendere aliquid, pro Castri recuperatione.*
208. *Et res Domini ab onere servitutis liberare.*
209. *Veteres Pensiones augere.*
210. *An Minor in Rationibus acceptare cogatur ædes suo nomine emptas, & postea igne consumptas?* & num. 215.
211. *Fundus nomine Pupilli emptus, acceptandus est, si adquisitio expediat Pupillo, etiamsi ejus valor postea decrescat.*
212. *Restituenda sunt Impensæ, in ædificationem Domus noviter comparatæ factæ.*

213. *Ædi-*

213. *Ædificare Domum, inter impensas necessarias numeratur.*
214. *Maximè, si ad Colonorum usum, & perpetuam rei utilitatem extruatur.*
215. *Ab emptione Prædiorum non necessariorum abstinendum est Tutori.*
216. *Quantitate Expensarum, circa refectionem rei factarum, specialiter in Rationibus non expressâ, peritorum judicio determinandum est, quantum verisimiliter expendi potuisset.*
217. *In facienda hac æstimatione illud attenditur, quod verè fuit impensum, etiamsi Melioramentorum substantia postea decrescat.*
218. *Non enim tempus traditionis, sed pretii verè facti quantitas observanda est.*
219. *Meliorationes factæ refundendæ sunt, etiamsi res, in quam factæ sunt, non amplius extet.*
220. *Expensas, pro defensione Domini in Judicio factas, Rationibus recuperat Administrator.*
221. *Litem à Patre Pupilli cœptam persequi tenetur Tutor.*
222. *Etiam unus ex pluribus Tutoribus causam Pupilli defendere potest.*
223. *Hoc omisso, negligentia Tutoribus imputatur.*
224. *Litem tamen improbam suscipere non debent.*
225. *Alias Impensas, in eam factas, non recuperant.*
226. *Libellus ex imperitia Advocati malè conceptus, sumptibus Tutoris emendandus est.*
227. *Idemque solvere cogitur Impensas, in quam ob præsumptam instantiam, nomine Pupilli condemnatus fuit.*
228. *Et damnum, ex omissa Appellatione subsecutum, resarcire tenetur.*
229. *Hæc omnia etiam in omnibus aliis Administratoribus procedunt.*
230. *Jura de Tutoribus loquentia ad alios Administratores extenduntur.*
231. *In dubio præsumitur Tutor improbam movisse litem.*
232. *Impensæ litis, probabiliter susceptæ, non imputandæ sunt Tutori.*
233. *Etiamsi Majores sint, quàm est in facultatibus Pupilli.*
234. *Impensas litis improbas portat Minor, si Major factus, gesta Tutoris rata habuerit.*
235. *Cautela pro Tutore, litem nomine Pupilli suscipiente.*
236. *Viatica, in expediundis negotiis Domini ab Administratore facta, repeti possunt*
237. *Etiam à Curatoribus minorum.*
238. *Qui possunt, peregrè abeuntes, ex Bonis Domini tantum capere, quantum pro Viaticu opus est.*
239. *In causa justa Alimenta Tutori præstanda sunt.*
240. *An de Viaticis illud deduci possit, quod domi quis probabiliter expendisset.* & num. 241.
242. *Constituto licet Salario, Tutor nihilominus Viatica & Expensas rectè repetit.*
243. *Nemo in Expensis prodigus esse debet.*
244. *Sed debitus modus in illis est observandus.*

245. *Et*

245. *Et ista tantummodò recipiuntur, quas quis in propria causa verisimiliter expendisset.* & num. 246.
247. *Expensa immodica in funere Patris non admittuntur.*
248. *Nec in prosecutione litis Pupillaris.*
249. *Modicè quid, an immodicè erogatum sit, arbitrio Judicis relinquitur.*
250. *Mandatario refundendi sunt sumptus, pro conducendo equo.*
251. *Modò Dominus per Procuratorem, equitando, negotia expedire solitus sit.*
252. *Si Administrator equitaverit cum proprio equo, distinguitur.*
253. *Rusticus Administrator equo incedere non debet.*
254. *Viro verò nobili equus non denegatur.*
255. *Caballus, in itinere mortuus, Domino non perit.*
256. *Equus, morbo naturali mortuus, non est resarciendus à Conductore, etiamsi periculum mortis in se receperit.*
257. *Administrator Spolium ab hostibus, aut damnum ex naufragio passum, à Domino non repetit.*
258. *Nec illud, quòd domi absens, in re familiari neglexit.* & num. 259.
260. *Expensarum etiam minimarum Administrator debet habere causam rationabilem.*
261. *Et debet constare de Persona, cui solutum fuit.*
262. *Immodicos sumptus de suo resarcire cogitur.*
263. *Expensæ, ab Administratore in Rationibus expressæ, quotidie reducuntur ad minorem summam.*
264. *Sumptus, non expedientes, Domino non sunt imputandi.*
265. *Expensæ, probabiliter bene cœptæ, refundendæ sunt Administratori, etiam nullum commodum Domino adferentes.*
266. *Tutor Prædia minùs idonea, absque tamen lata culpa & negligentia, emens, excusatur.*
267. *Negotiorum gestor omne fert damnum, sive benè sive malè negotium cœperit.* & num. 268.
269. *Sumptus tantæ quantitatis, ut Dominus ad rei venditionem urgeatur, non sunt tolerandi.*
270. *Nec isti, quos sustinere non potest Dominus.*
271. *De sumptibus excessivis illa repeti possunt, in quibus legitimus modus est observatus.*
272. *Tolerantur etiam immodici, si sine illis res fuisset peritura.*
273. *Alleganti, sumptus esse immodicos, incumbit probatio.*
274. *In Expensis etiam illud admittitur, quod Administrator propriis manibus laboravit.* & num. 275.
276. *Principum Præfecti donandi facultatem non habent.* & num. 277.
278. *Mandatum, quantumcunque generale, ad debiti remissionem non extenditur.*
279. *Tutor donare nequit.*

280. *Nec*

280. *Nec quilibet alius Administrator.*
281. *Sive potestatem ab Homine habeat, sive à Lege.*
282. *Nisi modicas & receptas liberalitates exerceat.*
283. *Munera mitti solita effundere potest Administrator Viri nobilis.*
284. *Et dare dona Nunciis, lata nova Principi adferentibus.*
285. *Munera Judicis, pro obtinenda victoria litis data, an in Calculo Expensarum sint recipienda?*
286. *Liberalitates Domino utiles in Rationibus admittuntur.*
287. *Maximè, si ob Donationes plus consequatur Dominus, quàm sit Donationum valor.*
288. *Debitum extremâ egestate laboranti remittere potest Administrator, si plùs in ejus exactionem debuisset expendere, quàm postea recipere potuisset.*
289. *Judex pauperibus condemnatis mulctam remittere potest.*
290. *Tutor, ob Debitoris paupertatem debitum non exigens, excusatur.*
291. *Tutor Regis donandi & remittendi potestatem habet.*
292. *Quod etiam de Principum Tutoribus dicendum est.*
293. *Et de aliorum Illustrium Virorum.*
294. *Non autem de Tutore Nobilium.*
295. *Magnatum Tutores, rarissimè donari solita, aliis donare non possunt.*
296. *Donationes Remuneratoriæ Tutori non sunt interdictæ.* & num. 297.
298. *Modò merita sint condecentia donationi.*
299. *Tutor omnia illa in Pupillum erogare potest, quæ moribus & conditioni personæ conveniunt.*
300. *Et Salaria Præceptoribus constituere, sed quando?*
301. *Etiam Præceptoribus Sororum Pupilli sine Judicis Decreto.*
302. *Imò etiam Alimenta inopibus Parentibus, sive Sororibus Pupilli, constituere.*
303. *Remuneratoriæ Donationes aliter non admittuntur, quàm si de officiis, à Donatario præstitis, apertè constet.*
304. *In Instrumento Donationis communiter præstitorum officiorum mentio à Notariis fieri solet.*
305. *Iniquam vel odiosam Pecuniam Administrator remittere non potest.*
306. *Nisi ejus exactio peccato viam aperiret.*
307. *In omnibus Liberalitatibus modus est adhibendus.*
308. *Expensæ ab Administratore, ob inopiam fortè Debitoris, non exacta, ad Expensarum Catalogum referri possunt.*
309. *Reditus ab inope Subdito nec exigi possunt, nec debent.*
310. *Inanis est Actio, quam inopia Debitoris excludit.*
311. *Periculum inanis Actionis ad Dominum spectat.*
312. *Peccant Examinatores Rationum, Administratoribus Pecuniam, ob inopiam Debitoris non exactam, imputantes.*

313. *De industria Administratoris in exigendis Reditibus Domini, quomodo constare possit?*

314. *Administrator debita, ob indigentiam Subditorum non exacta, in Appendice Rationum,* in der Stumpff-Rechnung / *Domino in solutum offerre potest.*

315. *Illique inserere Expensas, in Rationibus per oblivionem omissas, vel aliàs repetere.*

1. AD Expensarum Classem omnium primò rectè refert Administrator omnia illa, in quibus fortè suum Principalem vel ex prioribus Rationibus, vel aliàs obligatum habet; Der Verwalter bringet billich zuerst zur Außgabe dasjenige / was man ihme in letztgehaltener
2. Rechnung oder sonsten schuldig ist; Idque ex decantata Regula, quod alienarum rerum, & negotiorum gestor etiam sibi ipsi solvere possit, imò & ad hoc teneatur, *l. 25. §. 1. ff. de negot. gest. l. 9. §. 2. ff. de peculio. l. 9. §. 5. & 7. ff. de administrat. tutor. text. opt. in l. 3. §. 4. & 5. ff. de contrar. tutel. & utili*
3. *actione.* ubi Ulpianus ait, Tutorem, qui fortè est Creditor Pupilli, non oportere Usuras à Pupillo exigere, si sit in substantia Pupilli, unde suum consequatur, Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 76. num. 8.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 129. num. 22.* Arismin. Tepatus *in Compend. Decision. tit. 483. cap. 10.* Afflict. *decis. 13. num. 14.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 105.* eleganter Surd. *consil. 290. num. 33.* ubi multis probat, Administratorem sibi non satisfacientem, Usuras sui crediti exigere non posse.
4. Et hæc quidem adeò vera sunt, ut, si Creditor diu Debitoris sui Bona administraverit, præsumatur sibi solvisse, & satisfecisse, *l. 31. §. 1. in fin. ff. de petition. hæreditat.* Matth. de Afflict. *decis. 19. num. 15. & seqq.* Cravetta *consil. 129. num. 5.* Mascard. *de Probation. conclus. 53. num. 4.* & *conclus. 54. num. 5.* Surd. *dict. consil. 290. num. 33.* Roman. *consil. 187. num. 3.* Mercurial. Merlinus
5. *in Tractat. de Pignor. lib. 4. quæst. 178. num. 6.* nisi, subductis Calculis, clarè contrarium appareat, scilicet quòd Administratori de credito necdum fuerit satisfactum, Mascard. *dict. conclus. 54. num. 6. & seqq.* Cavalcan. *de Tu-*
6. *tor. num. 181. vers. Sed prædicta.* vera est Regula, si agatur de rebus mobilibus, Pecunia, vel iis, quæ servando servari non possunt, secùs si de immobilibus, ita Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 3. quæst. 34. num. 2.* Rejicitur tamen hæc limitatio communissime per *text. in l. fistulas. 78. §. 1. ff. de contrahend. emption.* & docet Bartol. *in l. servus communis. 2. in fin. ff. de stipulat. servor.* Tutorem sibi solvere posse Prædium, à Patre Pupilli, ex necessitate contractus præambuli, sibi debitum, confer. Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 107. & 108.* vide Joh. Coras. *Miscellan. Jur. Civil. lib. 6. cap. 15.*
7. *per tot.* Illud notatu dignum est, si Administrator sibi satisfaciat, vendendo

dendo Fructus, quòd ipsi nihil imputetur, etiamsi Frumentum postea fiat carius, Surd. post Bald. & Castrens. *consil. 390. num. 33.*

Limitatur autem Regula duobus modis, & quidem 1. Si Pecunia fuit destinata ad emptionem Prædiorum, hanc sibi Tutor aliusve Administrator solvere non potest, *text. in l. 3. §. 6. ff. de contrar. tutel. & utili action.* Montan. *de Tutel. dict. cap. 32. regul. 9. num. 109.* 8.

Limitatur 2. In solutione vel restitutione hæreditatis, & aliis periculosis negotiis, ubi magnæ faciendæ sunt deductiones, & possunt intervenire occultæ circumventionis occasiones, Paul. Montan. *dict. cap. 32. regul. 9. num. 100.* 9. 10.

Secundò ad Expensarum ordinem pertinet illud, quod Administrator Creditoribus sui Principalis solvit, cùm enim ad ejus officium spectet, ut omnibus illis, qui Dominum obligatum habent, in tempore satisfaciat, prout de Tutore apertè probat *text. in l. 9. §. 5. ff. de administrat. tutor. l. 78. §. 2. ff. de legat. 2.* ubi Ulpianus ait, Damnum & Usuras, quas ex mora non solventis Tutoris patitur Debitor Pupillus, à Tutore sarciendum esse, fac. *l. 23. Cod. de administrat. tutor.* Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr. 3. §. 2. verb. & faire les fruicts. ante num. 2.* Paul. Montan. *dict. cap. 32. regul. 9. num. 97. cum tribus seqq.* Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 71. num. 10.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 1.* quis inficias ibit, repetere posse Tutorem, & quemlibet Administratorem, eoque fine ad Expensarum Catalogum referre nominatim istam Summam, quam ex mandato Legum aliis repræsentare obligatus fuit? Indubitati siquidem Juris est, neminem cogi propriis sumptibus administrare res aliorum, sed si qui facti sunt, eorum concedendam esse repetitionem, *l. 33. §. fin. ff. & l. 3. Cod. de administrat. tutor. l. 3. §. penult. ff. de contrar. tutel. & utili action.* Faber. *in Cod. lib. 5. tit. 36. definit. 1. num. 2.* Hartman. Pistor. *observat. 124. num. 2.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 40. num. 1.* 11. 12. 13. 14. 15.

Bonam igitur fidem agnoscere non prohibetur Tutor, vel Administrator, *l. 9. §. 6. ff. de administrat. tutor.* Johan. Goedd. *volum. 1. Consil. Marpurg. 24. num. 72.* Faber *in Cod. lib. 5. tit. 23. definit. 4. num. 2.* Si secùs facit, & longâ procrastinatione in facienda solutione negligens fuit, ipse & non Minor constituitur in mora, *dict. l. 78. §. 2. ff. de legat. 2.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 139.* Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 23. num. 1.* ubi dicit, si Tutor, cùm posset, de Pecuniis Pupilli non solverit, Expensas, Usuras, sive Interesse, non Minoribus, sed Tutoribus & Administratoribus adscribendum esse, &, si ipsius culpâ Canon Emphyteuticus non fuerit solutus, ideoque Res Emphyteutica in commissum 16. 17. 18.

 cadat,

cadat, damnum à Tutoribus refundendum esse, fac. *l. 29. Cod. de admi-*
19. *nistrat. tutor.* Montan. *dict. cap. 32. regul. 9. num. 101.* Unde & hoc est, si Tutor adversus Chirographarios, & veros Creditores, temerè litigare, & defendere potiùs causam, quàm verum debitum agnoscere malit, nomine proprio possit, ac debeat, in Expensas condemnari, *l. non est ignotum. 6. Cod. de administrat. tutor.* Borgnin. Cavalcan. *de Tutore num. 49. & 50.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 29. num. 2.* Cravetta *consil. 132. num. 2.* Camill. Borell. *tom. 2. Decis. tit. 39. num. 317. & seqq.* Faber *in Cod. lib. 4. tit. 7. definit. 4. in fin.*
20. & quòd omnis jactura, ex Processu à Tutoribus temerè suscepto, non ad Pupillos, sed ad Tutores pertineat, judicatum fuit in Suprema Curia Mechliniensi in causa Domini Stapele & Wasnier apud Paul. Christinæ.
21. *ad Consuetud. Mechlin. tit. 19. artic. 25. num. 7.* ubi *num. 8.* idem verum esse dicit, in Rectoribus Hospitalium, Fabricæ Magistris, & similibus Piorum Locorum Administratoribus, adde Christinæ. *volum. 3. decis. 151. num. 14. 23. & 24.*

22. Cautè interim Administratoribus est circumspiciendum, ne cui satisfaciant, qui verus Creditor non fuit, sed per imposturam fortè, & falsis Instrumentis indebitam pecuniam exigit, quo casu, si, nimiâ facilitate ducti, Instrumento facilè elidibili nimiam fidem adhibentes, falso Creditori satisfaciant, suum illud, non Principalium erit damnum,
23. Escobar. *de Ratiocin. cap. 32. num. 10. & 11.* ubi addit, si de debito constet per unum Testem, & partis Juramentum, Administratorem posse illud absque periculo solvere, adde idem docentem Hector. Capyc. Latro *lib. 2. Decis. Neapolitan. 153. num. 22.*

24. Sed hoc verum dices in Administratore, laxam admodum & liberam potestatem vel à Lege, vel à Testatore, habente, qui etiam æri alieno, naturaliter duntaxat debito, satisfacere non prohibetur, prout latè
25. probat Escobar. *dict. cap. 23. num. 3. cum seqq.* In aliis autem Administratoribus, & quorum circa Solutionis materiam restrictiores sunt Cancelli,
26. secùs se res habet: Illis enim à numeratione Pecuniæ hactenus abstinendum est, donec adeò liquidò de exacto debito ipsis constet, ut nulla exceptione crediti solutio evitari queat, Aym. Cravetta *consil. 137. per tot.*
27. ubi Administratori Universitatis notum fuerat, Antecessores suos per plures Annos annuos Census solvisse, dicit nihilòminus, ex hoc solo quasi Possessionis capite bonam ipsum fidem agnoscere, & deinceps Census solvere non debuisse, sed imò concludit, Syndicum Universitatis, qui videt suam Civitatem inquietari pro Censibus, Tributo, vel alia annua Pensione, cujus debitum ignoratur, in lata culpa esse, si, antequam solvat, non inquirat diligenter, an Universitas ad illud solvendum

aliquo

aliquo Pacto sit adstricta, & ex qua causa, item an benè probata sit Præscriptio, nec ne, Cravettam sequitur Escobar. *dict. cap. 23. num. 18. & seqq.* Quæ omnia probè observanda sunt alienarum rerum Administratoribus, ne temerè ad exsolutionem æris à tertio exacti prosiliant, &, deficiente demum tempore reddendæ rationis probatione, an scilicet prætensus ille Exactor, verus Creditor fuerit, nec ne, Pecuniæ à se exsolutæ jacturam faciant, & sic suæ oscitantiæ condignas pœnas luant. 28.

Occurrit hic casus, qui aliquando in Judicio ventilatus fuit: Quidam scilicet Sebastianus rogaverat à suo Vicino Philippo centum Imperiales mutuo. Philippus, cùm fortè Pecuniam sollicitanti fidem non haberet, negaverat sibi Nummorum nunc Copiam esse, imò, ut de hoc Sebastiano constare posset, se pridie ante à suo familiari Carolo ultra centum Florenos mutuo accepisse, proinde excusatum se pro hac vice haberet, multis contendebat. Carolus, cui aliunde hæc Philippi confessio innotuerat, Philippo mortuo, ab ejus Liberis, eorumque Tutoribus Florenos centum exigebat, & simul solutionem impetrabat. 29.

Tempore reddendarum Rationum Filius Philippi, jam major factus, centum illos Florenos è numero Expensarum vel expungi, vel sufficientem debiti à suo genitore contracti probationem exigebat, Tutor ad confessionem Patris Philippi, de qua Sebastianus suprà dictus, & alii Viri honesti fidem faciebant, provocabat. 30.

Decisum fuit, hanc Philippi confessionem incidenter factam debitum non probare, ideoque Tutorem vel meliori probatione onerandum, vel centum illos Florenos è numero Expensarum eliminandos esse, per doctrinam in terminis Hippolyti de Marsiliis *in Rubric. de Probation.* & Salicet. *in l. 1. col. 8. Cod. de Confess.* quos allegat, & sequitur, Andr. Tiraquel. *in Tractat. res inter alios act. vers. Et id quidem usque adeò.* Mascard. *de Probation. conclus. 383. num. 2.* 31.

In Usuris non minori cautelâ opus est, quas quidem, si aliunde sorti satisfacere non possint Administratores, suo tempore Creditoribus exsolvere tenentur: Si verò Pupillorum, vel aliorum Bona administrent, quorum Parentes mortui sunt, tunc, cum à tempore moræ Paternæ interesse præstare non cogantur, nisi fuerint interpellati, vel notitiam debiti Paterni habuerint, vel, nisi eorum Pater in obligatione certo termino, cum omnibus damnis & interesse, solvere promiserit, malè quoque facerent Administratores, si hoc casu indebitum solverent. Quæ quidem doctrina, cùm sit quotidiana, & sæpius in Praxi occurrat, meâ quidem opinione notanda est, Berlich. *part. 2. Practicar. Conclus. 38. num. 11.* Anton. Thesaur. *decis. 247. per tot.* ubi ita distinguit: Aut in obligatione 32. 33.

Pater promisit solvere certo die, cum omnibus damnis & interesse, à die moræ, & tunc Pupillum teneri ait: Aut non fuit expresse promissum interesse à Patre, & hoc casu obligatum esse defuncti hæredem usque ad diem mortis, à die verò mortis non teneri, nisi fuerit interpellatus, vel notitiam habuerit debiti Paterni, concludit.

34. Quantum ego observavi, hodie ubique ferè locorum ista invaluit consuetudo, quod Receptores, Quæstores, & alienarum rerum Administratores absque speciali mandato Debitoribus Domini satisfacere nequeant, quæ recepta Praxis convenit cum eo, quod docet Bartol. *in l.*
35. *quoties. 2. not. 3. num. 4. ff. ad Municipal.* dicens, Massarium sive Quæstorem communem non debere solvere Debita Civitatis, nisi præcedat mandatum Procerum, idque in Administratoribus Magnatum regulare esse, quòd debitis sine speciali mandato satisfaciendi potestate careant, testatur Escobar. *dict. cap. 23. num. 21. & quatuor seqq. cum ibi citat.* addo Marc.
36. Anton. Peregrin. *de Jure Fisci lib. 6. tit. 3. num. 5.* ubi dicit, Camerarios & alios Officiales Principis non posse de Pecuniis publicis disponere, vel etiam solvere Creditoribus ex arbitrio, sine speciali mandato vel Principis, vel illorum, quibus Princeps specialem curam commisit, confer. Sigism. Loffred. *consil. 36. num. 13.*

37. Tutor si solvat quantitatem, quam ipse scivit, à Pupilli Patre debitam fuisse, in reddendis Rationibus reputare poterit Summam à se exsolutam, modò tam spectatæ certæque fidei sit, ut suspicari non liceat, quòd cum Pupillari Creditore in Pupilli necem voluerit colludere. Ex-
38. tra hunc casum periculosum est, debiti Pupillaris probationem solius Tutoris arbitrio committere, ita judicatum fuit apud Fabrum *in Cod. lib. 5. tit. 23. definit. 4. per tot.*

39. De eo aliquando dubitatum fuit, an satisfaciat Administrator, & Rationum Expensis cum effectu inferre possit id, quod Creditoris Famulo, vel Tabellario ad exequendum misso, receptâ Apochâ, solvit?

40. Ubi in antecessum sciendum est, si Debitor teneatur aliquid dare, non expresso loco, teneri Creditorem mittere ad domum Debitoris, Hieron. Magon. *Decis. Lucan. 78. num. 18.* Duen. *Regul. Jur. 161.* Paul. Chri-
41. stinæ. *Decis. Cur. Belg. volum. 4. decis. 176. num. 11.* prout etiam certus locus Solutioni constitutus, non interpellat pro homine, quando Creditor condicto die non venit, ad locum Solutionis, Pecuniam recepturus, Mynsing. *centur. 5. observat. 95.* Christinæ. *dict. decis. 176. num. 10.*

42. In quæstionis autem resolutione primò nemo negabit, periculum Debitoris esse, qui sine speciali mandato per Nuncium Pecuniam Creditori misit, Tabellario in itinere spoliato, vel aliàs cum Pecunia aufügiente,

giente, Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. Debitor alicujus rei. num. 20.* ita judicatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 4. constitut. 41. definit. 12. num. 3. & seqq.* deinde certum est, frustra alii quàm Domino, *l. 40. & seqq.* 43.
ff. de solution. l. 12. Cod. eod. Johan. Althus. *Dicæolog. lib. 2. cap. 14. num. 19.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 329. num. 21. & 84.* vel illi, qui speciale 44.
mandatum non habet, solvi, *l. 12.* & *l. 86. ff. de solution.* Alexand. *consil. 120. num. 4.* Caspar. Klock. *volum. 2. consil. 50. num. 37.* Mev. *part. 5. decis. 174. per tot.* adeò, ut multi velint, de ejusmodi mandato per publicum Instrumen- 45.
tum constare debere, Caspar. Klock. *Relat. Cam. 2. num. 40. & 41.* in tantum, 46.
ut ne quidem Fidejussori, Hering. *de Fidejussor. cap. 20. §. 27. num. 8. & seqq.* nec negotiorum gestori solutionem cum effectu, ad impetrandam libe- 47.
rationem, fieri oporteat, *l. 31. §. 6. ff. de negot. gest. l. 34. §. 4. ff. de solution.* nisi 48.
debitum apud Creditorem cum interventione negotiorum gestoris fuerit contractum, Klock. *dict. Relat. 2. num. 109.* Solvens igitur Famulo sui 49.
Creditoris, qui fuit missus ad Debitorem cum Literis, ad accipiendum Solutionem, liberatio sequitur, & recipienda est ista Solutio in Rationibus, etiamsi Famulus postea aufugiat, vel aliô infortuniô Pecunia accepta pereat, *l. 12. §. 1. ff. commodati.* Anton. Hering. *de Fidejussor. cap. 20. §. 27. num. 21.* Johan. Herman. Stamm. *de Servitut. Personal. lib. 2. cap. 25. num. 10. vers. Aut enim creditor.* Berlich. *part. 5. Practicar. Conclus. 58. num. 29.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 1. artic. 7. num. 12.* Johan. Sichard. *in l. si is cui. 7. Cod. de furt. num. 11.* Carol. de Graffis *except. 25. num. 63.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 4. constitut. 41. definit. 13. num. 3. & 4.* ubi præjudicium allegat, Paul. Christinæ. *ad Consuetud. Mechlin. tit. 8. artic. 15. num. 9.*

Dixi, si Famulus fuerit missus ad accipiendam Solutionem: Si enim 50.
Creditor in Literis simpliciter peteret, sibi mitti Pecuniam, & non adderet, per Famulum aut Tabellarium præsentem, certè, eo casu, si Pecuniam accipiens aufugiat, Debitor neutiquam liberatur, Marsil. *Singular. Jur. 430.* Farinac. *in Fragment. Criminal. dict. verb. Debitor alicujus rei. num. 28.* Gomez. *variar. Resolution. tom. 3. cap. 7. num. 3. vers. Item adde quòd si Dominus.* Matth. Berlich. *part. 3. conclus. 58. num. 30.* Carol. de Graff. *dict. except. 25. num. 65.* Idem est, si Creditor fortè tantùm commonendi causâ ad De- 51.
bitorem Nuncium miserit, nec mandatum dederit, ut Pecuniam secum perferret, tunc enim Pecunia, perferenda data, perit Debitori, *dict. l. 12. §. 1. ff. commodati.* Anton. Hering. *de Fidejussor. cap. 20. §. 27. num. 22.* Johan. Sichard. *dict. l. 7. Cod. de furt. num. 11.* ubi dicit, si Nuncius Creditoris tan- 52.
tùm habeat mandatum commonefaciendi, vel, si non expressè Literis insertum sit, Debitorem debere Nuncio Pecuniam numerare, si contrà facit, Pecuniâ deinde per Tabellarium sive casu, sive alio modo deperditâ,

ditâ, Debitoris esse periculum: nisi fortè ille Nuncius talis sit, qui etiam ante aliis de causis ad Debitorem à Creditore missus fuerit, & sic iste Creditor consueverit uti istius operâ, tanquam hominis probi & fidelis, confer. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. Debitor alicujus rei. num. 23.* Carp-
53. zov. *in Juruprud. Forens. part. 4. constitut. 41. definit. 13. num. 5.* Idem dicendum est, etiamsi Debitor ad Literas Creditoris, non illi Tabellario, sed alio Viro fide digno Pecuniam tradiderit, Hering. *de Fidejussor. cap. 20. §. 27. num. 23. & 29. cum seqq.* Berlich. *part. 5. Practicar. Conclus. 58. num. 27. 28. & 31.* communem dicit David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 1. artic. 7. num. 10.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 4. constitut. 41. definit. 13. num. 6. & 7.*

54. Limitant Doctores prædicta, si argentum, scyphum, vel quid simile, mihi commodatum, remittam per Servum, aliumve communi existimatione fidelem, quamvis enim Servus ille cum argento aufugerit, vel à latronibus interceptus fuerit in itinere, non ego mittens, sed Dominus rei commodatæ tenebitur, textus est *in l. 20. ff. commodati.* Hering. *de Fidejussor. dict. §. 27. num. 33.* Stamm. *de Servitut. Personal. lib. 2. cap. 25. num. 10. & 12.* Emanuel Suarez. *Recept. Sentent. verb. Furtum. num. 400.* Sichard. *in dict. l. 7. Cod. de Furt. num. 12. & 13.* Petr. Paul. Paris. *volum. 4. consil. 156. num. 25. &*
55. *seqq.* In commodato enim, mandato, vel simili contractu hæc Regula observanda est, si sum Debitor speciei, & fortè pactum inter me & te, quis rem ad te perferre debeat, intercessit, tunc illud strictè observandum est, adeò ut, si rem per aliam personam, quàm de qua est conventum, mittam, tunc, si vel in mora restituendi rem, vel in culpa malæ electionis circa Nuncium sim, teneor, *l. 10. §. fin. cum duabus legibus seqq. ff. commodati.* Stamm. *de Servitut. Personal. lib. 2. cap. 25. num. 10.* Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. Debitor alicujus rei. num. 22.* Johan. Sichard. *in dict.*
56. *l. si is cui. 7. Cod. de furtis. num. 14.* ubi dicit, qualemcunque elegerit ille, qui est jussus per se, vel certum aliquem mittere, etiamsi ille sit habitus pro optimo Viro, si tamen res pereat, perire ei, qui debet, quia non servavit mandati fines.

57. Si autem extra hunc initæ conventionis casum, ubi Partes expressè dixerunt, per quem mittenda sit species debita, Debitor speciei, ut puta Commodatarius, vel Depositarius rem consignet suo Famulo bonæ famæ, & fideli deferendam Domino ipsius rei, si dictus Famulus rem illam furetur, seu aliàs in itinere res pereat, damnum hoc erit Domini rei, non autem mittentis, *dict. l. 20. ff. commodati.* communem dicit, Anton. Gomez. *variar. Resolut. tom. 2. cap. 7. de commodat. & deposit. num. 3.* Prosper.
58. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. Debitor alicujus rei. num. 16. & 17.* Secùs dicendum esset, si Famulus non esset bonæ famæ, aut opinionis, Gomez. *dict. cap. 7. num. 3.* Farinac. *in Fragment. Criminal. loc. citat. num. 18.* Quid

Quid si Debitor speciei rem debitam, Domino deferendam, ei tradat Personæ, de qua non apparet, an sit bonæ vel malæ famæ, sed habeat tantùm præsumptionem integræ vitæ pro se? Distinguendum est, an quis sit Debitor ex contractu, in quo non venit aut præstanda est, nisi dolus aut lata culpa, ut tunc liberetur: Si verò ex contractu, in quo præstanda est, culpa levis vel levissima, contrarium dicendum sit; Hanc distinctionem reliquit nobis Salicet. *in dict. l. si is cui. 7. Cod. de furt. num. 4. ante medium.* eamque amplexi postea sunt, Gomez. *dict. cap. 7. num. 3. ante fin. vers. Quid autem si debitor.* Farinac. *allegato loco num. 19.* 59. 60.

Alius casus est, si Creditor ipse alicui tertio scripserit, ut is Pecuniam à suo Debitore exigeret, & sibi mitteret, tunc enim, si hic tertius Pecuniam à Debitore exactam tradat Tabellario, hic verò vel à Prædonibus spoliatur, vel ipsemet cum Pecunia aufugit, tam Debitor quàm Exactor erit liberatus, & periculum ad Creditorem spectat, Aym. Cravetta *consil. 247. per tot.* Matth. Berlich. *part. 5. conclus. 58. num. 26.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 4. constitut. 41. definit. 13. num. 1.* 61.

Cautela igitur est pro Debitore, ut semper ad evitandum periculum, expressum mandatum, de tradenda huic vel illi Pecunia, expectet, Hering. *de Fidejussor. dict. §. 27. num. 25.* & Berlich. *citat. conclus. 58. num. 32.* 62.

Hoc amplius monendus est Debitor, si Creditor fortè dicat, vel inter Partes conventum fuerit, ut traderetur Pecunia illi, quem mitteret Creditor, ne nimis facilis sit in porrigenda solutione cuilibet venienti, & debitum exigenti, si enim, quod facilè evenire potest, alius ejusmodi Creditoris jussum audiverit, ad ipsiusque instantiam huic tertio, nullum mandatum habenti, Debitor satisfaciat, Debitoris utique periculo erit, adeoque si eripiatur, aliòve periculo pereat, solutionem faciens non liberabitur, *l. 52. §. apud Labeonem. 11. ff. de furt.* Hering. *de Fidejussor. citat. §. 27. num. 27.* Farinac. *in Fragment. Criminal. dict. verb. Debitor alicujus rei. num. 22.* 63.

Quæro igitur, quid si Debitor solvit alicui, expressum quidem mandatum in scriptis non habenti, venienti tamen nomine Creditoris, & portanti aliquod signum ipsius Creditoris, utputa annulum, vel clavem, vel quid simile, vulgò ein Wahr-Zeichen? Non liberari, docet Farinac. *in Fragment. Criminal. dict. verb. Debitor alicujus rei. num. 20. in fin.* Contrarium tamen docent, & pro liberatione concludunt ipse Farinac. *eod. loco num. 24.* Cæsar Ursill *in Notis ad Afflict. decis. 299. num. 12. & 13.* Carol. de Grassis *dict. except. 15. num. 67.* & dicit Gomez. de debitore tamen speciei id intelligens, *variar. Resolut. dict. cap. 7. num. 3. vers. Item adde.* si inter se conveneBb 64. 65. 66.

venerunt Partes, quòd Debitor traderet rem illi, qui adfert talia signa, & aliquis ex circumstantibus vel transeuntibus, illud intelligens, vadit ad Debitorem cum illis signis, ignorante Creditore, ipsique solvit Debitor, per hoc ipsum liberari ex doctrina Bartol. *in l. si quis uxori. 52. §. apud Labeonem. 11. ff. de furt.* adde Farinac. *dict. verb. Debitor alicujus rei. num. 25. &*
67. *duobus seqq.* ubi inter alia hanc conclusionem procedere dicit in rebus levis præjudicii, in gravibus non esse excusandum Debitorem, credentem tali signo. Quod etiam tunc dicendum est, si Tabellarius mandatum quidem produxit, sed falsum, Debitor autem habuit justissimam causam credendi, exigenti debitum tale mandatum à Creditore datum esse,
68. Carol. de Grassis *dict. except. 25. num. 64.* quò referendus est is, qui obligationis Instrumentum produxit, illiusque vigore debitum exigit, qui potestatem habere censetur, summam in obligatione contentam exigendi, Guido Papæ *Decis. Gratianopol. 13. in fin. vers. Sicut in simili.* Nicol.
69. Boër. *decis. 281. num. 7.* per *l. 1. Cod. de donation.* Si suspecta sit Debitori hæc peregrini hominis, ex sola obligationis productione debitum exigentis, persona, potestis novum Pecuniarum Exactorem ad Cautionem de rato compellere, Robotius *in Notis ad Papæ Decis. Gratianopol. 13.*

70. Ego in casu, ubi persona ignota ex solius Chirographi productione suam personam absque alio mandato legitimare, & debitum exigere intendit, cautè Debitori procedendum, & huic Papæ ejusque astipulatoris Boërii doctrinæ non nimiùm esse fidendum, putarem, *ex allegatis infra loco seq. num. 221. & seqq.*

Cæterùm de hac quæstione, an excusandus sit, Tabellario nudum tantùm signum adferenti, so ein Wahr-Zeichen bringet / rem tradens? videndus est, per ampliationes & restrictiones, Theodor. Höpping. post hæc scripta visus, *in tractat. de Sigillor. Jure cap. 6. §. 1. num. 50. & seqq.* Nicol. Everhard. *de fide Instrumentor. cap. 12. num. 73.*

71. Debitor speciei sive generis, an sit liberatus, tradendo Nuncio à Creditore Literas Credentiæ, ein Creditiv apportanti? Dic in hoc attendendam esse Personam Scribentis, & Nuncii, nec non Tenorem Literarum, qua de re videndus est Bartol. *in l. Lucius Titius. 24.* & ibi Alexand. *ff. de Fidejussor.* latissimè Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 3. rubr. de Literis Credentialibus.* Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 3. tit. de solution. resolut. 18. uterque per tot.*

72. Duo hîc iterum dubia occurrunt, quorum primum est: Si Creditor Literas emiserit, eique per Tabellarium missa sit Pecunia, prout jusserat, Creditor autem postea neget, Pecuniam suo Nuncio traditam esse, quis traditionem probare necesse habeat? Et, ajenti Debitori probationem

tionem imponendam esse, docet in individuo Hering. *de Fidejussor. dict.* §. *57. num. 28.* probaturque vel ex eo, quòd affirmanti, & solutionis exceptionem objicienti incumbat probatio. Nisi fortè negativa solutionis non factæ proponatur à tertio, qui probandi onere gravandus est, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1318. num. 4. & 5.* 73. 74.

Secundum, si fateatur quidem Tabellarius, à Creditore ad accipiendam solutionem missus, sibi à Debitore Pecuniam numeratam esse, Creditor verò inficias eat, quòd eandem à Nuncio acceperit? quis hoc casu probationis periculum suscipere cogatur? Et, Tabellarium onerandum esse, judicatum fuit apud Anton. de Gamma *Lusitan. Decis. 190. per tot.* qui quidem casus aliquando in Dicasterio nostro disputatus, & juxta hanc decisionem de facto judicatum fuit. 75.

Alia est quæstio, quis casum probare debeat, an is, qui rem deferendam suscepit, & eam amissam asserit, an is, qui venienti Nuncio tradidit? Communiter eò itum est, probationis difficultatem in suscipientem transire, non jurejurando, sed manifestis probationibus, Paul. Christinæ. *ad Consuetud. Mechlin. tit. 8. artic. 15. num. 12.* 76.

Materiæ occasione addo, si Tabellarius in latrones incidit, ab iisque spoliatur, & exuitur, ipsum extra culpam esse, nec ad refusionem Pecuniæ teneri, Virgil. Pingizer. *quæst. 48. num. 1. & seqq.* Berlich. *part. 5. Practicar. Conclus. 58. num. 20.* nisi, relictâ certâ & commodâ viâ, per aliam insolitam transierit, Pingizer. *dict. quæst. 48. num. 7. & seqq.* Berlich. *dict. conclus. 58. num. 20,* vel nisi longiori tempore quàm statuerat, & promiserat, emanserit, Pingizer. & Berlich. *dictis locis*, ille *num. 10. & seqq.* hic *num. 21.* vel, nisi culpa intervenerit, & ideò, si Vector Mercium, sive Vini (quod aliquando de facto evenisse scio) non custodierit res sibi commissas, nec adhibuerit circa eas debitam diligentiam, ita, ut damnum sentirent ex aquis, vel aliô modô, talis ex sua negligentia rectè poterit conveniri, maximè, si Domino Mercium damnum illud accidens tempestivè non denunciavit, ita judicatum fuit apud Berlich. *dict. conclus. 58. num. 22.* 77. 78. 79.

Huc spectat Pecunia ad sistendum cursum Usurarum, vel alio fortè fine consignata & deposita: Si enim tractu deinde temporis, quod itidem de facto evenisse mihi notum est, Princeps fortè eam ex Deposito accepit, aut Sequester, sive Depositarius solùm vertit, aut aliter depositâ Pecuniâ pereat, periculum erit illius, qui sine justa causâ Pecuniam acceptare recusavit, quod utique exitus, & victoria litis docebit, in terminis Andr. Tiraquell. *de Retract. Convention.* §. *4. gloss. 6. num. 34.* per *l. 72.* & *l. 102 ff. de solution.* modò consignatio facta fuerit debito loco, & tempore, aliàs consignantis esset periculum, uti per Tiraquell. *dicto loco.* 80. 81.

 Cæte-

82. Cæterùm, si Depositarius Pecuniam depositam decoxerit, an periculum sit Debitoris, vel Creditoris, examinat Anton. de Gamma *Lusitan. Decis. 189. per tot.*

Si Administrator satisfecerit Creditori, cui Creditor sui Principalis obligatus erat, notandi & observandi sunt casus isti, quibus Creditori sui Creditoris solvi de Jure potest, quorum primus est:

83. Si Debitor solvit Creditori sui Creditoris, qui habet ipsum solventem obligatum, vel ejus Bona, solvens ipso Jure liberatur, Prosper. Faseth. *consil. 93. num. 5.* Carolus de Grassis *except. 25. num. 24.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 137. num. 2.* expresse Barthol. Socin. *volum. 4. consil. 65. num. 5.*

84. Secundus est casus, si quis solvit Creditori sui Creditoris, qui non habet Bona solventis obligata, sed solvens est obligatus ex eadem causa, ex qua quoque obligatus est suus Creditor, & tunc etiam ipso Jure liberatur, Barthol. Socin. *dict. consil. 65. num. 5. vers. Aut creditori.* per *text. l. si liber homo. 38. ff. de negot. gest.* Prosper. Faseth. *citat. consil. 93. num. 6.* Grass. *allegat. except. 25. num. 24.*

85. Tertius est casus, si Debitor est obligatus ex causa, separata ab illa, ex qua tenetur suus Creditor, & solvit cum consensu sui Creditoris, tunc quoque ipso Jure liberatur, *l. solutum. 11. §. solutam. 5. ff. de pignoratic. action.* Johan. Petr. Surd. *consil. 82. num. 2.* Grass. *dict. except. 25. num. 26.* Socin. *dict. consil. 65. num. 5. vers. Aut ego teneor.*

86. Quartus est casus, quando Debitor solvit Creditori sui Creditoris, invito illo, cui erat obligatus, & tunc nullo modo liberatur, Socin. *dict. consil. 65. num. 5. vers. Si autem solvo.* per *l. fin. cum ibi notat. Cod. de negot. gest.* Carol. de Grassis *dict. except. 25. num. 27.*

87. Quintus casus, si Debitor solvit Creditori sui Creditoris, eo ignorante, quo casu liberatur ope quidem exceptionis, sed non ipso Jure, Socin. *dict. consil. 65. num. 5. vers. Si verò eo ignorante.* ubi communem dicit, Grass. *dicto loco num. 28.*

88. Sextus casus, si Debitor solvit Fisco, qui Creditor erat sui Creditoris, tunc, Creditore etiam ignorante vel invito, liberatur, Prosper. Faseth. *consil. 93. num. 4.* Grass. *dict. except. 25. num. 29.*

89. Occasione materiæ hîc addo, pro impetranda satisfactione Debitorem quoque Debitoris conveniri posse, Barth. Chassanæ. *ad Consuetud.*
90. *Burgund. rubr. 5. §. 2. vers. Son Principal.* Requiritur autem 1. Creditoris De-
91. bitorem vel fateri debitum, vel condemnatum; 2. Excussum, & non
92. solvendo esse; 3. Debitorem conveniendum suum quoque debitum non abnegare, per *l. 2. 3. & 4. Cod. quando Fiscus vel Privatus.* Bald. *volum. 3.* con-

consil. 214. in fine. Johan. Petr. Surd. *consil. 4. num. 1.* Caspar. Klock. *volum. 2. consil. 80. num. 4.* Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 2. quæst. 30. num. 29. & seqq.* Alexand. Trentacinq. *lib. 3. de Solution. resolut. 16. num. 1.*

Excussio verò non requiritur multis casibus, & quidem, Primò, si 93.
constet Debitorem notoriè non esse solvendo, Negusant. *de Pignor. part. 8. membr. 1. num. 4.* Ludov. Roman. *consil. 38. num. 9.* Petr. Paul. Paris. *lib. 1. consil. 80. num. 42.* Gabriel. *Commun. Opin. de Fidejussor. conclus. 1. num. 50.* Mynsing. *centur. 2. observat. 15. num. 2.* Gail. *lib. 2. observat. 27. num. 14.* Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 5. tit. 2. quæst. 69. num. 7.* Utpote si cessit Bonis, si vadat 94
ostiatim mendicando, si latitet, si ipsius substantia sit in obscuro, & intricata, ut evidenter appareat, propter inopiam Debitoris inanem esse Executionem, quos casus cum pluribus aliis recenset & probat Merlin. *dict. quæst. 69. num. 8. & seqq.*

Unde facili negotio deduci posset, quàm oscitanter aliquando qui- 95.
dam responderit, exequendum esse Debitorem, per 20. Annos absentem, de cujus vita & Bonis nihil constabat, quod etiam in Actis Judicialibus sufficienter erat deductum, & probatum, sed quia non est hujus loci, filum abrumpo.

Hanc Pecuniam frustrà Rationum Codici infert Administrator, 96.
quam Furioso, Mente capto, Prodigo, Pupillo, aut Minori sine Curatorum authoritate tradidit, cum hisce personis sine interventu Tutorum solvi haud possit, *l. 28. ff. de pactis. l. 15. ff. de solution.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 45. num. 1. 2. 3.* nisi Decretum Judicis de sol- 97.
vendo intervenerit, tunc etenim Debitor plenissimè liberatur, etiamsi Pecunia ob facilitatem ætatis deperdita, vel malè consumpta fuerit, *l. 7. §. 2. ff. de Minor.* Anton. Gomez. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 14. num. 4.* Francisc. Caldas *in l. 3. Cod. de in integr. restitut. minor. verb. læsis. num. 57. & seqq.* cum præjudiciis, Carpzov. *citat. definit. 45. num. 4. 5. & 6.* solam autem Ju- 98.
dicialem Quittationem absque decreto, & jussu præcedente, Debitorem non liberare, decisum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 46. num. 3.* Si quoque Pecunia non deperdita, sed Minor lo- 99.
cupletior factus fuerit, liberabitur utique solvens Administrator, *l. 47. ff. de solution. l. 4. ff. de exception.* Johan. Zanger. *de Exception. part. 3. cap. 1. num. 91. & 92.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 47. per tot.*
ubi judicatum fuit, Pupillum Pecuniam suo Tutori solutam, à Debitore 100.
denuo exigere non posse, si Tutor in Rationibus Tutelaribus ostendere paratus sit, quòd Pecunia in utilitatem Pupilli cesserit. Et hoc erat 101.
omninò necessarium, probatio enim incumbit Debitori, Pupillum, & huic similes personas factas esse locupletiores, *l. 2. l. 5. l. 15. l. 21. & l. seqq. ff.*

de Probation. Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 27. num. 30.* Johan. Zanger. *de Ex-*
102. *ception. part. 3. cap. 1. num. 92.* Locupletior verò factus dicitur, si Pecunia soluta adhuc extat, vel res ex ea empta sit, vel si appareat, Minorem ex ea Pecunia suis Creditoribus utiliter satisfecisse, Joachim. Wibel. *de Con-*
103. *tractibus Mulierum cap. 3. §. 6. num. 15.* De hisce quoque omnibus, ut & solutione Minori cum vel sine Tutore facta, quando liberetur Debitor vel non? vide Caldas *in dict. verb. læsis. num. 57. & seqq.* & Sfortiam Oddum *de*
104. *restitut. in integr. quæst. 52. artic. 1. 2. & 3. per tot.* Quomodo porrò probetur, Pecuniam versam esse in rem Minoris, & quòd extra casum, ubi contractus est de Jure nullus, Minori, si agat, & pro in integrum restitutione Judicem adeat, incumbat ceu Actori probatio, se non factum fuisse
105. locupletiorem, vid. Paul. Montan. *de Tutel. cap. 33. num. 131. & seqq.* & quando aliquis præsumatur factus fuisse locupletior, tradit Menoch. *lib. 6. præsumpt. 27. per tot.* adde Klock. *volum. 3. consil. 131. num. 141. & seqq.*

106. Tutori facta solutio liberat ipso jure Debitores, & consequenter, hisce Administratores jure solvunt, sive Testamentarii, sive Legitimi fuerint, *l. Lucius. 46. §. tutela. 5. & §. fin. ff. de administrat. tutor. l. quòd si fortè. 14.*
107. *§. sunt quidam. 1. ff. de solution.* nec tantùm omnibus simul Tutoribus, si plures dati sunt, sed vel uni ex his rectè solvitur, *dict. l. quòd si fortè.* Montan. *de Tutel. cap. 37. §. 9. num. 111. & seqq.* ubi latè hanc materiam solutionis Tutoribus factæ persequitur, adde Johan. Zanger. *de Exception. part. 3. cap. 1.*
108. *num. 105. & seqq.* Carol. de Grassis *except. 25. num. 79.* ubi restitutionem concedit Minori, si per solutionem, Tutori factam, læsus fuerit, Tiraquell. *de Retract. Lignag. §. 1. gloss. 13. num. 22. & seqq.* Johan. Petr. Surd. *Mantuan.*
109. *Decis. 299. num. 7. & 34.* ubi quoque dicit, si illud, quod causâ implendæ conditionis erat solvendum Minori, fuerit solutum Curatori, admittendum hoc quidem esse, sed ita, si constet, solutum fuisse versum in utilitatem Minoris, aliàs solutionem solventi non prodesse, per *l. 95. §. 7. ff. de solution.* Caspar. Anton. Tessaur. *lib. 3. Quæst. Forens. 38. per tot.* ubi *num. 3.*
110. admissa fuit per Senatum Pedemontanum solutio facta Tutoribus post Tutelam, & postquàm Pupilla jam Matrimonio collocata fuerat, scilicet, quia Tutores solvendo erant, & negotium cum illis antea erat gestum.

111. Præterea non potest alienarum rerum Administrator Expensarum numero ingerere illud, quod non quidem sui Principalis, & cujus negotia administrat, Creditori, sed Creditoris fortè Consanguineo, utputa Filio pro Patre, Matri pro Filio, Monacho pro Monasterio, Marito pro Uxore, & vice versâ Uxori pro Marito solvit, quoniam liberatio hinc non sequitur, *l. 2. ubi gloss. ff. ut Legator. seu Fideicommissor. causa caveat.*

veat. Alexand. *volum. 2. consil. 4. num. 3.* Natta *consil. 543. num. 1.* Caspar. Klock. *Relat. Cam. 2. num. 108.* communem dicit, Carol. de Grassis *except. 25. num. 44.* post Surd. *Decis. Mantuan. 229. num. 3.* & *consil. 43. num. 1.* & quòd non possit 112.
solvi Marito sine Uxore, docet in specie Zanger. *de Exception. part. 3. cap. 1. num. 98.* Joachim. Wibel. *de Contractibus Mulierum dict. cap. 3. §. 6. num. 21.* per *l. cùm maritum. 11. Cod. de solution.* Johan. Parlador. *Rer. quotidian. lib. 2. §. 17. num. 5.* nisi debitum fuerit dotale, quod rectè Marito solvi potest, Par- 113.
lador. *dict. §. 17. num. 3.*

An Debitor, per anticipationem Administratori solvens debitum, 114.
cujus dies necdum venerat, ab ulteriori Executione liberetur, casu, quo fortè Administrator postea fiat non solvendo, vel Dominus ante diem solutioni destinatam revocet mandatum? Sub distinctione respondet Escobar. *de Ratiocin. cap. 23. num. 56.* simpliciter negat ex communi Carolus de Grassis *except. 25. num. 74. & seqq.* Hieron. de Laurent. *Decis. Avenion. 107. num. 4.* plus dicit Æmil. Ferret. *consil. 225. num. 5.* factâ conventione à 115.
principio locationis, quòd pensio sive pretium solvendum sit, antequam fructus nascantur, nihilòminus ita solventem non excusari.

Quid si Administrator satisfaciat Mandatario, vel Factori, qui, juxta 116.
mandatum à Domino sibi datum, solebat Pecunias exigere, & accipere, tempore verò solutionis revocatum fuerat mandatum, vide *l. verò Procuratori. 12.* & *l. qui hominem. 34. §. si Titium. 3. ff. de solution.* ubi dicitur, extingui actionem, tali solutione revocato Procuratori factâ, si Debitor 117.
non habebat scientiam revocationis Procuratorii, idque docet Carol. de Grassis *dict. except. 25. num. 43.* An & quatenus Debitor ejusque Admini- 118.
strator, per vim vel jussum Judicis, Apparitorisve exactus, liberetur, si solverit, vide Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 137. ferè per tot.* & Carol. de Grassis *dict. except. 25. num. 47. & seq.* Item quatenus, & quomodo Reo 119.
criminis rectè solvatur, vel an Fisco post Confiscationem Bonorum, Carol. de Grassis *dicto loco num. 15. & seqq.* Matth. de Afflict. *Neapolitan. Decis. 150. num. 17.* Menoch. *dict. cas. 137. num. 5. & 6.*

De hoc non est dubium, rectè facere Administratorem, si solvit 120.
alienorum negotiorum gestori, si hic cum Administratoris Domino, etiamsi non proprio, sed alieno nomine contraxit. Unde si tu à Titio Tutore Mævii equum, ad hunc spectantem, 20. Imperialibus emeris, eoque nomine Pupillo te obligatum esse dixeris, possum ego Administrator tuus nihilòminus Tutori Titio, quo cum alieno nomine contraxisti, viginti Thaleros solvere, & Rationibus meis hanc Summam inserere, Johan. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 229. num. 11. & 12.* Cavalcan. *de Tutor. num. 272. & seqq.* unde in simili casu dicit, Tiraquell. *de Retract.* Con-

121. *Convent.* §. *4. gloss. 6. num. 5.* Si Monachus, Servus, Filiusfamilias, aut alius hujusmodi aliquid apud alium deposuit, debet ac potest ei tutò reddi sine authoritate Abbatis, Prælati, Domini, Patris vel alterius Administratoris, per *l. 11. ff. depositi.* & ita judicatum fuit in persona alicujus, pro Tutore se gerentis, cùm tamen non esset, apud Matth. de Afflict. *decis. 147. per tot. & ibi Ursill. in Notis.*

122. Præterea, cùm constet, peccare Administratores, si Stipendiariis, Officialibus, Ministris, vel Mercenariis publicis debita sua usitata, & mercedem promissam recto & justo tempore non exsolvant, Bartol. *in l. jubemus. 16. num. 11. Cod. de erogat. militar. annon.* Ernest. Cothman. *volum. 3. respons. 8. num. 60.* Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 188.* ne-
123. mo dubitabit, soluta hæc Salaria in Expensarum numero à Domino ac-
124. ceptanda esse: In Tutore concludendum est, quòd Stipendium petere non possit, *l. 33. §. ult. ff. de administrat. tutor.* Blasius Michalorius *in tractat.*
125. *de Fratribus part. 3. cap. 44. num. 16.* Menoch. *consil. 288. num. 8.* quia gratuitam, integram, & ab omni lucro abstinentem fidem, & operam præstare de-
126. bet, *l. 38. post med. ff. de negot. gest.* Berlich. *decis. 134. num. 2.* etiamsi Tutor à negotiis suis propriis Pupilli causâ fuerit avocatus, Berlich. *dict. decis. 134. num. 3.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. Practicar.*
127. *Resolut. 12. num. 2.* Contrarium tamen dicendum, & Tutori Salarium non denegandum est tunc: 1. Si Judex ex causa constituerit, hoc enim facere potest, Guido Papæ *Gratianop. Decis. 68. num. 1.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 512. num. 11. & seqq.* Blasius Michalorius *in tractat. de Fratribus part. 3. cap. 44. num. 17.* 2. Si continuò circa Tutelæ vel Curæ Administrationem est occupatus, ita, ut proprias res cogatur deserere, vel in diversa loca excurrere necesse habeat, Joh. Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 2.*
128. *num. 3.* Balthasar. *dict. resolut. 12. num. 4.* 3. Si sit pauper, Pupillus verò dives, Jodoc. Damhouder. *in Patrocin. Pupill. rubr. de Tutor. Merced. num. 8.*
129. Balthasar. *dict. resolut. 12. num. 4.* 4. Si Tutor vel Curator operas suas aliis elocare solet, & quotidie ex operis suis lucratur, Guido Papæ *dict. Decis. Gratianop. 68. num. 1. & 6.* Harprecht. *in §. sed & propter. 6. num. 9. Institut. de excusat. tutor.* Damhouder. *dicto loco num. 13.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 12. num. 7.* Berlich. *decis. 134. num. 5.*

130. Unde infertur, si Tutor est Agricola, & propriis manibus, vel jumentis Prædium Pupilli arat, Vindemiam facit, Triticum aliaque Frumenta colligit, quòd is meritò pretium suæ operæ petere possit, Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 2. num. 19.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 27. num. 54.* Ber-
131. lich. *dict. decis. 134. num. 6.* Balthasar. *dict. resolut. 12 num. 7.* quod extenditur etiam ad Advocatos, & alios, qui suas operas pro Salario elocant, nam & illi

& illi Salarium pro operis, in causa Pupillorum præstitis, petere possunt, Escobar. *de Ratiocin. cap. 27. num. 52.* Harprecht. *ad dict. §. sed & propter. 6. num. 9.* Balthasar. *citat. resolut. 12. num. 7. in fine.* ita de facto pronunciatum fuit apud Berlich. *dict. decis. 134. num. 8.* ubi *num. 10.* subjungit, in contraria Tu- 132.
telæ Actione etiam eorum, quæ Tutor, Pupillaribus negotiis impeditus, lucrari non potuit, habendam esse rationem, ex doctrina Wesenbec. *in Paratitl. ff. de contrar. tutel. & util. action. num. 4.* quod etiam sequitur Balthasar. *dict. resolut. 12. num. 8.*

In Tutoribus & Curatoribus Regum, Principum & Illustrium Per- 133.
sonarum, receptum est, ut ex Bonis ipsius Regis, Principis, vel alterius Illustris Personæ Alimenta cum Salario percipiant, Menoch. *consil. 228. num. 31.* Besold. *in Thesaur. Pract. verb.* Vormund. Balthasar. *dict. resolut. 12. num. 9.* ubi passim alias adducit limitationes. De Salariis autem, quia 134.
alicubi latiùs ago, hîc pro hac vice subsisto; Interim videndus est Escobar. *de Ratiocin. cap. 27. per tot.*

Certè si finitâ Tutelâ oneris administrati nomine nil unquam petiisset Tutor, ex post facto ipsi nihil præstandum esset, Menoch. *consil. 228. num. 60.* & *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 512. num. 1.* Blasius Michalorius *in tract. de Fratribus part. 3. cap. 44. num. 18.*

In hoc cautè & circumspectè agendum est rationali, & rerum alie- 135.
narum gestori, ne ipse æri alieno, quod in hæreditate recenter ad Dominum suum devolutâ, invenitur, datis Cohæredibus, solus satisfaciat, & tandem tempore reddendarum Rationum superfluum illud, quod falsâ persuasione, quasi Domini debitum, in solidum exsolvit, sibi imputare, & ex Impensarum pagina delere cogatur.

Quamvis enim æs alienum, ex civili causa profluens, extra dubium 136.
hæredes oneret, *l. 21. §. 1. ff. de negot. gest.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 14. definit. 17. per tot.* Gail. *lib. 2. observat. 146. num. 3.* etiam 137.
ultra vires hæreditarias, *l. 8. ff. de adquirend. hæreditat. l. fin. §. fin. Cod. de Jure deliberand.* Caspar. Klock. *volum. 2. consil. 83. num. 63.* etiamsi tantùm mi- 138.
nimam rem apprehendissent, per allegata à Klock. *volum. 3. consil. 154. num. 38.*

Quæ quidem Regula ampliatur 1. & adhuc vera est, ut nec pactum 139.
divisionis inter hæredes initum, nec jussus Testatoris impediat, quin Creditor adversus omnes hæredes experiri teneatur, *l. 25. Cod. de pact. l. 23. Cod. famil. herciscund.* Johan. Parlador. *Rer. quotidian. lib. 2. part. 4. cap. fin. §. 1. num. 12.* Surd. *Decis. Mantuan. 90. num. 8.* Didac. Covarruv. *lib. 3. variar. Resolut. cap. 7. num. 7.* Cævall. *Opinion. commun. contra commun. quæst. 76. num. 13.* Klock. *Relat. Cam. 2. num. 30.* Ita sæpius judicatum fuisse, dicit Christinæ.

140. *volum. 3. decis. 20. num. 1.* siquidem in electione hæredum non est, Creditori adsignare ex se Debitorem, quem ipsi volunt, *l. 9. §. 1. ante fin. & l. 14. ff. de administrat. tutor. l. 31. §. 4. ff. de petition. hereditat. l. 16. §. 1. Cod. de usufruct.*

141. Adeò ut ex pluribus, si unus hæredum solutionem simpliciter promittat, ultra portionem suam frustrà conveniatur, nisi se ad solutionem solidi obligaverit in specie, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 264. num. 1. & seqq.*

142. Ampliatur 2. Ne quidem Testator ipse mandare potest, ut unus
143. hæres totum debitum solus solvat, *l. 20. §. 3. ff. famil. herciscund.* verum, si jusserit quosdam æs alienum solvere, non Creditores habebunt adversus eos Actionem, sed Cohæredes, quorum interest hoc fieri, ita text. est ad literam *in l. 69. §. 2. ff. de legat. 2.* vide Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 19. num. 7.* & Surd. *Decis. Mantuan. 80. num. 9.*

144. Ampliatur 3. Plures hæredes in solidum conventi, si per Sententiam fuerunt simpliciter condemnati, pro rata tantùm, & non in solidum tenentur, Borguin. Cavalcan. *part. 1. Decis. Fivizan. 38. num. 3.* Paul.
145. Christinæ. *volum. 2. Decis. Cur. Belg. 187. num. 1.* vice tamen versâ, duobus obligatis in solidum, & æquè principaliter, si Creditor ab uno, contra quem Sententiam obtinuit, eò, quòd non est solvendo, totum debitum consequi non potest, reliquum tamen ab alio coobligato petere non prohibetur: Ita Mechlin. pronunciatum fuit, in causa Magdalenæ de Cypere contra Wilhelmum von dem Stock / apud Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 16. artic. 36. in addition. vers. Addi potest. in fine.*

146. Atque hinc manifestum evadit, Administratorem in hoc non delinquere, si hæreditariis Creditoribus apud se, nomine sui Principalis, solutionem urgentibus, satisfaciat.

147. In hoc tamen suo damno graviter peccat, & malè Rationum Expensis immiscet illa, quæ, datis Cohæredibus, ultra ratam, ad Dominum spectantem, exsolvit.

148. Hæredes enim pro virilibus tantùm portionibus, & non in totum Creditoribus hæreditariis obligantur, *l. 14. Cod. de transact. l. 2. & tot. tit. Cod. de heredit. action. l. 1. Cod. de exception. l. 85. §. 1. ff. de verbor. obligat. l. 1. Cod. de Jure deliberandi. l. 2. in fin. ff. de prætor. stipulation. l. 2. Cod. de annon. l. 35. §. 1. ff. de hered. instituend.* Surd. *decis. 90. num. 2.* & *consil. 104. num. 12.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 20. definit. 3. num. 5.* & *definit. 7. num. 3. & seq.*

149. Cùm jam olim antiquissimo illo Duodecim Tabularum Jure comparatum sit, ut in hæredes ipso jure scindantur Actiones, *l. 1. Cod. si cert. petat.*
150. Parlador. *Rer. quotidian. lib. 2. part. 4. cap. fin. §. 1. num. 11.* & iste hæres, qui
151. partem suam solvit, liberatur, Surd. *consil. 104. num. 12.* Unde, si uni Fratri,

qui

qui cum aliis Paternam Hæreditatem divisit, aliquid promissum fuit, pro supplemento ejus, quod ejusdem portio minus valet, quàm Portiones Fratrum, non potest omnes Debitores in solidum, sed debet omnes pro virili convenire: ita judicatum fuisse testatur Charondas *lib. 8. respons. 46.* quem allegat & sequitur Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 16. artic. 37. in Annotat. vers. Quæri hic etiam.* atque hæc adeò obtinent, ut si unus hæredum sit, vel fiat postea non solvendo, reliqui Cohæredes pro ipsius 152.
portione non teneantur, Parlador. *dict. §. 1. num. 13.* Hieron. Treutler. *consil. 39. num. 75.* Klock. *volum. 2. consil. 83. num. 61. & quatuor seqq.* & *Relat. Cam. 2. num. 31.* ita judicatum fuit apud Paul. Christinæ. *ad Leges Mechlin. tit. 16. artic. 37. num. 2. & 3.* Gomez. *variar. Resolut. tom. 1. cap. 12. num. 17.*

Limitatur tamen hæc conclusio, si hæredes isti divisionis beneficio 153.
renunciaverunt, vel defunctus obligatus fuit ad factum, tunc enim quilibet in solidum tenetur, Christinæ. *dict. tit. 37. num. 2.* cumprimis in materia Alimentorum, quilibet enim ex hæredibus in solidum pro præstandis Alimentis futuris, in præteritis autem secus est, conveniri potest, Johan. Aloys. Riccius *Collectan. Decis. 528.* ex Vincent. de Franchis *decis. 202.*

Limitatur 2. Si fortè Creditor sit pauper, & hæres dives, tunc ex 154.
æquitate quadam in conscientia, & in officio Judicis fundatâ, putat eum teneri Molinæ. *de divid. & individ. part. 2. num. 94.* quinque alias limitationes tradit post Gloss. Christinæ. *dict. decis. 19. num. 8.*

Hic aliquando incidit de facto quæstio, an istud æs alienum à de- 155.
functo relictum, pro portionibus hæreditariis, an verò pro ratione emolumenti dividendum sit. Pone: Testator instituit hæredes, primum ex quatuor, alterum ex quinque millibus Florenorum, æris verò alieni tria Millia reliquit. Quærebatur an ille, cujus portio pinguior erat, plus altero solvere, atque adeò juxta emolumentum, in Testamento sibi relictum, Creditoribus satisfacere, an verò uterque semissem debiti portare deberet? Conclusum fuit, æs alienum dividendum esse, non pro modo emolumenti, quod hæredum unusquisque percepit, sed æqualiter, ita ut unusquisque horum duorum hæredum dimidiam partem agnoscere, & ferre deberet, licet unius portio hæreditatis pinguior & major sit, quàm alterius, & ita est *text. in l. 35. in princ. vers. Ita igitur.* & *§. 1. ff. de hæred. instituend.* ubi Testator duos instituerat hæredes, unum ex fun- 156.
do Corneliano, alterum ex fundo Libiano: quorum fundorum alter quidem dodrantem Bonorum, alter quadrantem faciebat, & cùm quæreretur, æris alieni opus pro qua parte agnosci deberet? Papinianus retulit, eumque secutus Ulpianus, pro hæreditariis partibus eos agnoscere æs alienum debere, hoc est, pro semisse, juxta quem text. de facto pro-

 nuncia-

nunciavit Senatus Curiæ Frisiæ, apud Johan. à Sande *lib. 4. tit. 9. Decis. Fris. 3.* & Parlamentum Mechliniense, apud Paul. Christinæ. *Decis. Cur. Belg. volum. 3. decis. 20. num. 9.* ubi hoc extendit ad majorem natu, haben-
157. tem præcipui Jure Bona, quæ ei tanquam Primogenito deferuntur, ita quidem, ut ratione Primogenii non plus solvat, quàm minores natu.

158. Limitatur Conclusio 1. Quando plures sunt hæredes diversi generis, puta, unus mobilium, alter immobilium, & tertius fortè adquæstuum. Hoc casu debita exsolvi debent secundùm valorem Bonorum, quæ quisque hæredum percipit, ita judicatum fuisse dicit Christinæ. *dict. decis. 20. num. 7. 10. & 11.*

159. Aliud quoque statuendum est, inter hæredes Conjugum in loco, ubi Uxor de adquæstu fortè Conjugali juxta Statutum participat. Istâ enim, Consuetudine stante, judicatum fuit, æris alieni divisionem esse faciendam pro modo emolumenti, non pro parte hæreditaria, Christinæ. *ad Leges Municipal. Mechlin. tit. 16. artic. 35. in Notis ad num. 1. vers. In exsolutione.*

160. Atque hæc vera sunt in Actionibus Personalibus, quæ quidem non in solidum, sed tantùm pro portione hæreditariâ ad hæredes transeunt: In realibus verò secùs se res habet: Pignus enim vel Hypotheca Creditori pro securitate debiti constituta, sicuti singulis hæredibus in solidum dicitur obligata, ita ejus Possessor, vel is, ad quem in divisione hæreditatis pervenit, portionem suam solvens, pignus non liberat, *l. 1. & 2. Cod. si unus ex plur. hæred. l. 8. §. 2. l. 11. §. 4. de pignorat. action.* Cravetta *consil. 990. num. 64.* Klock. *volum. 3. consil. 180. num. 19.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 20. definit. 7. num. 4.* cum præjudiciis Paul. Christinæ. *volum. 4. Decis.*
161. *Cur. Belg. 171. num. 8. & seqq.* quia Actiones reales Possessores sequuntur passivè, Christinæ. *volum. 3. decis. 20. num. 15.*

162. Unde, si fortè res alienæ erant penes defunctum, sive cum sive sine titulo, earum Possessor solus conveniri potest, Anton. Negusant. *de Pignor. part. 2. membr. 2. num. 56.* Mercurial. Merlin. *eod. tractat. lib. 2. tit. 1. quæst. 15.*
163. *num. 43.* quæ decisio eò non est trahenda, quasi extraneus, possidens rem, cujus respectu fortè obligatio contracta fuit, conveniri possit, Tiraquell. *de Retract. Lign. §. 8. gloss. 5. num. 7. & seqq.* Johan. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 90. num. 3.*

164. Qui in rebus certis est institutus, ab æris alieni solutione immunis est, nisi eousque defuncti debitum excreverit, ut, istis detractis, nihil supersit, *l. 35. §. 1. ff. de hæred. instituend.* Dilect. Durant. *de arte testandi tit. 6. cautel. 42. num. 1.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verbo as. num. 52.*
165. Carpzov. *decis. 51. per tot.* ubi proponit casum, quo Filii erant hæredes instituti,

stituti, singulis verò Sororibus 6000. Thaleri relicti, & hos pro hæredibus non haberi, ac proinde ad æris alieni hæreditarii exsolutionem non teneri, concludit: Hinc Legatarium æris alieni onus non sequitur, *l. 7. Cod. de hæreditar. action. l. 13. Cod. de hæred. instituend.* nec Donatarium, *l. 15. Cod. de donation.*

An non etiam Donatarium omnium Bonorum? vide Parlador. 166.
Rer. quotidian. lib. 2. part. 4. cap. ult. §. 2. num. 5. 6. 7. & 8. Capell. Tholos. *quæst. 387.* ubi latè Auffrer. *in Notis.* Fabrum *in Cod. lib. 8. tit. 36. definit. 5.* Guid. Papæ *Decis. Gratianopol. 105.* Certè si Donans non esset solvendo, vel nul- 167.
lum relinqueret hæredem, Donatarium obligari, docet cum aliis Papæ *dicto loco.* Idem dices de Legatariis, si enim, Legatis deductis, hæredi- 168.
tas maneat non solvendo, Creditoribus erunt obnoxii, *l. fin. §. 10. ff. de Jure deliberandi.* Idem dicendum est, si ex sententia Testatoris ad onera ad- 169.
stringuntur, *l. 70. princ. & §. 1. cum seqq. & l. 77. §. 16. ff. de legat. 2.*

Quid dicendum de Usufructuario omnium Bonorum? vide Co- 170.
varruv. *lib. 2. variar. Resolut. cap. 2.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 143. num. 4.* Michael Graff. *recept. Sentent. §. legatum, quæst. 35.* latissimè Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 46. per tot.* In pœnalibus Actionibus nec Hæredes, nec Successores 171.
obligantur, *l. 1. princ. ff. de privat. delict. l. fin. ff. ad Leg. Jul. Majestat. tot. tit. Cod. si reus vel accusator.* nec pœna personam egreditur, *l. 6. ff. de publ. Judic.* 172.
§. 1. Institut. de perpetuis & temporal. action. l. 16. ff. de Judic. l. 5. §. 5. ff. de his qui dejecer. l. fin. §. fin. ff. naut. caup. stabul. exceptis lucris injustis, quæ hæredibus 173.
extorquentur, *l. 1. in fin. ff. de eo per quem fact. l. 5. ff. de calumniator.* ideo, si 174.
quid ex scelere sui Antecessoris ad eos pervenit, de eo tenentur, *l. 26. ff. de dolo. l. 9. §. fin. ff. de reb. authoritat. Judic. possid. l. 9. in fin. ff. de tributor. action. l. 2. §. 27. ff. vi bonor. raptor. l. 21. §. 2. ff. de pecul. l. 16. §. fin. ff. quod met. caus. l. 17. §. fin. l. 38. l. 44. ff. de Regul. Jur. l. 2. Cod. unde vi.* Lite item cum defuncto 175.
contestatâ, hæredes conveniri posse, dubium non est, *l. unic.* ubi Sichard. *Cod. ex delict. defunctor. l. 26. l. 33. l. 58. ff. de obligat. & action. §. fin. Institut. de perpet. & temporal. action. l. 139. & l. 164. ff. de Regul. Jur. cùm simul.* etiamsi 176.
agatur de pœna amissionis Bonorum, vel mulctâ pecuniariâ defuncto imponendâ, *l. 20. ff. de accusation. l. fin. ff. ad Leg. Jul. Peculat.* Juxta quam decisionem, quòd nimirum defuncto ante litem contestatam Reo, mulcta ipsius Successoribus imponi non debeat, nos in nostro Dicasterio pronunciavimus ex doctrina Fabri *in Cod. lib. 9. tit. 2. definit. 15.* aliud præjudicium adducit Richter. *decis. 55. num. 16.* quicquid contra sentiat Carpzovius *in Pract. Criminal. quæst. 131. num. 7. 8. 9. & 10.*

Sagarum igne punitarum hæredes teneri ad resarciendum dam- 177.
num, à Sagis illatum, docet Besold. *part. 2. consil. 214. num. 11. & seqq.*

 Quan-

178. Quando tandem pœna cum delinquente extinguatur, adeò, ut ejus hæredes conveniri non possint, & quando non, latissimè & ad saturitatem more suo explicat Prosper. Farinac. *de Inquisit. lib. 1. tit. 1. quæst. 10. num. 36. & multis seqq.* in hac materia omninò videndus.

179. Tertiò Administrator finito negotio, vel Administrationis die, rectè repetit, & ad Expensarum Catalogum refert sumptus, in rem & negotia Domini erogatos, per *l. 30. l. 31.* & *l. 46. §. 6. ff. de Procurator. l. 12. §. 9.* & *l. 56. §. fin. ff. Mandati.* Ernest. Cothman. *volum. 2. Respons. consil. 58. num. 45.* David Doring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 49.* Scili-
180. cet si rem ab initio utiliter gesserit, potest enim omne illud expendere, quod pro expediendis negotiis sui Domini expedire cognoscit, etiamsi plus expendat, quàm est in hujus facultatibus, dummodo illi expediat; Ita in persona Tutoris est *text. in l. 3. in princ. ff. de contrar. tutel. & util. action.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 503. num. 20. & 21.* Paul. Montàn. *de*
181. *Tutel. cap. 40. num. 52.* Quamvis enim in hoc non administrentur Tutelæ, ut mergantur Pupilli, *dict. l. 3. in princ. ff. de contrar. tutel. & util. action.* Non
182. prohibetur tamen Tutor in Pupilli Alimenta plus impendere, quàm est in reditu facultatum, si reditus ille honestis & congruentibus Alimentis non sufficiat, juxta *l. 12. §. 3. ff. de administrat. tutor.* Sicuti enim cogendus non est, ut de suo alat, ita nec, ut eum in mendicandi necessitatem
183. conjiciat. A quo autem tempore quæstum ex industria sua facere Minor potuit, imputandum est Curatori, quando pluris ob id expensum est, quod per negligentiam ejus Minor quæstum nullum fecit, ita pronunciatum fuit apud Anton. Fabrum *in Cod. lib. 5. tit. 23. definit. 2. per tot.* In
184. Alimentis etiam ipsis modus observandus est, *l. 12. §. 2. ff. de administrat. tutor.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 35. num. 1.* vide Montan. *de Tutel. cap. 33. regul. 9. num. 166. & tribus seqq. & num. 223. cum seqq.*

185. Ex conclusione jam data, quòd scilicet Administratori non denegandum sit, omne illud agere, quod pro exequendo negotio necessa-
186. rium erat, argum. *l. 2. ff. de Jurisdict. omn. Judic.* optimè infertur, posse ipsum constituere Actorem, Procuratorem, & Factorem cum Salario absque interventu Judicis, ita quidem, ut istæ Expensæ postea accepto ferendæ sint in Rationum redditione, Cyriac. *Controvers. Forens. 503. num. 22.* Fran-
187. cisc. Bursat. *consil. 133. num. 62.* adeoque potest Rationum Expensis inferre illud, quod exsolvit istis, quorum operâ in expediundis negotiis Pupilli usus est, *l. 46. §. 6. ff. de Procurator.* Johan. Papon. *lib. 15. tit. 5. arrest. 12.* Idque
188. generaliter dicendum est in aliis sumptibus, ratione rei administratæ faciendis, quos Administrator facere potest, debentque in Rationibus à Domino agnosci, si fuerint utiles, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9.*

num. 142. & seqq. Cyriac. *Controverf. 503. num. 23.* etenim tenetur Dominus 189.
Administratorem servare indemnem, Natta *consil. 168. num. 4.* & suppedi- 190.
tare sumptus, quos in executione rei sibi injunctæ facere cogitur, *l. 12. §. fin.* & *l. 27. §. 4. ff. Mandati.* Alexand. *volum. 6. consil. 52. num. 1.* Petr. Nicol. Mozzius *de Natural. Mandat. num. 20.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 40. num. 1.* nec ad rem pertinet, quòd Dominus potuisset, 191.
si ipse negotium gereret, minus expendere, *dict. l. 27. §. 4. ff. Mandati.* Et hoc est, quod dicit Johan. Garsias *de Expensis cap. 20. num. 16.* Curatores 192.
Rerum, quicquid sine dolo malo expendunt, agendo, ædificando, reficiendo, defendendo, interpellando, & interrumpendo, restituendum ipsis esse à Domino. Quo etiam pertinent illa, quæ in Emptionibus 193.
nomine Domini factis, & similibus, dantur proxenetis, vel exponuntur pro confectione Instrumentorum, pro Gabellis, pro Subhastationibus, & si quæ sunt alia, vocantur enim Expensæ necessariæ, ideoque meritò negotiorum gestori restituendæ sunt, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 343. num. 1. & 2.* Ejusdem farinæ sunt Expensæ pro colligendis Fructibus 194.
factæ, quæ cuicunque Possessori, nedum Administratori refundendi sunt, *l. 51. ff. famil. herciscund. l. 36. §. fin. ff. de petition. hereditat.* Petr. Barbosa *in l. fructus. 7. num. 3. ff. solut. Matrimon.* Garsias *de Expens. cap. 13. num. 57.* Gratian. *disceptat. 810. num. 10.* Hercules Marescot. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 108. num. 2.* ubi docet, omnem illum, qui Fructus solvere vel restituere obstrictus 195.
est, sumptus pro cultura & cura factos, vel retinere vel deducere, Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 15. gloss. 7. num. 16.* Schrader. *de Feud. part. 9. sect. 2. in fine.*

Cùm & in specie Tutori & omni alio Administratori injuncta sit 196.
conservatio rerum ad Pupillum spectantium, quâ scilicet sarta tecta, collapsa & peritura conservat, Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 16.* Igitur 197.
si hanc in rem quid impendit, in Rationum quoque Expensis meritò Pecuniam, pro reparandis Ædibus Pupillaribus erogatam, repetit, *l. 22. vers. ergò. Cod. de administrat. tutor.* Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 16.* Boër. *decis. 44. num. 7.* per *l. 19. §. fin. ff. ad SCtum Trebellian.* Knipschild. *de Fideicommiss. Familiar. Nobil. cap. 12. num. 155.* Althus. *Dicæolog. lib. 1. cap. 92. num. 21.* Idque etiam procedit in Administratore Reipublicæ, qui debet diligen- 198.
ter inspicere horrea, cæteraque ædificia, & si sartorum tectorum curam neglexerit, & aliqua pereant, ad damnum ejus referetur, *l. 2. Cod. de condit. in publicis horreis.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 264.* Matth. Stephan. *de Juridict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 189.* Ernest. Cothman. *volum. 3. respons. 8. num. 62.* Interest enim, nedum Pupillis, sed & Reipublicæ, ut 199.
ædes reficiantur, *l. 2. Cod. de ædific. privat. l. 2. §. si quis nemine. 17.* & *l. fin. ff. ne quid*

200. *quid in loco publico.* Hinc, Domino ædium detrectante, domum propriam reficere, si eam Curator Reipublicæ, sumptu publico refecerit, eosque sumptus Dominus intra quadrimestre cum Usuris semestribus non restituat, Respublica distrahit, *l. ad curatoris. 46. ff. de damno infecto.* Montan.
201. *dict. regul. 9. num. 267.* Hinc & hypotheca tacita competit Creditori, pro Pecunia mutuata pro rei conservatione, *l. 5. ff. qui potior. in pignor. l. 1. ff. in quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur. l. 18. ff. de Privileg. Creditor.* Gail. *lib. 2. observat. 25. num. 8.* Mantica *de tacit. & ambig. Convention. lib. 11 tit. 23. num. 1.* Tiber. Decian. *volum. 2. resp̄onsf. 109. num. 23.* Petrus Barbosa *in l. 1. num.*
202. *12. ff. solut. Matrimon.* Quo referendi sunt sumptus Administratoris, in servitio fortè alicujus Principis existentis, si quid pro custodia & defensione ædificiorum expenderit, pro quibus tacitè ipsi quoque hypotheca de jure conceditur, Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 3. tit. 1. quæst. 5. num. 22.*
203. Hujus loci sunt omnes illæ impensæ, quæ necessariæ vocantur, & habent in se necessitatem impendendi, quibus scilicet non factis, res deterior facta fuisset, *l. 1. §. 1. ff. impens. in rebus dotal. fact. l. 79. ff. de verbor. signi-*
204. *ficat.* Blasius Michalorius *decis. 45. num. 64.* puta, si vetera ædificia restaurentur, aggeres fiant, flumen avertatur, in demortuarum arborum locum aliæ arbores vel vites surrogentur, *l. 1. §. fin. l. 2. & l. 3. ff. de impens. in reb. dotal. fact.* Hercules Marescott. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 109. num. 1.* Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. 15. gloss. 10. num. 5.* Knipschild. *de Fideicommiss. Familiar. Nobil. cap. 12. num. 154.* Joh. Vincent. Honded. *volum. .. consultat. 77. num. 2.* Schrader. *de Feud. part. 9. sect. 2. num. 21.* Ludov. Postius *resolut. 131. num. 6.* Sta-
205. til. Pacific. *de Salvian. Interdict. inspect. 2. cap. 2. num. 2. 190. & 209.* vel, si sumptus fiant, pro commodiori & uberiori Fructuum perceptione, Pacific. *dict. cap. 2. num. 182.* Postius *dict. resolut. 131. num. 11.*
206. Ad hunc locum pertinet, si Administrator publicus aliquid impenderit pro reparatione carceris, pro conficiendis compedibus, & similibus, ad constringendos Reos pertinentibus, pro reparando macello publico, pro restaurandis viis, & si quæ sunt similia, quæ omnia à Domino in calculo sunt recipienda, de quibus videndus Escobar. *de Ratio-*
207. *cin. cap. 25. num. 10. 36. 37. 41. & seqq.* Idem obtinet in Impensis pro rei veluti Castri, aut Fortalitii recuperatione factis, Vincent. Fusarius *de Fideicommiss. & Substitution. quæst. 670. num. 6.* Knipschild. *dict. cap. 12. num. 156.* Schrader. *de Feud. part. 9. sect. 2. num. 21.*
208. Si res Domini ab onere servitutis fuerit redempta & liberata, Christoph. Besold. *part. 2. consil. 133. num. 110.* Knipschild. *dict. cap. 12. num. 157.*
209. Si veteres Pensiones vel Reditus per Administratorem fuerint aucti, Besold. *citat. consil. 133. num. 110.* Knipschild. *dict. cap. 12. num. 159.*

Hoc

Hoc aliquando diſputatum fuit: An Minor in Rationibus Tutclaribus acceptare cogatur ædes, ſuo nomine à Curatore emptas, & poſtea igne conſumptas? In theſi dicendum erat, fundum nomine, & Pecuniâ Pupilli à Tutore comparatum acceptandum eſſe, etiamſi valor poſtea decreverit, dummodo adquiſitio rectè prudenterque facta fuerit pro Pupillo, cui taliter expediebat emi, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 184.* ita reſtituendas eſſe Impenſas, in ædificationem domus noviter comparatæ factas, patet ex *l. 58. ff. de legat. 1.* Knipſchild. *de Fideicommiſſ. Familiar. Nobil. cap. 12. num. 153.* quia inter Impenſas neceſſarias numeratur ædificare domum, *l. 7. §. fin. in fine. ff. ſolut. Matrimon.* Menoch. qui plurimos citat, *de Arbitrar. Judic. Quæſt. caſ. 258. num. 8.* Knipſchild. *dict. cap. 12. num. 153.* cumprimis ſi ad Colonorum uſum & perpetuam rei utilitatem extructa ſit, Statil. Pacific. *de Salvian. Interdict. inſpect. 2. cap. 2. num. 209.* Poſtius *reſolut. 131. num. 2.* 210. 211. 212. 213. 214.

In noſtra tamen hypotheſi & caſu jam dicto, cùm in Pupillorum ſubſtantia Pecunia parata non inveniebatur, adeoque pretium alibi mutuo acceptum annuas Uſuras exigebat, tum ædibus ipſis Pupilli non admodum indigebant, & tum periculi, tum oneris plenum præterea erat, flagrante ubique bello, ejuſcemodi Prædia comparare, expungendum eſſe dixi Prædium, & non admittendum in Rationibus Tutelaribus, pretium à Tutore Venditori ſolutum, per *text. elegant. in l. 10. verſ. ſed iſtam. ff. negot. geſt.* ubi Ulpianus dicit, illum non utiliter negotia gerere, qui rem non neceſſariam, & quæ oneratura eſt Patremfamilias, adgreditur, & ita concludit Paul. Montan. *dict. regul. 9. num. 184.* 215.

Quid ſi, reſtitutis ſive refectis noviter Domini ædificiis, Adminiſtrator in Rationibus Expenſas non particulariter, & in ſpecie, quod eſſe debebat, ſed tantùm in genere deſcripſerit? An ſumptus recipiendi, vel omninò eliminandi ſunt? Peritis hanc rem committendam eſſe, ut illi judicent, quantum veriſimiliter expendere potuerit Tutor, & hanc à petitis definitam Summam recipiendam eſſe docet Johan. Garſias *de Expenſ. cap. 20. num. 22. verſ. Hoc tamen.* Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 63.* Franciſc. Niger Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 544. num. 116. & 117.* 216.

Et in facienda harum Expenſarum æſtimatione illud attendendum eſt, quod verè fuit impenſum, etiamſi Melioramentorum ſubſtantia, vel pretium poſtea decreverit, vel etiam auctum fuerit, *l. 10. §. 1. ff. negot. geſt.* ubi Ulpianus dicit, ſi negotiorum geſtor Inſulam fulſit, vel ſervum ægrum curavit, etiamſi Inſula exuſta ſit, vel ſervus obierit, dari actionem negotiorum geſtorum, modò utiliter à principio fuerit geſtum, & talem Inſulam non fulſerit, quàm Dominus, quaſi imparem ſumptui, 217.

218. dereliquerit, vel sibi necessariam non putaverit. Et quòd in æstimatione Melioramentorum pretium verè factum, non tempus traditionis attendendum sit, docent in individuo, Hercules Marescottus *lib. 2. resolut. 114. num. 9.* Marius Giurba *Consuetud. Messan. cap. 15. gloss. 12. num. 6.* con-
219. sentit Joh. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 20.* ubi, animadversione dignum esse, dicit, quòd Tutor, Curator, vel quilibet Administrator Meliorationes factas recuperet, licet non extet amplius res, in qua factæ sint, modò ab initio utiliter factæ, facit *l. planè. 38. in fin. ff. de hareditat. petition.*
220. Quintò illud etiam in Rationum Expensis recipiendum est, quod Tutor, Pupillum, vel alius Administrator suum Dominum in judicio, defendendo impendit, *l. 30. ff.* & *l. 28. Cod. de administrat. tutor.* Garsias *de*
221. *Expensis cap. 20. num. 17.* cùm & litem ab Antecessore, id est Pupilli Patre cœptam persequi cogatur, *l. unic. Cod. ut causa post pubertat. adsit Tutor.* Gail. *lib. 2. observat. 96. num. 4.* Mynsing. *centur. 2. observat. 38.* ita pronunciatum
222. fuit apud Christoph. Philip. Richter. *decis. 13. num. 19.* adeò ut unus ex pluribus Tutoribus possit causam Pupillorum defendere, *l. 1. Cod. si ex plurib. tutor. l. fin. Cod. de authoritat. præstand.* vide Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num.*
223. *82. & seqq.* Si hoc factum non fuerit, fraus & segnitia Tutoribus, qui judicatum persequi potuerunt, damnum dabit, *l. 52. §. 1. ff. de Fidejussor.*
224. Sed si litem improbam suscipiat Tutor, sibi Expensas imputabit, etiamsi adversarius vincat per Juramentum Suppletorium, Anton. Faber. *in Cod. lib. 5. tit. 26. definit. 1.* & *tit. 26. definit. 3. per tot.* Menoch. *consil. 145. num. 6.* Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 102.* Carpan. *ad Statuta Mediolan. cap. 317. num. 34.* Paul. Christinæ qui ita judicatum fuisse dicit *ad Leg. Mechlin. tit. 19. artic. 25. num. 7.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 38.*
225. *vers. Tertiò fallit.* ubi, si litem supervacuam Tutores vel Curatores instituissent, vel causam frivolam defendissent, inquit, prohiberi ipsos Expensas Pupillo imputare, textus est *in l. non est ignotum. 6. & l. si bonam. 11. Cod. de administrat. tutor.* confer. Cavalcan. *de Tutor. sect. 2. num. 1.* Auffrer. *in Notis ad Capell. Tholos. decis. 40.* Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 151.*
226. *num. 14. & 15.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 31. effectu 6. num. 2. & 3.* ubi cautos esse cupit Tutores vel Curatores, in eligendo Advocatum peritum, si enim Libellus malè conceptus foret emendandus, Tutorum Expensis hoc damnum sarciendum esse, monens, juxta Jason. *in l. edita actio. 3.*
227. *num. 40. Cod. de edendo.* quod etiam dicendum est, si ob præsumptam instantiam in Expensas condemnaretur, Cavalcan. *de Tutor. sect. 2. num. 5.* Gutierez. *eod. tractat. part. 2. cap. 4. num. 18.* Balthasar. *dict. resolut. 7. num. 38.*
228. *vers. Tertiò fallit. ante fin.* vel si non appellaverit, aut Appellationem pro-
229. secutus non fuerit, *l. si bonam. 11. Cod. de administrat. tutor.* quæ quidem omnia

omnia etiam in Civitatum Rectoribus, & aliis Administratoribus procedunt, ex doctrina Montan. *de Tutel. cap. 31. effectu 6. num. 4. 6. 7. & 8.* Jura enim de Tutore loquentia ad alios Administratores similes extendi possunt; Escobar. *de Ratiocin. cap. 19. num. 26.* per *l. 1. ff. de contrar. tutel. & util. action.* Garsias *de Expens. cap. 20. num. 17.* Illud hic notandum est, in dubio praesumi, Tutorem temerè & animo calumniandi movisse litem, Balthasar. *dict. resolut. 7. num. 38. vers. Tertiò fallit.* Cavalcan. *de Tutor. sect. 2. num. 2.* Gutierez. *eod. tractat. part. 2. cap. 4. num. 16.* 230. 231.

Certè, si Tutor contra alium Tutorio nomine litem moverit, probabilemque litigandi causam habeat, non tenetur Expensas de suo solvere, etiamsi in Expensas condemnaretur, Capell. Tholos. *decis. 10. num. 1.* Gutierez. *de Tutel. part. 2. cap. 25. num. 1.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 38. vers. Tertiò fallit.* eleganter Garsias *de Expens. cap. 20. num. 21.* ubi notabiliter dicit, posse fieri, ut Tutor vel Curator lites suscipiat à principio utiliter pro Pupillo, & majores Expensas faciat, quàm sint facultates Pupilli, infelicique litis eventu consecuto evenire, ut Pupillus cogatur pro Sumptibus Tutori totum Patrimonium & Facultates relinquere: Notabile hoc est, quòd recipiendae sint in Rationibus Expensae litis improbae, quam Pupilli nomine & quasi Tutor quis exercuit, si Pupillus, pubes factus, ab eo gesta rata habuerit. Nisi dolo malo Tutoris extortam ab inope Minore ratihabitionem constet, vide Fabrum *in Cod. lib. 5. tit. 26. definit. 2. per tot.* & de hac materia Paul. Christinae. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 152. num. 1. & seqq.* 232. 233. 234.

Tutori ergò, si non vult teneri de lite mota, cautelâ opus est, scilicet, ut cum Consensu Consanguineorum id faciat, tunc enim per suprà allegata tam dolus, quàm culpa abesse praesumitur, Cavalcan. *de Tutore sect. 3. num. 27.* Balthasar. *dict. num. 38. in fine.* 235.

Sextò repetit meritò, & inter Expensa numerat Administrator viatica, si fortè ratione officii foras excurrere necesse habuit, *l. 1. §. 9. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Hartman. Pistor. *observat. 124. num. 2. & 3.* ubi ita judicatum fuisse dicit Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 11.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 7. num. 40.* Idque etiam in Tutoribus & Curatoribus Minorum, ex decisione Supremae Curiae Mechliniensis, verum dicit Paul. Christinae. *volum. 3. decis. 153. num. 3.* ubi conclusum fuisse dicit, si illis peregrè proficiscendum sit pro negotiis Pupilli expediendis, quòd possint ex Bonis, quae administrant, tantum capere, quantum opus fuerit pro viaticis & sustentatione, Menoch. *consil. 228. num. 41.* ubi, regulariter Alimenta esse praestanda Tutori, ait, si justa causa subsit. De istis viaticis illud deduci debet, quod quis domi fortè pro- 236. 237. 238. 239. 240.

babiliter expendere potuisset. Garsias *de Expensis cap. 20. num. 11.* Mantica *de tacit. & ambig. Convention.* de socio iter faciente loquens, *lib. 6. tit. 19. num. 40.* per *l. sed & si lege. 25. §. quod autem. 16. ff. de petition. hereditat.* Balthasar. *dicto loco.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 31. definit. 7. num. 4.*
241. Guido Papæ *Gratianopol. Decis. 725. num. 1.* ubi tamen testatur, se nunquam vidisse talem deductionem practicari, idque etiam de se fatetur Balthasar. *citat. num. 40.*

242. Quæri hîc potest, si Salarium fuit constitutum Administratori, an præter Salarium possit deducere viatica & Expensas in proprium corpus factas? dum Pupilli nomine foras excurrit? An verò dicendum sit, Salarium etiam ideo datum esse, ut inde vivat peregrè absens Tutor, & Alimenta necessaria, absque alia à Domino facienda restitutione suscipiat? Non esse imputandum Salarium, sive non compensari Salarii quantitatem cum Sumptibus, ab Administratore in viatica factis, nisi hoc expresse convenit, ut Salariarius Sumptus de suo faceret ad hæc itinera, hoc est de Salario, *text. est express. l. 10. §. 9. in fine. ff. Mandati.* & docet Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 15.*

243. Sicut autem, ubi res non exigit, prodigaliter nemo expendere ali-
244. quid debet, *l. 1. §. 1. ff. de offic. Procurator. Cæsar.* sed in omnibus Expensis debitus modus servandus est, *l. cùm plures. 12. §. nimium est. 2. ff. de administrat.*
245. *tutor.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 25. num. 2.* ita quoque tales Tutoris Expensæ in Rationibus recipiendæ sunt, quas in propria causa expendisset, Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 161.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 66. num. 12. & 15.* Balthasar. *dict. resolut. 7. num. 40. vers. Item si Tutor.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 25. num. 5.* per *text. in l. à tutoribus. 33. ff. de administrat. tutor. l. 1. ff. de tutel. & ration. distrahend.* addo *text. in dict. l. cùm plures. 12. §. nimium est. 2. ff. de administrat. tutor.* Garsiam *de Expens. cap. 20. num. 7. in fine. & num. 17. vers.*
246. *Illud tamen.* ubi dicit, ita lites esse agendas, & causas Tutelæ & Administrationis tractandas, Sumptusque faciendos, ut Tutor, Curator, Syndicus, & reliqui Administratores, in hujusmodi Sumptibus & Expensis ita se moderatè gerant, quasi res propria non aliena gereretur, neque enim pro Pupillo vel aliis magis expendendum esse, quàm pro se expenderet
247. Tutor vel Curator; Hinc Expensæ immodicæ, in Exequiis & Funere Patris Pupilli, factæ non admittuntur, apud Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst.*
248. *cas. 173. num. 7.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 40. num. 46.* & rejiciuntur superflui sumptus in prosecutione Litis Pupillaris à Tutore erogati, ut victoriam obtineret, Menoch. *dict. cas. 173. num. 6.* Montan. *dict. cap. 40. num. 46.*

249. Sed hoc, an modicè vel immodicè quid expensum fuerit, Judicis arbitrio decernendum erit: Qui personæ, & rei familiaris qualitate considera-

ſideratâ arbitrabitur, an plusve minusve expenſum fuerit, Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 25. num. 4.* Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 165. & ſeqq.*

Mandatarius, ſi conduxit equum causâ curandi negotia Domini, 250.
recuperat ſumptus in equum factos, *l. 10. §. 9. ff. Mandati.* ubi Ulpianus
ſumptus reputandos eſſe dicit, quos quis facit ad vecturas ſuas, dum 251.
excurrit in Prædia, modò talis ſit Dominus, qui per Procuratorem æquitando negotia expedire conſueverat, Bartol. *in dicto §. 9. ff. Mandati.* Petr.
Nicol. Mozzius *de Contract. rubr. de natural. mandat. num. 23.* ſi Adminiſtra- 252.
tor equitavit cum equo proprio diſtinguendum eſt.

Aut enim alebat equum, non elocandi causâ, ſed ut poſſet equitare, quando vellet. Aut habebat eum ideo, ut poſſet aliquid per locationem lucrari, priori caſu nihil, ſecundo verò tantundem Rationum Expenſis inferre poteſt, quantum accepiſſet, ſi eum elocaſſet, Bartol. & Mozzius *locis citatis.*

In Ruſtico Adminiſtratore facilè dicet Rationum Examinator, ipſum 253
non debuiſſe vehi equo, &, ſi contrarium fecerit, ſumptus in equum factos non poſſe repeti, Tiraquell. *de Nobilitat. cap. 20. num. 77.* Johan. Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 136.* Johan. Garſias *de Expenſ. cap. 20. num. 11.*
Balthaſar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. reſolut. 7. num. 40. verſ. Item ſi Tutor.* è con- 254.
tra verò Viro Nobili equus concedendus eſt, Tiraquell. *de Nobilitat. dict. num. 77.* ſed quid ſi hic Caballus, quo nobilior hæc perſona incedebat, 255.
morbo in itinere correptus, moriatur fortè? poteritne ejus æſtimatio à Pupillo repeti, & Rationibus inferri? Negandum illud eſt, argum. *l. fin. ff. commodati.* ubi JCtus dicit, ſi commodavero tibi equum, quo utere- 256.
ris uſque ad certum locum, ſi, nullâ culpâ tuâ interveniente, in ipſo itinere deterior equus factus ſit, non teneris commodati. Imò quamvis conductor equi mortis periculum in ſe ſuſcipiat, non tamen tenetur, ſi decedat equus morbo naturali, Chriſtoph. Beſold, *part. 3. conſil. 120. num. 14.*
Nec enim Adminiſtrator omnia illa, quæ impenſurus non erat, Domino 257.
imputabit, veluti quòd ſpoliatus ſit ab hoſtibus, aut naufragio res amiſerit, vel, languore ſuo ſuorumque adprehenſus, quædam erogaverit, *text. apert. in l. 26. §. 6. ff. Mandati.* Petr. Nicol. Mozzius *de Natural. Mandat.*
num. 24. & 25. multò minùs repetet, & Rationum Expenſis inſeret, ſi fortè, 258.
dum causâ curandorum negotiorum communium erat abſens, ex hac abſentia quidam eum hæredem non inſtituit, prout inſtituiſſet, ſi præſens fuiſſet: Vel ſi ob abſentiam proprium Patrimonium, & rem familiarem negligentiùs curavit, adeoque damnum paſſus eſt, *l. 60. §. 1. ff. pro ſocio.*
Hector Felicius *de Societat. cap. 27. num. 4.* Ex quibus Juribus aliquando dixi, 259.

non esse fundatam intentionem Titii, qui, præter sumptus in curanda re communi factos, etiam hoc sibi resarciri petebat, quòd rem domesticam tempore absentiæ neglexisset, confer in terminis Hartman. Pistor. *observat. 124. num. 5. & seqq.*

260. Quicquid autem Tutor, aliusve Administrator expendit, etiamsi minimum sit, illius debet habere certam & rationabilem causam, argum. *l. 1. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Francisc. Vivius *decis. 40. num. 8.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. dict. resolut. 7. num. 40. vers. Quicquid tamen.* &

261. necesse est, ut constet de persona, cui solutum fuit, per *text. in l. si quis*

262. *intra. 7. Cod. de bonis proscriptor.* Vivius *dict. decis. 40. num. 8.* Si in negotiis Pupillaribus immodicos sumptus, & superfluas expensas faciat, id, quod superfluum est, de suo resarcire tenetur, *l. officio. 2. in princ. & §. 1. & 2. ff. ubi Pupillus educari debeat.* Francisc. Vivius *dict. num. 8.* Balthasar. *citat. resolut. 7.*

263. *num. 40. in fine.* ubi dicit, Expensas à Tutoribus factas, experientiâ teste, quotidie moderari ac taxari, idque ego quoque sæpius observavi; Et

264. hoc habet rationem, sumptus enim, Pupillo non expedientes, Pupillo non imputantur, *dict. l. 1. §. præterea. 4. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 276.*

265. Si Administrator cum libera, Tutor, vel Curator, aliquid de Patrimonio sui Principalis expendit in rem, quæ postea Domino nullum commodum attulit, idque fecit spe boni & probabilis eventus, non obstante, quòd postea malum & sinistrum exitum res habuerit, ejusmodi Pecunia in Calculum Expensarum recipienda venit, *l. quid ergò. 3. §. contrarium. 1. & §. sufficit. 7. ff. de contrar. tutel. & util. action. l. qui mutuam. 56. §. fin. ff. Mandati. l. Prætor ait. 9. §. 2. & 3. ff. de bonis authoritat. Judicis possidend.*

266. Escobar. *de Ratiocin. cap. 25. num. 52.* Hinc dicimus, si in emendo cesset Tutoris lata culpa, sive negligentia, & Prædia minùs idonea per sordes & per gratiam non comparaverit, ipsi nihil imputandum esse, secùs si alicujus gratiæ aut sordium Reus inveniatur, *l. tutor, qui repertorium. 7. §. competit. 2. ff. de administrat. tutor.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 198.*

267. *& 200.* In negotiorum gestore hoc singulare quasi est, quòd si negotium ab ipso cœptum malè cadat, ipsius sit periculo, sive benè sive malè cœperit, post Bald. & Caroc. Escobar. *de Ratiocin. dict. cap. 25. num. 53.* dicens,

268. in negotiorum gestore ideo hoc constitutum esse, quia ex eventu rei gestæ judicetur, utiliter an inutiliter negotium gerere cœperit, ideoque, si bonum exitum res non habuerit, quam gessit, Expensas ipsum non repetere.

269. Præterea & in hoc cautè agendum est Administratori, ne tales & tam excessivè magnos faciat sumptus, per & propter quos urgeri posset Domi-

Dominus ad venditionem fundi, in quem facti sunt, hoc quippe casu Impensæ in Rationibus expungendæ essent, *dict. l. 10. §. 1. ff. de negot. gest. text. l. 13. §. 6 ff. de usufruct.* ubi Ulpianus inquit, si ea, quæ instituit Usufru- 270.
ctuarius, tam magnum apparatum sint desideratura, opificum fortè, vel legulorum, quæ non potest sustinere proprietarius, non videri Viri boni arbitratu frui, facit optimè *l. 25. ff. de pignoratit. action.* Rosenthal. *de Feud. cap. 10. conclus. 43. num. 93.* Gail. *lib. 2. observat. 12. num. 7.* Hartman. Pistor. *lib. 2. part. 2. quest. 42. num. 6.* Nicol. Boër. *decis. 47. num. 10.* Pinell. *in l. 2. part. 2. cap. 3. num. 5. Cod. de rescindend. vendit.* Anton. Negusant. *de Pignor. part. 7. membr. 3. num. 18.* Menoch. *recuperand. remed. 15. num. 523.*

Limitatur hæc Regula 1. Ut nihilòminus illa repeti possint, in qui- 271.
bus modum non excessit Administrator, Schrader. *de Feud. part. 9. sect. 2. num. 91. vers. Octavò.* Rosenthal. *dict. conclus. 43. num. 94.* Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 15. gloss. 12. num. 18.*

Limitatur 2. Si fortè sine istis Impensis res fuisset peritura, & aliis 272.
modis, quos tradit Rosenthal. *loco citato num. 95. & seqq.*

In dubio, ut hoc addam, sumptus non præsumuntur Domino ni- 273.
mis onerosi, sed hoc ab allegante probandum est, Schrader. *citat. sect. 2. num. 89.* Giurba *dict. gloss. 12. num. 17.* Porrò in annotandis Expensis admit- 274.
tendum est etiam illud, quod labore, industriâ & artificio proprio in rebus Domini laboravit Administrator, Petr. Gilken. *de Impens. part. 2. cap. 1. num. 15.* quare enim non deduceret, vel compensaret illarum operarum 275.
pretium, quod alteri pro eisdem dedisset, Schrader. *dict. sect. 2. num. 35. ampliat. 14.* Rosenthal. *citat. conclus. 43. num. 39.* Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. num. 86.* Pinell. *in dict. l. 2. part. 2. cap. 3. num. 4.* Boër. *decis. 44. num. 23. & seqq.* Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 15. gloss. 7. num. 1.* Marescottus *lib. 2. resolut. 114. num. 13.* Garsias *de Expens. cap. 1. num. 14.* Knipschild. *de Fideicommiss. Familiar. Nobil. cap. 12. num. 169.*

Circa liberalitates, ab Administratoribus exercitas, concludo, Prin- 276.
cipum Præfectos, Quæstores, & his similes, donandi facultatem non habere, *l. 1. §. 1. ff. de officio Procurator. Cæsar.* Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 8. & 9.* ubi Prælatis, Parochis, Oeconomis, & similibus, habentibus 277.
Administrationem liberam, adimit donationem, remissionem & renunciationem, & facit *text. in l. 28. §. fin. ff. de pact.* Gail. *lib. 2. observat. 72. num. 8.* ubi, quantumcunque generale sit mandatum, non tamen ad li- 278.
berationem, vel debiti remissionem, extendendum esse, dicit, nisi hoc à lege sit expressum. Idem de Tutore statuendum esse probat, *l. fin. ff.* 279.
de curat. furios. l. tutor. ad utilitatem. 22. & l. Lucius Titius. 46. §. fin. ff. de administrat. tutor. l. pactum curatoris. 22. Cod. de pactis. Roland. à Valle *volum. 3. consil. 18. num.*

280. *num. 56.* & generaliter de quolibet Administratore, per *text. in l. servus furiosi. 13. ff. de manumission.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 24. num. 1. & sex seqq.* latè Francisc. Caldas *in l. si curatorem. 3. vers. sine curatore. num. 120. Cod. de in integr. restit. minor.* Ludov. Roman. *consil. 50. num. 3.* Rol. à Valle *dict. consil. 18. num. 57.* Tiraquell. *in l. si unquam. vers. donatione largitus. num. 174.* Menoch. *consil. 29.*
281. *num. 7.* sive potestatem administrandi habeat ab homine, sive à lege, utrique enim facultas donandi denegatur, Pinell. *de Bon. Matern. lib. 1. part. 3. num. 56.* Petr. Nicol. Mozzius *de Contract. tit. de donation. rubr. de person. don. num. 8.* Panormitan. *lib. 1. consil. 48. per tot.*

282. Limitatur hæc Conclusio 1. Si modicas & receptas Patrio more liberalitates effuderit Administrator, *cap. caterum.* ✕ *de donation.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 24. num. 8. & 13.* Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 20. vers.*
283. *Si verò.* ubi docet, si Pupillus, vel furiosus, vel absens, aut is, cujus Bonis Curator datus est, sit nobili genere, qui dum sanæ erat mentis, vel cujus Pupilli Parentes quotannis soliti fuerunt solennia Munera & Xenia mittere Consanguineis, Amicis, vel aliis, posse Tutorem, Curatorem, & Administratorem hoc quoque genus liberalitatis exercere: Sic quoque donationes modicæ, factæ ab Administratore Principis, vel Rei-
284. publicæ Nunciis, de suo Principe novam lætitiam populo creantibus, (puta quòd fortè ipsi Filius sit natus, quòd victor in bello evaserit) & si quæ sint similia, adhærentibus, quæ donationes vulgò dicuntur Botten-Brod/ in calculum erunt recipiendæ, *l. 1. Cod. publ. latit. vel consul. nunciator.* Escobar. *dict. cap. 24. num. 22. & 23.*

285. Quinimò, cùm aliquando Vir quidam Equestris Ordinis tam proprio quàm Fratrum nomine, pro feliciter expediendo Processu in Principis Curia pendente, tum Catenulam auream, tum Scyphum inauratum Ministris, à cujus favore celerior exitus & victoria pendebat, obtulisset, hasque liberalitates deinde in Rationibus communibus à Fratribus pro rata repetiisset, judicatum fuit, eas in calculo recipiendas esse,
286. apud Escobar. *de Ratiocin. cap. 25. num. 4.* de jure enim liberalitates illæ Administratoribus licitæ, & in Rationibus recipiendæ sunt, quæ utiles fuerunt Domino, Gail. *lib. 2. observat. 72. num. 13. vers. Fallit.* Roland. à Valle
287. *consil. 117.* Roman. *consil. 50. num. 3.* cumprimis si per donationem saltem non minus, verùm etiam amplius consequitur ille, cujus Bona administrantur, *l. 28. §. fin. ff. de pact.* ubi Bartol. Castrens. & alii. David Doring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 239. vers. Declara 3. in fine.*

288. Limitatur 2. Administrator potest debitum remittere ei, qui extremâ egestate laborat, vel ubi in debiti exactione majores sumptus essent faciendi, quàm esset utilitas debiti postmodum exacta, uti de Exacto-

ribus

ribus Tributorum, ita limitando *legem omnes. 4. Cod. de annon. & tribut.* concludit Ludov. Roman. *consil. 50. num. 3.* & *consil. 369. num. 32.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 24. num. 10.* Jaffred. Lanfranc. Balbus *decis. 436.* Sic etiam 289.
Judex potest pauperibus condemnatis mulctam donare, *l. fin. Cod. de modo multar.* Escobar. *dict. cap. 24. num. 11.* ubi *num. seqq.* etiam Tutorem 290.
excusat, qui propter nimiam Debitoris paupertatem debitum non exegit.

Limitatur 3. Tutor seu Curator Regis tum donandi, tum, quod in 291.
idem recidit, remittendi facultatem habet illa, quæ à Debitoribus Fisci debentur, Francisc. Caldas *in dict. l. si curatorem. 3. verb. sine curatore. num. 120. in princ. Cod. de in integr. restitut. minor.* idque etiam in Tutoribus Principum 292.
verum esse, respondit Roland. à Valle *volum. 2. consil. 18. num. 59. & 60.* Imò 293.
& Tutores Illustrium Personarum indistinctè donare posse, cùm hoc ipsorum dignitati conveniat, probat *text. in l. 12. §. 3. ff. de administrat. tutor.* Ga:. *lib. 2. observat. 72. num. 8. & seqq.* Tiraquell. *de Nobilitat. cap. 37. num. 40. & seqq.* communem testatur, Fernandus Vasquius *de Success. creat. §. 10. num. 81.*
Hoc tamen Tutori vel Administratori alicujus Nobilis non permitti, ex 294.
sola nobilitatis causa tradit Simoncell. *de Decret. in Contract. Minor. lib. 1. tit. 2. num. 11.* secutus Pinell. *dict. lib. 1. part. 3. num. 57. vers. Ego autem.*

Sed hoc verum est in hisce, quæ Princeps defunctus, id est, Pupilli 295.
Pater, vel Administratoris Dominus consueverat donare, secùs in hisce, quæ rarissimè largiri solitus fuit, Roland. à Valle *dict. consil. 18. num. 65.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 24. num. 13. & aliquot seqq.*

Limitatur 4. Recipiendæ etiam erunt Impensæ ob munera factæ, 296.
quæ quidem munera Pupillo utilitatem attulerunt, de quo paulò antè exemplum retuli, vel ob remunerationem eorum, qui à Pupilli servitiis steterunt, *l. cùm plures. 12. §. cùm tutor. 3. ff. de administrat. tutor. l. 2. Cod. de aliment. pupill. præstand.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 173. num. 5.* & quòd 297.
remunerationis gratiâ de rebus Pupilli liberalitatem exercere possit Curator, docent Roman. *consil. 50. num. 3.* Caldas *dicto loco num. 119. & 120.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 24. num. 24. & seqq.* Tiraquell. *in l. si unquam. 8. verb. donatione largitus. num. 25. Cod. de revocand. donation.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 5. num. 9. & per tot.* modò merita sint condecentia donationi, Roland. à 298.
Valle *consil. 18. num. 71.*

Ex quibus hoc procedit, quòd Tutor circa personam Pupilli possit 299.
erogare, quod moribus, honestati & conditioni Pupilli convenit, *l. cùm plures. 12. §. cùm tutor. 3. ff. de administrat. tutor.* admittet igitur Judex Impen- 300.
sas factas, in Salariis Præceptorum, si qualitas Pupilli fuit, ut disciplinæ operam daret, *l. 2. Cod. de aliment. pupill. præstand.* Menoch. *de Arbitrar. Judic.*

 Quæst.

Quæst. cas. 173. num. 4. Ludov. Roman. *consil. 415.* Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 145.*

301. Hoc amplius mercedem quoque constituere potest Præceptoribus Sororis Pupilli, etiam citra Magistratus Decretum, *l. qui filium. 4. circa fin. ff. ubi pupill. educari. l. tutor, secundum dignitatem. 13. §. fin. ff. de administrat. tutor.* Montan. *dict. regul. 9. num. 46.* Alimenta Familiæ præstare, *l. 1. §. sed etsi. 2. ff. de tutel. & ration. distrahend. l. cùm plures. 12. §. cùm tutor. 3. ff. de administrat.*

302. *tutor.* ubi etiam admittuntur solennia munera Parentibus, Cognatisque à Tutore missa. Matri & Sorori, si sint inopes, & se ipsas exhibere nequeunt, necessaria ad victum præstare, *dict. l. 1. §. sed etsi. 2. ff. de tutel. & ration. distrahend. l. qui filium. 4. ff. ubi pupill. educari.* vide Montan. *dict. regul. 9. num. 152. & seqq.*

303. Ad hoc tamen, ut Tutor aliusve Administrator remunerando donare possit, non sufficit, quòd ipse bene merita confiteatur, sed in specie de illis mentionem facere, de illisque constare debet, Roland. à Valle *volum. 1. consil. 5. num. 7. & 21.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 24. num. 30. & seqq.* ubi

304. inter alia dicit, & verum dicit, clausulam Donationis, factæ propter servitia præstita, & merita, regulariter de Stylo Notariorum in quacunque Donatione apponi.

305. An odiosam vel iniquam fortè Pecuniam Administratores remittere possint, puta pœnam ex furto injuriâve provenientem, item Usuras? vide negantem Rosenthal. *de Feud. cap. 10. conclus. 38. num. 40. & seqq.*

306. Certè si exacta Pecunia animæ periculum, id est, conscientiæ læsionem adferre posset Domino, contrarium sentirem cum Losæo *de Jure Univer-*

307. *sitat. part. 1. cap. 3. num. 117.* Circa hanc liberalitatum materiam hoc etiam sciendum est, cujusque Administratoris sive publici sive privati munificentiam moderatam esse debere, argum. *l. 12. §. penult. ff. de administrat. tutor. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ration. distrahend.* Jacob. Schultes. *in Notis ad Modestin. Pistor. quæst. 150. num. 20. & seqq.*

308. Septimò circa Expensarum materiam quotidiè evenire solet, quòd Thesaurarius, Quæstor, vel similis Reipublicæ Administrator Pensiones, Canones, Contributiones, Indicta & alios ejus generis Proventus etiam non exactos acceptorum numero inserat: Imo hoc fieri debere quotidiana Praxis testatur, der Renthmeister/ Schösser/ Verwalter/ und andere verrechnende Diener müssen alle ständige Jährliche Gefälle zur Innahm bringen/ sie haben sie würcklich erhoben oder nicht/ sed quid si, adhibitâ diligentiâ, ob inopiam fortè Debitoris exigere non potuit? Permittendum ipsi erit hosce Reditus, sibi à Debitoribus non solutos, ad Expensarum Catalogum sub certa Rubrica inferre, er kan die ohnbezahlete Gelder

Gelder und andere Gefälle/ welche bey den Leuten nicht zu erheben seynd/ wieder zur Außgab setzen.

Si enim Anni sint steriles, & calamitosi, Militumque concursu Subditi adeò ad inopiam redigantur, ut Tributorum Oneribus sint impares, hæc sterilitas & improvisa calamitas efficit, ut Receptores Ærarii Publici non sint obligati, Pensiones & reliqua Debita exigere, imò exigentes audiri non debent, multò minùs de non exactis tenentur, Francisc. Vivius *Neapolitan. Decis. 264. per tot.* & in terminis Johan. Gœdd. *volum. 1. Consil. Marpurg. 24. num. 121.* Quæ conclusio ad omnia alia Debita, quæ ob inopiam Debitorum exigi non possunt, extendenda erit, inanis enim est Actio, quam inopia Debitoris excludit, *l. 6. ff. de dolo malo. l. 12. ff. de furt.* quod sanè periculum inanis Actionis non potest ad Quæstorem vel Administratorem pertinere, sed ad Dominum suum Actio ista redit, secundùm Ulpianum *in dict. l. 12. ff. de furt.* Gœdd. *dict. consil. 24. num. 122.* 309. 310. 311.

Graviter ergò peccant, & conscientiæ laqueum injiciunt illi, qui ex punctis Rationibus residui solutionem, den Receß, à misero Administratore, ejusve hæredibus violenter, & illicò extorquent, Actiones verò non exactas, & hisce exulceratis temporibus nunquam exigendas, rationali ejusque lucro relinquentes. 312.

Administrator sanè adhibitæ diligentiæ in exigendis debitis non tantùm præsumptionem pro se habet, per probata alibi, sed & hæc industria exinde maximè patebit, si constare possit, Debitores, pro danda & concedenda sibi mora & dilatione ad solvendum, Principi supplicasse, per adducta à Gœdd. *citat. consil. 24. num. 124. & seqq.* Hoc igitur si factum fuisse constet, eò minus onerandus erit Quæstor de debitis, apud obæratos Subditos extantibus, receptorum computo licet illatis. Verùm hoc casu prudenter aget rationalis, si, omissis in Expensarum Calculo debitis non exactis, Rationibus jam examinatis appendicem, eine Stumpff-Rechnung/ adjiciat, iisque hæc nomina, quæ propter inopiam Debitorum vel aliam ob causam exigi non potuerunt, Domino in solutum offerat. In qua Rationum appendice, vel illâ omissâ, Expensas à se factas, & in Rationibus fortè per oblivionem omissas, seorsim repetere non prohibetur, *l. 1. §. 4. ff. de contrar. tutel. & util. action.* Johan. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 184. num. 12.* 313. 314. 315.

LOCUS DUODECIMUS.

De Expensarum Probatione, & Requisito Rationum sexto.

SUMMARIA.

1. *Administrator, Libri Rationum Capita vera esse, probare debet.*
2. *Et docere, se Expensas verè erogasse.*
3. *Juramento solo Administratoris Expensæ non probantur.*
4. *Nisi sint modicæ, & verisimiles.*
5. *Inter Consanguineos non tam stricta & scrupulosa Specificatio Expensarum requiritur.*
6. *Modicæ Expensæ Juramento Administratoris docentur.*
7. *Liber Rationum, Juramento Scribentis confirmatus, in illis summis pro scribente probat, de quibus regulariter Apocha dari non solet.*
8. *Quæ dicantur parvæ vel magnæ Expensæ, Judicis arbitrio æstimandum est.*
9. *Quid in isto arbitramento Judici observandum sit?*
10. *Modicæ Expensæ debent esse rationabiles, & specificè cum nominibus personarum, cui, quare, & quantum datum sit, annotatæ.*
11. *Si non sint rationabiles, & verisimiles, vel simul unitæ ad magnam summam ascendunt, solo Juramento non probantur.*
12. *Expensæ magnæ nonnunquam Juramento docentur, & quando?* & num. 13.
14. *Opus, tempore Administrationis perfectum, præsumitur ab Administratore, ejusque sumptibus factum esse.*
15. *Circa probationem quantitatis sumptuum ad peritos artis recurrendum est.*
16. *Expensis in genere probatis, earum quantitas Juramento facientis probari potest.*
17. *Maximè, si cum Juramento aliqua conjectura concurrat.*
18. *Plerisque Expensis probatis, reliqua vera esse præsumuntur.*
19. *Rejicitur hæc opinio.* & num. 29. in fine.
20. *Nemo adeò stolidus est, ut non aliquas saltem Expensas probare possit.*
21. *Articuli Positionales, ad rem facientes, omnes, & non aliqui probandi sunt.*
22. *Non satisfacit Administrator officio, aliquas tantùm Expensas probans.*
23. *Rationum Liber in una parte falsus, in reliquis etiam talis esse præsumitur.* & num. 24.
25. *Contrariorum non est contrarium Judicium, quando in utroque diversa militat ratio.*
26. *Semel malus, in eodem genere delicti semper talis esse judicatur.*
27. *Fidus, & probus nemo præsumitur, si hoc tendat in præjudicium tertii.* & num. 28.
30. *Aliàs integra vita præsumptio pro omnibus militat.*

31. *Merca-*

31. *Mercatorum Libri tantùm semiplenè probant, adeò, ut proferenti Juramentum Suppletorium deferri possit.*
32. *Scilicet, si ita Statuto expressè cautum, vel Consuetudine receptum sit.* & num. 62.
33. *Inter Mercatores procedendum est tantùm ex aquo & bono.*
34. *Mercatores suarum rerum Emptoribus communiter sine Chirographo fidem habere solent.*
35. *Ut Rationum Liber probet, requiritur, 1. Ut Scribens sit Mercator.*
36. *Scriptura privata hominis, etiam in summa authoritate constituti, de Jure Communi nihil probat.*
37. *Tempore faciendæ probationis, non est necesse, probare volentem esse Mercatorem. modò tempore Scriptionis talis fuerit.*
38. *2. Mercator, Librum proferens, bonæ famæ, & persona fide digna esse debet.* & num. 39.
40. *3. Causa debiti in Libro Mercatoris exprimi.* & num. 41.
42. *4. Data & accepta continere.*
43. *5. Annus, Mensis, & Dies addi.*
44. *6. Contra Mercatorem aliquid scriptum esse.*
45. *7. Et res ad Mercatorem spectantes tantùm tractare debet, in cæteris enim non probat.* & num. 46.
47. *8. Necessarium est, exarata in tali Libro esse verisimilia, & quomodo?*
48. *9. De traditione Mercium ut constet, requiritur.*
49. *10. Liber Mercatoris non debet esse scriptus diversâ manu, & atramento, nec mendosus, aut cancellatus esse.* & num. 50. 51.
52. *Sed & 11. juxta aliquos, exaratus propriâ producentis manu.*
53. *Rejicitur hoc requisitum.* & num. 54.
55. *12. Necessarium est, in Libro descriptum fateri negotiationem, vel emptionem rei.*
56. *13. Ut tantùm agatur de summa modica, & non magna, sed hoc arbitrio Judicis dependet.* & num. 57.
58. *14. Requiritur Juramentum Scribentis.*
59. *Si defunctus sit, ejus mors stat loco Juramenti.*
60. *Potest etiam Judex aliquando hæredibus Scribentis Juramentum Credulitatis deferre.*
61. *Requisitis hîc allegatis adeò strictè in singulis partibus inhærendum non est.*
63. *Ex hoc solo Libri fides non crescit, quòd Mercator aliqua scripserit, quæ vera esse reperiuntur.*
64. *Sic Expensas ideo omnes veras esse, dici non potest, quòd Administrator aliquas docere possit.*
65. *Confessio Mariti, de Dote recepta, in totum vera esse judicatur, si, partem solutam fuisse, probetur.*

 66. *Sed*

66. *Sed hac conclusio Administratori circa Expensas non adfert fulcimentum, & quare?* & num. 67.
68. *Testamenti Executor præsumitur totum Legatum solvisse; si appareat, quòd de residuo satisfecerit.*
69. *Residui solutio præsupponit solutionem totius.*
70. *Probatis aliquibus Expensis, an in summis magnis reliquarum veritas præsumenda sit?* & num. 71. 72. 73.
74. *Solutio, Apochis productis,* mit Quittungen / *probari potest.*
75. *Apochæ tollunt obligationem.*
76. *Modò Creditoris manu, & non à tertio exarata sint.*
77. *Probant tamen, à tertio, cum consensu Creditoris, scriptæ.*
78. *Paria sunt, Apocham ab ipso Creditore, vel à tertio, ipso tamen consentiente, scribi.*
79. *Modus, solutionem per Apocham probandi, optimus est.*
80. *Contra Quietantiam, post lapsum 30. dierum, exceptio solutionis non factæ opponi non potest.*
81. *Etiamsi Creditor, solutionem factam non esse, probare velit.*
82. *Depositarius & Fiscus exceptionem, non factæ solutionis, etiam ante 30. dies opponere nequeunt.*
83. *Apocha unius Creditoris hujus, & non alterius crediti solutionem probat.* & num. 86.
84. *Quietantia uni Fratri, de recepta portione Hæreditatis Paternæ, à Sorore scripta, reliquis Fratribus non prodest.*
85. *Apocha, de parte à Socio recepta, loquens, partem Consocii solutam quoque esse, non probat.*
87. *Quietatio interpretanda est ad favorem liberantis contra solventem.*
88. *Facta de omni & toto, prodest etiam Correo in solidum obligato.*
89. *Nemo ex sua Apocha, quâ, de solutione tertio facta, Testimonium perbibet, obligatur, aut conveniri potest.*
90. *Quietantia generalis liberat Debitorem ab omnibus, in quibus Creditori erat obligatus.*
91. *Creditoribus cavendum est, ne utantur verbis generalibus, in Confessionibus de recepto.*
92. *Generalis Quietatio ad omnia trahitur.*
93. *Et in illa veniunt omnia illa, quæ in genere cogitata fuerunt.*
94. *Præsumitur generaliter liberans habuisse scientiam in genere.*
95. *Generalis liberatio tollit etiam illa, quæ tempore liberationis fuerunt incognita & non cogitata.* vide tamen num. 133.
96. *Etiamsi de istis tantùm fuisset litis timor.*
97. *Maximè si Apocha generalis sit Juramento vallata.*

98. *An*

98. *An legitimam comprehendat? remissive.*
99. *Petitione generali subsecutâ, generalis Apocha fortiùs inducit liberationem in omnibus,* & num. 100. *ubi exemplum adducitur.*
101. *Nemo cogi potest generaliter liberare.*
102. *Nec ab Administratoribus facilè petenda sunt ejusmodi Apocha.*
103. *Quietatio generalis ad priùs specificata tantùm, & non ad illa, de quibus actum non fuit, trahenda est.*
104. *Hujus rei exempla adducuntur.* & num. 105. 106.
107. *Verba Quietationum generalia restringuntur ex mente & intentione partium.*
108. *Actor specialiter agens, si generalem fecit liberationem, illa liberatio restringitur ad rem petitam, uti in exemplo.*
109. *Calculorum Examen restringitur ad quantitatem controversam.*
110. *Liberatio generalis facta Tutori, ad species in rationibus non comprehensas, & de novo repertas, non extenditur.*
111. *Extenditur tamen ad accessoria & connexa specierum, quarum nomine liberatio subsecuta est.* & num. 112. 113.
114. *Ex subsecuto longissimi temporis silentio, liberationem generalem omnia comprehendere, nonnulli concludunt.* & num. 115.
116. *Aliquibus in generali remissione reservatis, reliqua non reservata inclusa esse, dicendum est.*
117. *Si petitio sit specialis, liberatio verò generalis, hæc ad omnes alias causas vires suas exerit.*
118. *Per Quietationem generalem non censentur ea remissa, quæ dolo adversarius occultavit.* & num. 121. 123. 124.
119. *Qualibet renunciatio restringitur, ut intellectum recipiat justum.*
120. *Et non extendatur ad captiosum.*
122. *Dolus includitur, si illius specialis fuerit facta mentio.*
125. *Quietatio sive inter vivos, sive in ultima Voluntate facta, dolum non comprehendit.* & num. 127. *Dissentientes.* num. 128.
126. *Sive ille dolus sit præteritus, sive futurus.*
129. *Dolus, in omittendo commissus, per generalem liberationem remissus esse censetur.* & num. 130.
131. *Sicuti etiam dolus præsumptus.*
132. *Nec non iste dolus, de quo antea lis erat exorta.*
133. *Quietatio generalis ignorata, & non cogitata, non complectitur.*
134. *Nec extenditur ad illa; in quibus captio esse potest.*
135. *Venditor, ignorans læsionem ultra dimidium, donans licet illud, quod plus valet res ipso pretio, remedio rescindenda venditionis renunciasse non dicitur.*
136. *Clausula generalis, promitto, me nihil ampliùs petiturum, non extenditur ad ignorata.*

137. *Nec*

137. *Nec remissio generalis, etiam jurata, ad incognita.*
138. *Nisi de re aliqua in verbis istis generalibus cogitari potuit.*
139. *Vel verba generalia sint ita ampla, ut salvâ ratione recti sermonis non possint restringi ad specificata.*
140. *Remittentem omnia Jura, sibi quovis modo competentia, etiam non cogitata, remisisse dicendum est.*
141. *Omnis Quietatio ad ignorata extenditur, si hoc in specie actum sit.*
142. *Apocha, quæ factam esse solutionem residui dicit, totum debitum solutum fuisse monstrat.* & num. 143. 144. 145.
146. *Creditor in Judicio residuum petens, ultra illud postea nihil petere potest.*
147. *Etiamsi Libello inserta fuisset clausula:* salvo errore Calculi.
148. *Exigens simpliciter minorem Summam, nullâ additâ taxativa, in reliquo sibi non præjudicat.* & num. 149.
150. *An Creditor petens Sortem tantum, postea ad Interesse seorsim agere possit? remissivè.*
151. *Creditor taxativè minorem Summam petens, ad residuum agere potest, si errorem doceat.*
152. *Debitor dicens, se solvere Summam, sive quinquaginta tantùm debita, recipienti & silenti Creditori in reliquo non facit præjudicium.*
153. *Nec per hoc, si promittat centum pro residuo.*
154. *Apocha residui, certi debiti mentionem faciens, ad alia, ab isto distincta debita, non extenditur.*
155. *Creditor pro resto proprii debiti Quietationem exponens, debitum ab alio sibi cessum remisisse dici non potest.*
156. *Nisi pars debiti proprii major esset debito cesso.*
157. *Residui promissio veritatem debiti probat.*
158. *Plures Apochæ an pluralitatem solutionum inferant?*
159. *Quietatio duplex ejusdem quantitatis duplicem solutionem probat.*
160. *Creditor, in diversis Scripturis decem se recepisse dicens, de diversis quantitatibus censetur loqui.*
161. *Tot præsumuntur esse Solutiones, quot producuntur Apochæ.*
162. *Pluralitas Scripturarum summam duplicatam fuisse arguit.* & num. 165. in fine.
163. *Temporum diversitas in pluribus Apochis, plures Solutiones docet.*
164. *Etiamsi adsit identitas rei solutæ.*
165. *Et maximè tunc, quando Apochæ mentionem faciunt diversarum Personarum, Loci, aut Temporis.*
166. *In dubio Reo favendum, & duas Solutiones factas fuisse, concludendum est.*
167. *Diversæ Obligationes, diversas Summas promissas fuisse, probant.*

168. *Diver-*

168. *Diversitate cumprimis Temporum, Personarum, & Summarum concurrente.* & num. 169. 170. 172.
171. *Tot debita præsumuntur, quot sunt Scripturæ capita.*
173. *Summam duplicatam fuisse, inspecta qualitas prima & secunda Obligationis ostendit.*
174. *Apocha, diversitatem habentes Personarum, duplicis Solutionis indices sunt.*
175. *Multum tamen hic arbitrio discreti Judicis relinquendum est.*
176. *Casus elegans adducitur.*
177. *Plures Apocha diversæ quantitatis diversitatem Solutionum, & plures Summas fuisse, arguunt.*
178. *Nec, unam Summam alterâ comprehendi, dicendum est.*
179. *Nisi conjectura militet in contrarium.*
180. *Qualis est, si adsunt Confessiones de diversis Summis ex eadem causa, ita ut major comprehendere possit minorem.*
181. *Sed hoc ita, si prima Apocha continet Solutionis partem, altera verò Solutionem totam.*
182. *Extra hunc casum, diversa promissio, etiam ex eadem causa proveniens, diversitatem Summarum infert.*
183. *Posteriorem Apocham, generalis Calculationis mentionem facientem, priores in se comprehendere, verisimile est.*
184. *Pluralitas Quietationum pluralitatem Summarum non probat, quando ex verbis contrarium apparet.*
185. *Clausula, Apochis includi solita, adducitur.*
186. *Diversæ Apocha, diversorum Temporum, distinctarum Personarum, & diversarum Summarum, diversas Solutiones ostendunt.*
187. *Duæ Scripturæ ejusdem dati, & quidem scripto non comprehensæ, unam & eandem quantitatem præsumunt.*
188. *Casus circa hanc materiam proponitur.*
189. *Confessiones ejusdem Summæ & causa extrajudiciales, & non scriptæ, unam & non diversam Summam probant.*
190. *Duæ Confessiones Judiciales, ejusdem causæ & quantitatis, plures Summas inferunt, etiamsi de diversa Summa loquantur.*
191. *Testes Solutionis mentionem facientes, nil aliud probant quàm minorem Summam in majore comprehendi.*
192. *Quantitas una Scripturâ, altera Testibus probata, unam duntaxat Solutionem infert.*
193. *Creditor diversæ Summæ, si fateatur sibi satisfactum esse,* er seye bezahlet / *utrumque debitum solutum esse præsumitur.*
194. *Qualitas Personæ aliquando præsumptionem suggerit, ex pluralitate Apocharum, pluralitatem Solutionum non inferri.*

195. *Quantitas eadem sæpius in Testamento legata, an duplicata sit? remissivè.*
196. *Pecunia soluta, an repertâ postea Apochâ, repeti possit?* & num. 197.
198. *Quilibet Administrator tenetur Debitoribus sui Principalis Apocham super recepta solutione scribere.*
199. *Iisque Apochis plena adhibetur fides.*
200. *Sed an etiam præjudicent Dominis? controversum est.* & num. 201.
202. *Administrator, hanc Apocham scribens, Testis esse potest, sibi verè Pecuniam solutam fuisse.*
203. *Qui & numerationem realem, aliis adminiculis concurrentibus, sufficienter probat.*
204. *Administratoris cùm libera confessio de recepto, Domino obest.*
205. *Idem statuendum est de confessione Administratoris, expressum mandatum de recipiendo habentis.*
206. *Si de numeratione Administratori facta verè constet, Administratoris confessio Domino nocet.*
207. *Solutio conjecturis probari potest.*
208. *Et præsumitur, si Creditor diu distulit petere Sortem cum Usuris.*
209. *Solutio debiti ex temporis lapsu, & intermissâ exactione infertur.*
210. *Non est verisimile, verum Creditorem per 20. Annos siluisse.*
211. *Imò etiam ex cursu 10. Annorum, si Creditor in exigendo erat diligens,*
212. *Cumprimis si Summa Debiti sit magna.*
213. *In fraude esse dicitur ille, qui, vivente Debitore, Debiti Solutionem non urget.*
214. *Ipsoque mortuo, adhuc dum diu silet.*
215. *Malam dicitur fovere causam, qui Debitorem viventem ad Solutionem faciendam non adigit.*
216. *Maximè si Creditor erat indigus, sedulus in exigendis Debitis.*
217. *Ex lapsu longi temporis argui potest Solutio tunc, quando Debitor est locuples, & præterea libenter satisfaciat Creditoribus.*
218. *Ut ex cursu temporis Solutio præcisè inferri possit, 30. Annorum lapsus requiritur.*
219. *Sola taciturnitas longi temporis Crediti vim non enervat.*
220. *Argumentum à tarditate in exigendo desumptum non semper procedit.*
221. *Thesaurarius, Originale Obligationis producens, Creditori satisfecisse creditur.*
222. *Creditor, si Debitori Obligationem reddat, Debitum remisisse censetur.* & num. 223.
224. *An idem dicendum sit, si Instrumentum duos vel plures comprehendat Debitores? distinguitur.*
225. *Si non ipse quidem Creditor, sed tertius Instrumentum Debitori tradat, ex hoc Solutio non probatur.*
226. *Idem concludendum est, si traditio ex alia, quàm Remissionis aut Solutionis causa, subsecuta sit.* & num. 227.

228. *Cau-*

228. *Cautio, apud Debitorem reperta, Solutionem probat.*
229. *Modò Debitor probet, sibi à Creditore traditam fuisse, aliàs secùs.*
230. *Ex Instrumenti possessione plena probatio facta Solutionis non sequitur.*
231. *Administrator per solam Obligationis productionem, omissâ Apochâ, Solutionem à se factam esse, plenè non probat.*
232. *Debitor, si sit integræ famæ, ex Instrumenti possessione haud levem pro se habet conjecturam factæ Solutionis.*
233. *Sed hæc omnia providi Judicis arbitrio, ex concurrentia circumstantiarum, ponderanda & dijudicanda veniunt.*
234. *Creditor, si probet se Chirographum amisisse, vel Debitor erat frequenter in Ædibus Creditoris, vel ipsius Advocatus, aut Procurator, non facilè dicendum est, Debitorem Instrumentum licet possidentem, solvisse.*
235. *Nisi fortè Debitor sit Vir probatæ vitæ, & raræ integritatis.* & num. 236.
237. *Debitor Chirographum habens, & Pactum de non petendo intervenisse allegans, hoc probare debet.*
238. *Chirographum cancellatum aut deletum, apud Debitorem repertum, Solutionem non probat.*
239. *Nisi probet Debitor, taliter sibi à Creditore traditum fuisse.*
240. *Ex restitutione Pignoris, Debiti remissio non præsumitur.*
241. *Debitor, pro facienda Solutione judicialiter conventus, si ex intervallo Chirographum cancellatum producat, non ab ipso Creditore, sed aliunde hoc accepisse, præsumitur.*
242. *Instrumentum, apud Creditorem repertum cancellatum, Debiti Solutionem inducit.*
243. *Et hæc est præsumptio Juris, non hominis.*
244 *Observatâ tamen distinctione hìc allegatâ.*
245. *Si aliam ob causam, fortè inadvertenter, vel ab Infantibus laceratio Cautionis secuta sit, Cancellatio Creditori non præjudicat.*
246. *Cancellatum Instrumentum, apud tertium repertum, quando Solutionis factæ sit index? remissivè.*
247. *Ex Apostillis, & Additionibus, in margine Scripturæ repertis, falsitas arguitur.*
248. *Etiamsi additio eodem Instrumento scripta sit.*
249. *Cumprimis si contineat magnum præjudicium.*
250. *Interlinealis additio, in loco substantiali vel suspecto, reperta, omnem Scripturæ fidem adimit.*
251. *Quænam dicatur additio in loco substantiali?*
252. *Procedunt hæc dicta maximè, quando additio est aliâ manu scripta ab illa, quâ Corpus Scripturæ exaratum est.*
253. *Additio etiam eâdem manu scripta, si sit in loco suspecto, falsitatem arguit.*
254. *Idem de interlineatione dicendum est.*

 255. *Diver-*

255. *Diversitas atramenti reddit additionem suspectam, etiam eàdem manu scriptam.*
256. *Sed hoc arbitrio Judicis relinquitur.*
257. *Apostilla inutilis falsitatis conjecturam removet.*
258. *Si ex praecedentibus & subsequentibus verus Scripturae sensus colligi possit, tunc interlineatio fidem scripturae non adimit.*
259. *Cancellatio, delatio, abrasio an probationis vim Scripturae auferat? remissivè.*
260. *Multae aliae Regulae, ex quibus Instrumenti fides vacillare soleat, remissivè adducuntur.* & num. 261.
262. *In praestatione annua Solutio probatur, si trium cohaerentium Annorum Apochas ostendat Administrator.*
263. *Solutiones tres continuatas probans, praesumitur antea solvisse.*
264. *Nemo praesumitur recipere Solutionem continuatam trium posteriorum Annorum, omissâ exactione Annorum praecedentium.*
265. *Quae Constitutio in omnibus publicis & privatis causis procedit.*
266. *Estque deducta ex praesumptione Juris.*
267. *Et vera, sive agatur de solutione semestrium, trimestrium, sive bimestrium.*
268. *Requiruntur autem tres Solutiones continuae trium cohaerentium Annorum, sine ulla interruptione aut cessatione.*
269. *Solutio uno Anno facta pro tribus, proximè praeteritis, hujus probationis vim non habet.*
270. *Nec habet quoque, si Solutio omnibus tribus Annis integrè non fuerit secuta.*
271. *Imò nec tunc, si trium Annorum Solutio non quidem Apochis, sed Testibus probaretur.*
272. *Vera quoque Solutio requiritur, & non sufficit, Debitorem Pecuniam tribus Annis continuis deposuisse.*
273. *Contra tertium praesumptio, ex solutione trium cohaerentium Annorum deducta, nil operatur.*
274. *Administrator, tribus cohaerentibus Annis Solutionem accipiens, per hoc suo Antecessori, fortè ab officio noviter discedente, in reditibus tempore sui officii maturis, non praejudicat.*
275. *Creditor, si solutionem se non accepisse probet, praesumptionem, ex Apochis trium Annorum fluentem, elidere potest.*
276. *Nil efficit haec conjectura, quando Creditor, trium Annorum Solutionem accipiens, ratione praeteritorum protestatus est.*
277. *Nec operatur aliquid, si Apochae productae carent Anno, Die & Mense.*
278. *Producens tres Apochas trium Annorum juvare se potest hâc Juris Constitutione, etiamsi postea in solutione cesset.*
279. *Et admittitur haec Constitutio in Debitis tam realibus quàm personalibus.* & num. 280.

281. *Amplia-*

REquisitum Rationum sextum est, ut is, qui Librum Rationum exhibet, probet, omnia ejus Capita vera esse, & constare fidem de omnibus, quæ à se gesta sunt, *text. express. in l. qui sub conditione. 111. ff. de condition. & demonstrat.* Johan. Grivell. *Decis. Dolan. 2. num. 6.* Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 23. vers. Præterea.* Horatius Carpanus *ad Statuta Mediolanens. cap. 317. num. 17.* Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 10, num. 58.* Ariminn. Tepatus *in Compend. Decis. tit. 490. cap. 8.* post Caballin. *Milleloqu. Jur. 73.* Matth. Wesenbec. *consil. 243. num. 35.* id est, docere debet, omnia 1. 2.
illa, quæ in rationibus se expendisse scribit, verè esse erogata & expensa, casu, quo à Domino negentur, vel in dubium vocentur, er ist schuldig die Außgaben mit Quittungen oder anderen Beweißthumen zu belegen und zu verificiren / *dict. l. qui sub conditione. 111. ff. de condition. & demonstrat.* Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 6. num. 22.* Johan. Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 147.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 13.*

Ampliatur hæc Regula, Apochâ vel Quitantiâ deficiente, exitus sufficienter probati esse non dicuntur, si rationalis ad Juramentum se offerat, Matth. Wesenbec. *consil. 243. num. 37. cum allegat. ibid.* 3.

Limitatur autem in Expensis modicis, si sint verisimiles, quæ admittendæ sunt, etiamsi sint intricatè scriptæ, Wehner. *in Thesaur. Pract. verb.* 4.

255. *Diversitas atramenti reddit additionem suspectam, etiam eâdem manu scriptam.*
256. *Sed hoc arbitrio Judicis relinquitur.*
257. *Apostilla inutilis falsitatis conjecturam removet.*
258. *Si ex praecedentibus & subsequentibus verus Scripturae sensus colligi possit, tunc interlineatio fidem scripturae non adimit.*
259. *Cancellatio, deletio, abrasio an probationis vim Scripturae auferat? remissivè.*
260. *Multa alia Regulae, ex quibus Instrumenti fides vacillare soleat, remissivè adducuntur.* & num. 261.
262. *In praestatione annua Solutio probatur, si trium cohaerentium Annorum Apochas ostendat Administrator.*
263. *Solutiones tres continuatas probans, praesumitur antea solvisse.*
264. *Nemo praesumitur recipere Solutionem continuatam trium posteriorum Annorum, omissâ exactione Annorum praecedentium.*
265. *Quae Constitutio in omnibus publicis & privatis causis procedit.*
266. *Estque deducta ex praesumptione Juris.*
267. *Et vera, sive agatur de solutione semestrium, trimestrium, sive bimestrium.*
268. *Requiruntur autem tres Solutiones continuae trium cohaerentium Annorum, sine ulla interruptione aut cessatione.*
269. *Solutio uno Anno facta pro tribus, proximè praeteritis, hujus probationis vim non habet.*
270. *Nec habet quoque, si Solutio omnibus tribus Annis integrè non fuerit secuta.*
271. *Imò nec tunc, si trium Annorum Solutio non quidem Apochis, sed Testibus probaretur.*
272. *Vera quoque Solutio requiritur, & non sufficit, Debitorem Pecuniam tribus Annis continuis deposuisse.*
273. *Contra tertium praesumptio, ex solutione trium cohaerentium Annorum deducta, nil operatur.*
274. *Administrator, tribus cohaerentibus Annis Solutionem accipiens, per hoc suo Antecessori, fortè ab officio noviter discedente, in reditibus tempore sui officii maturis, non praejudicat.*
275. *Creditor, si solutionem se non accepisse probet, praesumptionem, ex Apochis trium Annorum fluentem, elidere potest.*
276. *Nil efficit haec conjectura, quando Creditor, trium Annorum Solutionem accipiens, ratione praeteritorum protestatus est.*
277. *Nec operatur aliquid, si Apochae productae carent Anno, Die & Mense.*
278. *Producens tres Apochas trium Annorum juvare se potest hâc Juris Constitutione, etiamsi postea in solutione cesset.*
279. *Et admittitur haec Constitutio in Debitis tam realibus quàm personalibus.* & num. 280.

281. *Amplia-*

Requisitum Rationum sextum est, ut is, qui Librum Rationum exhibet, probet, omnia ejus Capita vera esse, & constare fidem de omnibus, quæ à se gesta sunt, *text. express. in l. qui sub conditione. 111. ff. de condition. & demonstrat.* Johan. Grivell. *Decis. Dolan. 2. num. 6.* Johan. Garsias *de Expens. cap. 20. num. 23. vers. Præterea.* Horatius Carpanus *ad Statuta Mediolanens. cap. 317. num. 17.* Munnoz de Escobar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 58.* Arisimin. Tepatus *in Compend. Decis. tit. 490. cap. 8.* post Caballin. *Milleloqu. Jur. 73.* Matth. Wesenbec. *consil. 243. num. 35.* id est, docere debet, omnia illa, quæ in rationibus se expendisse scribit, verè esse erogata & expensa, casu, quo à Domino negentur, vel in dubium vocentur, er ist schuldig die Außgaben mit Quittungen oder anderen Beweißthumen zu belegen und zu verificiren / *dict. l. qui sub conditione. 111. ff. de condition. & demonstrat.* Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 6. num. 22.* Johan. Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 147.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 13.* 1. 2.

Ampliatur hæc Regula, Apochâ vel Quitantiâ deficiente, exitus sufficienter probati esse non dicuntur, si rationalis ad Juramentum se offerat, Matth. Wesenbec. *consil. 243. num. 37. cum allegat. ibid.* 3.

Limitatur autem in Expensis modicis, si sint verisimiles, quæ admittendæ sunt, etiamsi sint intricatè scriptæ, Wehner. *in Thesaur. Pract. verb.* 4.

5. *verb.* Rechnung. & si res agatur inter Consanguineos, non tam stricta & scrupulosa Specificatio requiritur, Joh. Grivellus *Decis. Dolan. 2. num. 7.*
6. probantur autem ejuscemodi modicæ Impensæ Juramento ejus, qui eas expendit, juxta discreti Judicis arbitrium, qui quidem primus est Solutionem probandi modus, Bald. *volum. 3. consil. 152. num. 1.* Riminald. Jun. *consil. 686. num. 45.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. de Libris Tutor. & Curator. num. 7.* Alexand. Ludovis. *decis. 474. num. 3.* Tiraquell. *de Judic. in rebus exiguis ferendo. num. 7.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 8. num. 4.* Stephan. Nathan. Spormacher. *in Justit. vulnerat. cap. 6. num. 4.* Johan. Petr. Surd. *consil. 29. num. 48.* Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 85. num. 36.* Wesenbec. *dict. consil. 243. num. 37.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 975. num. 58. & 61.* & *conclus. 1256. num. 20.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 8. num. 11.* ubi
7. dicit, communem interpretum theoricam, quâ tradunt, certis casibus Librum Rationum, Juramento Scribentis confirmatum, pro ipso probare, de illis Summis intelligendam esse, de quibus plerumque Instrumentum fieri non solet, secus si Instrumenta desuper confici soleant, tunc enim Juramento Scribentis non credi, adde Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 13. vers. Quamvis ista ampliatio.* Johan. Garsiam *de*
8. *Expens. cap. 20. num. 23. vers. Præterea is qui.* quæ autem dicantur parvæ Expensæ vel magnæ, relinquendum est arbitrio Judicis, Garsias *loco jam citato.* Sigismund. Scaccia *de Judic. Causar. Civil. cap. 11. num. 181.* Balthasar. *ad Jus Bavar. dict. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 13. vers. Quamvis ita.* Carol. Molinæ.
9. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 25.* qui quidem considerabit Personam illius, cujus nomine Pecunia expensa est, num scilicet sit pauper vel dives, an Rusticus, Civis, vel Nobilis, Borgnin. Cavalcan. *de Tutor. num. 233.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. tit. de Libris Tutor. & Curator. num. 9.*

10. Istæ quoque modicæ quantitatis Expensæ debent esse rationabiles, & in Rationum Codice specificè notari, addique, cui, quam ob caussam, & quantum erogatum sit, Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 13. in fine.* Carolus Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 26. & seqq.* Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 57. & seqq.* Paul. Montan. *de Tu-*
11. *tel. cap. 32. regul. 8. num. 6. & 7.* ubi vult, in modicis Summis rejiciendum esse Administratoris Juramentum, si hæ Expensæ non sint rationabiles & verisimiles, fortè quia fieri non debuerunt, & etiam probatæ, non sint admittendæ, vel saltem, si simul unitæ ascendant ad magnam vel notabilem quantitatem, confer. Arismin. Tepat. *in Compend. Decis. tit. 490. cap. 9.* Martam *in Digest. noviss. tom. 1. verb. Rationum redditio. cap. 12.* post Hieron. de Laurentiis *Avenionens. Decis. 52.* utrobique concludunt, multas minu-

minutiores Expensas, si simul junctæ in magnam Summam adcrescant, sine probatione haud esse admittendas.

Limitatur quoque 2. etiam in Expensis magnis, si sequentia concurrunt, & quidem, 1. Si Rationum Liber data & accepta clarè & distinctè complectatur. 2. Contineat causam. 3. Appositionem Temporis, Anni, Mensis & Diei. 4. Persona Rationem reddens sit legalis, & fide digna. 5. Liber contineat verisimilia. 6. Concurrat Scribentis Juramentum. 7. In Rationum Libro accepta & expensa illius duntaxat tradantur, cujus Bona fuerunt administrata sine extraneorum, fortè Administratoris Bonorum commixtione. 8. Concurrat difficultas aliter probandi Expensa, quàm per ipsum Librum rationis: Hæc requisita tradit & probat Mascard. *de Probation. conclus. 975. num. 63. & seqq.* eumque secutus Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. tit. de Libr. Tutor. & Curator. num. 12. & seqq.* ubi *num. 27.* addit, hisce omnibus concurrentibus, Rationum Libris etiam in Summis maximæ quantitatis plenissimam fidem adhiberi, adde Nicol. de Passeribus *dict. lib. 4. tit. de Libr. Tutor. & Curator. num. 1.* ubi præcedentia requisita fusiùs recenset, Cravettam *de Antiquitat. Tempor. part. 1. vers. Quartò limitatur. num. 32. cum seqq.* Stephan. Bertrand, *lib. 1. part. 2. consil. 136. per tot.* ubi contra Administratorem alicujus Hospitalis ex professo consulendo respondit, si prædicta non concurrant, vel major pars illorum, Libro Administratoris standum non esse. Sed de hisce loco sequente fusiùs dicetur. 12. 13.

Secundus Solutionem probandi modus est, si appareat ab Administratore opus aliquod vel impensam factam esse, quam rationalis minutatim declarare difficulter potest. Si enim probatum fuerit, quòd factum sit, inprimis præsumitur ejus sumptibus & pecuniâ factum esse, Carpan. *ad Statuta Mediolanens. cap. 317. num. 19.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 739. num. 39.* Posthius *resolut. 131. num. 4.* 2. Satis erit Administratori, si doceat, quòd in ea bonus Paterfamilias tantùm expendisset, & facienda est æstimatio per operis peritos, ita omnes tenere scribit Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 8. num. 17. & 18.* addo Johan. Garsiam *de Expens. cap. 20. num. 23. vers. Hoc tamen intelligit.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 10. num. 63. vers. Rursus credendum.* Francisc. Nig. Cyriac. *Controvers. Forens. 544. num. 116.* Posthius *resolut. 131. num. 19. & 23.* 14. 15.

Quinimò, si in genere constet, Expensas fuisse factas, licet earum quantitas specificè non est probata, Juramento tamen facientis probari potest, Joh. Cephal. *consil. 589. num. 2.* Marc. Anton. Natta *consil. 102. num. 2.* maximè si cum Juramento aliqua conjectura concurrat, Cephal. *dict. consil. 589. num. 3.* Natta *consil. 102. num. 2.* 16. 17.

Terti-

18. Tertius, si pleraque Expensarum Capita vera esse, probatum fuerit ab Administratore, reliqua quoque vera esse dicendum est, ita omnium primò consuluit Paulus de Castro *volum. 1. consil. 301. incipit Mariotus, Tertiò dicitur.* & *consil. 302. num. 3.* eumque postea sturnatim alii sequuntur, singuli ad Castrensem se referentes, scilicet Cardinal. Paris. *volum. 1. consil. 90. num. 3. & 4.* Hieron. Gabriel. *Commun. Opin. lib. 1. tit. de Præsumption. conclus. 5. num. 1. 2. & 3.* Marcus Anton. Natta *consil. 581. num. 15.* Aymo Cravetta *consil. 158. num. 6. consil. 198. num. 6. consil. 350. num. 15.* & *consil. 969. num. 32.* Joh. Petr. Surd. *consil. 543. num. 4.* & *Decis. Mantuan. 199. num. 3.* Hippolyt. Riminald. Jun. *consil. 132. num. 3.* & *consil. 489. num. 30. & 35.* Francisc. Bursat. *consil. 330. num. 110. & 116.* Marc. Anton. Maceretan. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 19. num. 1.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 63. num. 1. & seqq.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata.* ubi plures adducit *lib. 4. tit. 1. de Libris Ration. num. 46. & seqq.* dicens, hanc opinionem esse magis communem, & in Praxi servandam, Matth. Berlich. *lib. 1. Practicar. Conclus. 36. num. 43.* & *decis. 284. num. 20.* Tiber. Decian. *volum. 3. respons. 48. num. 34.* ita sæpius fuisse judicatum, refert, & sequitur Francisc. Vivius *Neapolitan. Decis. 132. num. ..* & *decis. 445. num. 8.* Mascard. *de Probation. conclus. 362. num. 18.* & *conclus. 976. num. 75.*

19. Ab hac opinione alii, & meo quidem judicio rectissimè secessum fecerunt, inter quos est Philip. Decius, Pupurat. Afflict. Cephal. & Ripa, à Menoch. *dict. præsumpt. 63. num. 5.* citati; quibus addo Joseph. Ludovic. *Decis. Lucan. 42. num. 36. & 37.* Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gloss. 6. num. 24.* Joh. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 13.* Alexand. Trentacinq. *lib. 2. variar. Resolut. tit. de Probation. resolut. 7.*

20. *num. 19. vers. Contra hanc.* Hæc negativa opinio solidâ hâc nititur ratione, quòd adeò simplex & ingenii tam stolidi vix ullus inveniatur Administrator, qui saltem aliquas suarum Rationum partes probationibus confirmare non possit, si exinde sequelam liceat deducere, ergò reliquæ Expensæ in universum omnes veritate nituntur, nescio sanè, an ullus Rationum Codex in partibus sumptuum, quasi facti non essent, in dubi-

21. um vocari possit. Sicut igitur de Positionibus vel Articulis, ab Actore fortè ad respondendum Reo propositis, malè concluditur, aliquibus probatis, reliquos quoque probatos esse, cùm omnes & singuli ad rem facientes deducendi & probandi sint, prout latè docet Rutger. Ruland.

22. *de Commissar. part. 3. lib. 2. cap. 2. num. 23. & seqq.* Ita quoque hîc statuendum est, non satisfacere Quæstorem vel Administratorem suo officio, qui aliquas in Rationum Libro Expensas veras esse docet, nisi etiam de reliquis veritatem faciat.

Leve

Leve quoque est argumentum, quo Castrensis ejusque sequaces utuntur. Est autem tale: Sicut ajunt, Rationum Liber in una parte falsus, in reliquis quoque talis, & suspectus esse creditur, *l. si ex falsis. 42. Cod. de transaction.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 7.* ubi, si Rationes à rectitudine vel veritate deviarent, eò, quòd aliquid doli, fraudis, vel machinationis & falsitatis contineant, præsumi quoque Rationes falsas in aliis parcellis, sequitur Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 19.* Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 57.* Cravetta *consil. 686. num. 15.* Paris. *volum. 1. consil. 9. num. 26. & seqq.* Ita etiam, propter multa Capitula vera & approbata, totus iste Liber Rationum verus vel probatus judicari debet, ut contrariorum contraria existat disciplina, ita, post Castrensem *loco citato,* argumentatur Menoch. *dict. præsumpt. 63. num. 1. 2. 4.* Falsa est enim illatio à contrariorum disciplina deducta, quando in utroque diversa militat ratio, adnotata per Everhard. *in Topic. loc. 19. num. 7. 8. & 9.* Diversitatis autem ratio in nostro casu exinde satis patet, quòd ille, qui in mendacio in Rationum Libro commisso deprehensus hanc pœnam luat, ut in cæteris Articulis ipsi propter falsitatem commissam nulla fides habeatur, ipsi soli, & non aliis noceat. Et tunc dicimus, semel malus in eodem genere delicti semper talis esse præsumitur, quam materiam latissimè examinavit Menoch. *lib. 5. præsumpt. 32. per tot.* & Instrumentum in una parte falsum, in totum tale esse judicatur, idem Menoch. fusè *lib. 5. præsumpt. 22. per tot.* Quæ omnia decipere volenti absque alterius præjudicio, pro reprimenda nequitia hominum, ex rectæ rationis dictamine statuta sunt.

23. 24. 25. 26.

Vice autem versâ, si ex hoc solo fundamento, quòd rationalis de aliquibus Expensis fidem fecerit, in reliquis omnibus verax, fidus & probus sine ulteriori probatione judicaretur, hoc in detrimentum & præjudicium Minoris, vel illius, cui Rationes reddendæ sunt, manifestè tenderet, quod esse non debet, Menoch. *lib. 5. præsumpt. 1. num. 19.* Anton. Gabriel. *Commun. Opin. tit. de Malefic. conclus. 2. num. 11.* utrobique docent, 28. probum & bonum non præsumi hominem (qualis aliàs quilibet censendus est, Menoch. *dict. lib. 5. præsumpt. 1. per tot.*) si hoc vergeret in alterius, id est, tertii præjudicium.

27. 29. 30.

Præterea si in Mercatorum Libris hoc singulare est, quòd, aliâ probatione deficiente, in subsidium saltem semiplenè probent, ita ut proferenti Juramentum demum Suppletorium deferri possit, Gail. *lib. 2. observat. 20. num. 2.* Hartman. Pistor. *Observat. 86.* Joh. Sichard. *in l. 3. num. 39. Cod. de reb. credit.* Hering. *de Fidejussor. cap. 20. §. 1. num. 71.* prout aliquoties judicatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 17. definit. 35.*

31.

32. eaque conclusio tunc primùm, nec aliàs admittitur, quàm si expresso Statuto vel Consuetudine introducta sit, & illud in specie probari possit, Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. tit. de Libris Mercator. num. 46.*
33. Idque propterea 1. Quia in causis Mercatorum non disputatur de apicibus Juris, sed tantùm de æquitate & bona fide, *l. 29. §. quædam. 4. ff. Mandati. l. 1. Cod. si contra jus vel utilitat. publ.* Gail. *dict. observat. 20. num. 5.* Anton.
34. Faber *in Cod. lib. 8. tit. 27. definit. 3. num. 2.* Tum etiam 2. quòd quibusvis Mercium suarum Emptoribus fidem sine Chirographo habere soleant, ut tanto æquius sit, ex adverso quoque plus fidei illorum Libris adscribi, Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 17. definit. 35. num. 4.* & Scaccia *de*
35. *Judic. Causar. Civil. lib. 2. cap. 11. num. 129. & 130.* Ad hoc autem ut iste Liber probet, multa concurrere necesse sit, & quidem 1. ut Scribens sit Mercator, David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 5. tit. 6. artic. 4. num. 13.* ubi dicit, de
36. Jure Communi Scripturam privatam hominis in summa authoritate
37. constituti non probare. Id verò non refert, ut eo tempore, quo probatio fieri debet, actu Mercaturam exerceat, sed sufficit, tempore Scriptionis actu Mercatorem fuisse, Mevius *dict. artic. 4. num. 14.* Mascard. *de Probation. conclus. 976. num. 25.*

38. Requiritur 2. ut Mercator, proferens Libros, sit bonæ famæ, & persona honesta, ac fide digna, Greveus *lib. 2. Practicar. conclus. 20. num. 7.* Franciscus Vivius *Neapolitan. Decis. 445. num. 16.* Roland. à Valle *volum. 3. consil. 92. num. 6.* Surd. *decis. 109. num. 5.* & *consil. 489. num. 19.* Menoch. *consil. 39. num. 14.* pulchrè Nicol. de Passeribus *dict. tit. de Libris Mercator. num. 48.*
39. *49. & 50.* ubi, quòd non debeat aliqua infamiæ publicæ labe esse notatus, & quòd veritatem scribere consueverit, *l. 12. ff. de pignoratit. action. l. 13. §. 1. ff. de usur.* Fulvius Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 63. num. 20.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 17. definit. 35. num. 5.* Vivius *dict. decis. 445. num. 21. vers. Tertiò requiritur.* Roland. à Valle *dict. volum. 3. consil. 92. num. 6.*

40. 3. Quòd causa Debiti sit expressa, Vivius *Decis. Neapolitan. 445. num. 21. vers. Quartò requiritur.* Carpzov. *dict. definit. 35. num. 6.* Roland. à Valle *dict. consil. 92. num. 6.* Nicol. de Passeribus *dict. tit. de Libr. Mercator. num. 60. & seqq.*
41. ubi dicit, non adjectâ causâ, nullam ex hoc Libro induci probationem, ne quidem contra Scribentem.

42. 4. Ut Liber Rationum contineat data & accepta, id est, à quo, & ex qua causa acceperit & expenderit, Nicol. de Passeribus *de Libr. Mercator. num. 88.* Francisc. Bursat. *consil. 283. num. 8.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 140. num. 17.* Fulvius Pacian. *dict. cap. 63. num. 21.* Scaccia *de Judic. Causar. Civil. cap. 11. num. 268. & seq.*

5. Quòd

5. Quòd in Libro appositus sit Annus, Mensis, Dies, aliàs non probaret, Roland. à Valle *dict. consil. 92. num. 14.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 17. definit. 35. num. 7.* Cyriac. *dict. Controvers. Forens. 140. num. 19.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata dict. tit. de Libr. Mercator. num. 76.* 43.

6. Quòd aliquid contra se in eodem Libro scripserit, Francisc. Vivius *decis. 445. num. 16. vers. Quintò ad hoc.* per *l. publia. 26. §. fin. ff. depositi.* Surd. *consil. 443. num. 5.* Roland. à Valle *volum. 3. consil. 92. num. 6.* Cyriac. *Controvers. 140. num. 19.* 44.

7. Quòd tantùm de rebus ad Mercaturam spectantibus scripserit, alia enim, extra hanc materiam annotata, fidem non faciunt, Roland. à Valle *dict. consil. 92. num. 8. & seqq.* Gail. *lib. 2. observat. 20. num. 8.* Mevius *dict. artic. 4. num. 19. & 20.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 17. definit. 37. num. 1. & 2.* Vivius *decis. 445. num. 2.* Riminald. Jun. *consil. 489. num. 36. & 37.* Bursat. *consil. 224. num. 2.* Ideò, si Mercator, puta Pannorum, scriberet in suo Libro Rationum de aliquo deposito, vel mutuo, quod ad ejus artem minimè spectaret, ex tali Libro nulla oriretur probatio, stante etiam Statuto, vel Consuetudine, Libris Mercatorum fidem tribuente, Nicol. de Passeribus *dict. tit. de Libris Mercator. num. 30. & seqq.* plures adducit Greveus *Practicar. conclus. 20. num. 38.* 45. 46.

8. Quòd ex verisimilibus circumstantiis & præsumptionibus possit esse verum, quod scriptum in isto Libro reperitur, habito respectu ad tempus debiti contracti, solutionis factæ, ad personas contrahentes, & ad locum contractus, Roland. à Valle *volum. 3. consil. 92. num. 6.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. tit. de Libris Mercator. num. 70.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 975. num. 82. & 95.* Vivius *decis. 445. num. .. vers. Postremò opus est.* Petrus de Benintend. *decis. 43. num. 12.* Johan. Petr. Surd. *Decis. Mantuan. 199. num. 5.* Fulvius Pacian. *citat. cap. 63. num. 25. & 26.* latè & eleganter Scaccia *de Judic. Causar. Civil. cap. 11. num. 153. & seqq.* Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 2. lib. 5. cap. 13. num. 8. in fin.* Mevius *dict. artic. 4. num. 22.* 47.

9. Necessarium esse dicunt, quòd appareat, Mercatorem tradidisse Merces, licet non probetur earum quantitas & pretium, sed hæc per ejus Librum probari, Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata tit. de Libris Mercator. num. 82.* Mascard. *de Probation. conclus. 976. num. 33.* Cravetta *consil. 369. num. 20.* Surd. *decis. 199. num. 5.* 48.

10. Requirunt, ut iste Mercatoris Liber Rationum non sit scriptus diversâ manu, & atramento, item, ut non sit mendosus, nón cancellatus, aut inductionibus maculatus, Prosper. Farinac. *consil. 18. num. 4.* Cravetta *consil. 38. num. 6.* & *consil. 139. num. 27.* Menoch. *consil. 23. num. 16. & 17.* 49.

Nicol. de Passeribus *dict. tit. de Libris Mercator. num. 84. & tribus seqq. & num. 4.*
50. ubi de falso suspectum esse dicit Librum Rationum, si partitæ, quibus
51. nititur Mercator, sint abrasæ. Et ad evitandam falsi suspicionem, carere debere hunc Librum cancellatione, inductione, ac superinductione, & ut singula Scripta sint recto ordine sine Marginalibus & Apostillis, quæ falsi suspectas faciunt Rationes privatas, docet David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 5. tit. 6. artic. 4. num. 25.* Paul. Christinæ. *volum. 4. Decis. Cur. Belg. 199. num. 13.*

52. 11. Requirunt multi, quòd ipse Mercator Librum propriâ manu conscripserit, Roland. à Valle *dict. consil. 92. num. 6.* Gail. *lib. 2. observat. 20. num. 3.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. 140. num. 19.* Mevius *ad Jus Lubec. lib. 5. tit. 6. artic. 4. num. 23.*

53. Hoc tamen requisitum veriùs alii rejiciunt, Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 17. definit. 31. num. 8. & 9.* Benevenut. Stracha *de Mercatur. part. 2. num. 65.* Prosper. Farinac. *consil. 18. num. 16.* & ita judicatum fuit apud Francisc. Vivium *Neapolitan. Decis. 445. num. 16. vers. Secundò requiritur.*

54. Distinctionis fœdere utramque opinionem conciliare adnititur Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. tit. de Libris Mercator. num. 55. & 56.* ubi videndus.

55. 12. Requiritur ad faciendam probationem, ut descriptus, vel ille, cujus fit mentio in isto Mercatoris Libro, fateatur negotiationem vel emptionem hujus vel illius rei, hoc enim casu circa pretii quantitatem Libro Rationum statur, cum Juramento tamen scribentis, Nicol. de Passeribus *dict. tit. de Libris Mercator. num. 82.* Mascard. *de Probation. conclus. 975. num. 33.* Johan. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 199. num. 5.*

56. 13. Requiritur, ut agatur de Summa modica, in magna enim, etiam stante Statuto, Libro Mercatorum fidem tribuente, sine ulteriori probatione ejusmodi Rationibus standum non esset, Thomas Trivisan.
57. *lib. 1. decis. 16. num. 3.* Sed hoc requisitum ita simpliciter non est sequendum, sed potiùs arbitrio Judicis relinquendum, ut is discernat, an, consideratâ qualitate Mercatoris, quantitate, summâ & aliis circumstantiis ponderatis, Libro sit credendum, Sigismundus Scaccia *de Judic. Causar. Civil. lib. 2. cap. 11. num. 198.* eumque secutus Nicol. de Passeribus *dict. tit. de Libris Mercator. num. 27.* vid. eundem fusiùs *lib. 4. tit. An Liber Mercatoris pro Scribente fidem faciat. num. 14. & seqq.* Mascard. *conclus. 976. num. 16.*

58. Requiritur 14. ut Mercator per superiùs *num. 31.* allegata juret, contenta in Libro esse vera, addo Menoch. *consil. 23. num. 14.* Nicol. de Pas-
59. seribus *tit. de Libris Mercator. num. 89.* Si verò mortuus est Scriptor, mors ejus loco Juramenti est, Ruland. *dict. cap. 13. num. 6.* Mevius *ad Jus Lubec.*

citat.

citat. artic. 4. num. 30. latè Nicol. de Pafferibus *de Scriptura privata lib. 4. tit. de Libr. Ration. num. 15. & seqq.* Nicol. Boer. *decis. 105. num. 6.* Stephan. Gratian. *Decis. Marchic. 84. num. 10. & seqq.* Riminald. Jun. *consil. 6. num. 18. & consil. 665. num. 6.* haud tamen indè prohiberi Judicem, cùm aliquæ causæ suspicionis id suadent, aut pars adversa id petit, hæredibus deferre Juramentum Credulitatis, docet & præjudicio firmat Mevius *dict. artic. 4. num. 31.* 60.

Addo interim, multum hic tribui arbitrio Judicis, nec tam strictè omnibus requisitis jam recensitis est inhærendum, quasi necessariò omnia concurrere debeant, sufficit enim ex nonnullis certò colligi posse, non subesse aliquid fraudis scripturæ, Ruland. *de Commissar. dict. cap. 13. num. 11.* Mevius *citat. artic. 4. num. 28.* Nicol. de Passeribus *dict. tit. de Libris Mercator. num. 10.* 61.

Si, inquam, ad hoc, ut Mercatoris Libro circa Mercaturam conscripto credatur, expressa Magistratûs Constitutio, vel Regionis Consuetudo, & deinde, ut vera scripserit, & scribere consueverit, id est, ut probaverit, multa se, quæ veritate nituntur, exarasse, nominatim & in specie requiratur, hisce verò, imò & aliis ad longum hic deductis requisitis cessantibus, ipsi fides non sit habenda: Quinimò si ex hoc solo fides ipsius non crescat, nec liber integræ probationis incrementum ferat, quòd aliqua in Libro vera esse constet, vel, quòd veritatem scribere solitus sit Mercator, adnotata per Greveum *lib. 2. Practicar. Conclus. 20. num. 1. & 2.* 62. 63.

Ego sanè non video, qua ratione alienarum rerum Administratori, qui tale Statutum pro se nec allegare, sed imò ab omnibus facilè, quibus solvit, Apochas sive Quietantias exigere potuit, ex hoc solo fundamento, quòd in aliquibus membris vera scripserit, in reliquis omnibus credendum sit, si hoc dicendum esset, illi certè melioris essent conditionis, quàm Mercatores ipsi, quod meâ quidem opinione, dictu absurdum, & à jure omninò alienum est. 64.

Nec ad rem facit altera Menochii ratio, desumpta ex doctrina Barthol. Socin. *volum. 3. consil. 82. num. 2.* docentis, si confessio Mariti, de Dote recepta constante Matrimonio, aliqua in parte probatur vera, in totum veram præsumi, quod etiam consulendo secutus fuit Cravetta *consil. 198. num. 6.* Hoc enim ideò fit, quia confessio de integra summa accepta in casu probatæ solutionis alicujus partis ipsi Marito nocet: In Administratore autem, qui talem confessionem à sui Principalis Creditore, proferre non potest, ratio est diversissima; Ille totam Dotem sibi solutam fuisse professus erat, & cùm hujus professionis veritas, probatâ solutione alicujus partis stabiliatur, rectè concludi potest, utroque, & confessione, 65. 66. 67.

 & par-

& partis solutione concurrente, confessionem in universum veram esse. Hic partis tantùm solutionem demonstravit, de reliquis autem fidem nullam fecit, nullo ergò conclusionis medio nititur, & in utroque casu disparem esse rationem, cuivis facilè patet. Non addo nunc, Socini doctrinam in dubium vocari à Ripa, *in l. admonendi. 31. num. 125. ff. de jurejurand.*

68. Multò minus obest Ancharan. *in consil. 436.* ubi vult, præsumi Executorem Testamenti verè erogasse quandam Summam centum Librarum secundùm Testatoris dispositionem, posteaquam apparuit Residuum verè & rectè ab eo erogatum fuisse, citatus à Menoch. *dict. præsumpt.*
69. *63. num. 4.* Residui enim solutio præsupponit solutionem totius, adeò, ut Creditor, decem à suo Debitore pro residuo recipiens, non possit aliquid ultra petere, *l. 2. Cod. de hæred. instituend.* Afin. *de Execution.* §. *7. cap. 84. num. 3.* Hering. *de Fidejussor. cap. 20.* §. *21. num. 33.* Surd. *consil. 52. num. 45.* & plures citati à Mario Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 2. gloss. 33. num. 5.* Si verò Ancharani mens esset alia, & quidem hæc, quòd ex probatione partis solutæ integra summa probata sit, ex dictis manifestè refelleretur.

70. Hanc opinionem negativam, omnium Expensarum probationem ab Administratore requirentem, ego sæpius vidi observari, & credo eam, in summis cumprimis notabilibus & magnis, ubique in Germania tam in publicis quàm privatis Administratoribus usu receptam esse.

Si tamen alicui prior affirmativa arrideat, illam etiam in summis magnis non verificatis veram esse volunt Gabriel. *Commun. Opin. lib. 1. tit. de præsumption. conclus. 5. num. 3.* Mascard. *de Probation. conclus. 976. num. 76.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. tit. de Libr. Ration. num. 50.* ubi *num.*
71. *53.* post Menoch. *allegat. præsumpt. 63. num. 10. & 12.* hanc opinionem multò magis procedere dicit, quando Adversarius negasset unam Libri parcellam contentiosam, & illa deinde ab Administratore fuisset probata, quasi tunc reliqua sine controversia præsumantur vera.

72. In Summis magnis, stante etiam hâc opinione, pro qualitate circumstantiarum multùm arbitrio Judicis tribuendum esse, fatetur Menoch. *dict. præsumpt. 63. num. 100.* Passerib. *de Libr. Ration. num. 52.* Quinimò multi in parcellis alicujus momenti communem sententiam non procedere, affirmarunt, citati à Mascardo *conclus. 976. num. 77.* & hanc quoque Castrensis, primi hujus opinionis inventoris mentem fuisse, mihi sufficienter probant ipsius dicta *in consil. 301. & 302. superius citato*, quicquid etiam contradicat Menoch. *præsumpt. 63. num. 11.*

73. Limitanda præterea est communis opinio, ut non procedat in Capitulis separatis, cùm in hisce nullam Liber mereatur fidem, Mascard. *de*

de Probation. conclus. 976. num. 78. Gabriel *de præsumpt. allegat. conclus. 5. in fin.* Nicol. de Passeribus *de Libr. Ration. num. 54.* Rimnald. Jun. *consil. 132. num. 18. & seqq.*

Quartò solutio Apochis productis probari potest, quæ communiter in tesseram factæ solutionis à Creditore solutionem faciente tradi solent, *l. ult. §. Titius. 2. ff. de condict. indebiti. l. 27. §. Apocha. 2. ff. de furt. l. 19. Cod. de fide Instrumentor. tot. tit. Cod. de apoch. publ. l. 14. Cod. de solution.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 37. num. 1.* &, solutionem factam esse, probant Apochæ, vulgò Quitantiæ dictæ, Quittungen beweisen die Bezahlung / Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 13. resolut. 1. num. 6.* & tollunt obligationem, Berlich. *decis. 73. num. 1.* modò 74 75
Creditoris, Pecuniam recipientis, & non tertii manu scriptæ sint, hoc 76
enim casu nihil probant, nisi constet de expresso mandato, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 767. num. 57.* vel consensu, Carpzov. *lib. 2. Respons. 77
Jur. Electoral. 79. num. 9.* ubi dicit, paria esse, Apocham esse scriptam à tertio de voluntate partium, vel esse scriptam ab ipsis partibus, post Cravett. *in tractat. de Antiquitat. Tempor. rubr. revocare Consilium. verb. Quæritur etiam. num. 77.* 78

Hunc modum Solutionem probandi optimum esse, dicit Carpzov. 79
in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 29. definit. 13. num. 1. quæ Quietantia sive 80
Scriptura post 30. demum dies cum effectu probat, ad hoc, ut exceptio non numeratæ solutionis Debitori ampliùs objici nequeat, *l. in contractibus. 14. §. super cæteris. 2. Cod. de non numerat. pecun.* ubi Sichard. *num. 1.* Balthasar. *dict. tit. 13. resolut. 1. num. 6. vers. Concordat Jus Bavaricum.* & ita quoque de Jure nostro Topico Nassov. constitutum est in der Land-Ordnung / *part. 1. cap. 16. §. 5.* addo Johan. Zanger. *de Exception. part. 3. cap. 14. num. 25.*
adeò ut, tempore 30. dierum prælapso, Creditor hanc exceptionem 81
in tantum amittat, ut omnimodo Cautioni suæ stare cogatur, nec ulteriùs de Pecunia sibi non soluta querelam movere possit, etiam si onus probandi, Pecuniam solutam non esse, in se recipere velit, Matth. Wesenbec. *consil. 42. num. 28. & 29.* Johan. Sichard. *dict. l. 14. num. 5. Cod. de non numerat. pecun.* Zanger. *citat. cap. 14. num. 30. & 31.* communem hanc esse Doctorum sententiam, eamque aliquoties judicando approbatam, testatur Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 29. definit. 19. num. 7. & seqq.* & *lib. 2. Respons. Jur. Electoral. 90. num. 13. & seqq.*

Limitatur autem hæc conclusio in Depositario, rem depositam sibi 82
restitutam, & in Exactore publico Pecuniam Fisci sibi solutam esse, confitentibus, qui hâc exceptione etiam intra 30. dies uti non possunt, de quibus vide Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 3. tit. de Solution. resolut. 20. num. 25. & seqq.*

Si

83. Si ab uno Creditore producit Apocham Administrator, istius, & non alterius Creditoris debitum se solvisse probat, Stephan. Gratian.
84. *Disceptat. Forens. cap. 966. num. 11. & 12.* ubi de Quietatione facta per Sororem uni ex Fratribus de hæreditate Paterna, & quòd non prosit aliis, adeò, ut Apochâ nil remorante, possit semper Soror suam Portionem ab aliis Fratribus petere, confer. Johan. Petr. Surd. *Decis. Mantuan. 209. num. 9.*
85. Et in casu, in quo confessio uni ex Sociis facta prodest Consociis, Apocha alterum non liberat, quando confessio recepti loquitur de parte Socii tantùm, ita Bartol. *in l. ex duobus. §. 23. vers. Vel si poneret. ff. de duo-*
86. *bus reis.* ita, ut etiam sufficeret, si ex conjecturis possit colligi, talem Quietationem fuisse restrictam ad Portionem illius tantùm, cui est facta Quietatio, Johan. Petr. Surd. *consil. 170. num. 9.* post Castrens. Curt. Jun. Ale-
87. xand. & Decium, Gratian. *citat. Disceptat. 966. num. 19.* ratio esse potest, quia semper facienda est interpretatio contra eum, ad cujus commodum facta est Quietatio, & ad favorem ejus, qui liberavit, ut minùs censeatur renunciasse, & liberasse solùm de Summa ad Debitorem spectante, Marcus Anton. Natta *consil. 546. num. 15.* Johan. Cephal. *lib. 4.*
88. *consil. 605. num. 5.* Gratian. *dict. Disceptat. 966. num. 28.* nisi Quietatio facta esset de omni & toto, quod esset debitum, tunc enim si fiat uni, prodest quoque alteri Correo, in solidum obligato, Johan. Petr. Surd. *consil. 170. num. 24. 26. & 30.* & de materia acceptationis factæ uni ex Correis debendi, idemque de confessione uni Correo facta, vide Matth. de Afflict. *decis. 319. num. 13.* & latiùs Ursill. *in Notis num. 8. & seqq.*

89. Planè, si quis super solutione sibi factâ Apocham sive Quittantiam Debitori suo dedit, in eaque simul de Pecunia tertio soluta testatus est, v. gr. **Ich** Titius **bekenne von meinem Schuldmann** 50. **Rthlr. empfangen zu haben / neben dem oder ingleichen hat damals** Mævius **auch** 20. **Rthlr. bezahlet überkommen**; Scribens ex hac Apocha adeò non obligatur, ut ex hac confessione vel à Mævio, vel etiam à Debitore solvente, & de quo Quietantia dicit, quòd Mævio quoque viginti solverit, conveniri possit, ita in terminis & cum præjudiciis Benedict. Carpzov. *part. 1. decis. 13. per tot.*

90. Illud dicendum est, Confessionem sive Quietantiam generalem, quâ Creditor asserit, sibi esse plenè & integrè satisfactum ab Administratore, liberare Debitorem ab omnibus illis, quibus obligatus erat Creditori, ac proinde, si Principalis fortè in multis Summis tenebatur, omnes hasce ab Administratore ejusmodi, generalem Apocham producente, solutas fuisse credendum est, *l. si ex pluribus. 16. ff. de acceptilat.* post Bartol. Bald. & Salicet. Marcus Anton. Natta *consil. 546. num. 2. & seqq.* ubi

ubi ex Bald. monet, Creditores, ne utantur verbis generalibus, &, effuso nimis sermone, incidant in promtum periculum, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1252. num. 1.* ubi dicit, generalem Quietationem sui naturâ ad omnia trahi, & ideò illius virtute omnia remissa præsumi, quæ inter contrahentes in controversiam venire possunt, Arismin. Tepatus *in Compend. Decis. tit. 489. cap. 10.* Cacheran. *decis. 58. num. 10.* 91 92

Quæ quidem adeò vera sunt, ut sub illa generali Quietatione veniant omnia illa, quæ in genere cogitata fuerunt, Valascus *consultat. 39. num. 7. 8. & 9.* ubi in dubio, quando fit Quietatio generalis, præsumi dicit scientiam in renunciante in genere, adeò, ut contrarium asserens, ignorantiam probare teneatur. Hinc docet Henning. Göden. *consil. 61. num. 13.* Quietantias & Liberationes generales parare generalem liberationem omnium, quæ sub gestione negotiorum gestorum potuerunt comprehendi, & gesta sunt, etiamsi tempore liberationis fuerint incognita, & non cogitata, confer idem volentem Johan. Jacob. Speidel. *in Specul. Jurid. verb.* Quittung. Johan. Vincent. Honded. *volum. 1. consultat. 49. num. 29. 30. & seqq.* ubi latè hanc materiam deducit, atque hæc procedere dicit, etiam si de illis, quibus in genere renunciatum est, sit tantùm litis timor, post Cacheran. *decis. 91. num. 23.* 93 94 95 96

Amplia hæc multò magis procedere, quando Quietatio vel Renunciatio generalis est Juramento firmata, quæ tunc etiam legitimam comprehendit, qua de materia vide Mascard. *de Probation. conclus. 1252. num. 2. & 3. cum. citat. ibid.* &, an Legitimæ vel Juri petendi supplementum Legitimæ, per generalem hæreditatis renunciationem, renunciatum sit? vide amplè Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 1. tit. de Legitima, resolut. 4. num. 1. & novem seqq.* Paul. Christinæ. *volum. 2. Decis. Cur. Belg. 94. num. 7.* 97 98

Amplia secundò, & tunc quoque Regulam nostram fortiùs obtinere, quando petitio & prosecutio fuit generalis, & liberatio pariter generalis, hoc sanè casu præsumitur, quòd liberatio comprehendat omnia. Exempli gratiâ, si Pupillus, finitâ Tutelæ Administratione, petiit à Tutore, reddi sibi Rationem Administrationis à se gestæ & administratæ, & restitui sibi ea; quæ ex suo Patrimonio sunt apud ipsum Tutorem, si deinde transigatur inter ipsum Pupillum & Tutorem, liberaturque Tutor verbis generalibus, præsumitur etiam liberatus à restitutione alicujus rei Pupillaris, quæ deinde reperitur apud ipsum Tutorem, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 151. num. 2.* Marc. Anton. Natta *consil. 102. num. 5. & 6.* Alvar. Valascus *consultat. 39. num. 6.* ubi quoque adducit exemplum Actionis Negotiorum gestorum, vel Actionis pro Socio, & docet, omnibus istis 99 100

casibus generalem liberationem adeò in omnibus præjudicare, ut etiam trahatur ad ignorata, & incognita, per *text. in l. sub prætextu. 19. Cod. de transaction.* adde Mascard. *de Probation. conclus. 1252. num. 30.*

101. Cùm igitur istæ Quietationes generales adeò sint periculosæ, nemo compelli potest, ut, in exponendis ejusmodi renunciationibus generalibus, se in præsens periculum præcipitet, Escobar. *de Ratiocin. cap. 40.*
102. *num. 11:* sed, nec facilè ab Administratoribus eas petendas esse, putat Tessaur. *decis. 74. num. 1.*

103. Conclusio autem nostra, quâ asserimus, Quietationem generalem omnia comprehendere, non nimis crassè intelligenda, sed ita temperanda est, ut ista generalis Liberatio sive Apocha ad priùs specificata duntaxat, & non ad alia, de quibus fortè actum haud fuit, extendatur, *l. si majores. 25.* & *l. si de certa. 31.* ibi Bartol. & Dd. *Cod. de transact. l. 134. §. 1. de verbor. obligat.* & *l. emptor. 47. §. Lucius. 1. ff. de pactis. l. ex pluribus. 89. ff. de solution.* Fichard. *volum. 2. consil. 148. num. 20.* eleganter Natta *dict. consil. 546.*
104. *num. 10. & 11.* ubi, si habeam Debitorem in decem ex causa Mutui, & ex alia causa in viginti obligatum, fecique Pactum de non petendo ista decem, & generaliter de omni & toto eo, quod petere possem usque in præsentem diem, Pactum istud ad decem tantùm, ad aliam autem Sum-
105. mam non extenditur: Et si Creditor fassus fuerit, Debitum sibi totaliter esse solutum, er seye gar bezahlt / ex Tenore autem Instrumenti appareat, Debitum fuisse divisum in certas Summas ac Portiones, ac super harum una vel altera Scripturam Quietationis fuisse confectam, tum confessio Creditoris ad illam tantummodò Summam erit restringenda, ita judicatum fuit apud Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 29. definit. 13. num. 6. & seqq.*

106. Unde si Socius fecit plenam liberationem de omni debito, occasione Societatis, quamvis subjungatur, & quacunque occasione & titulo, tamen intelligitur ratione Societatis, cujus contemplatione facta est
107. Quietatio, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 292. num. 15.* ratio est, quia verba Quietationum, & si sint generalia, restringi tamen debent, & limitari ex mente & intentione Partium, *l. emptor. 47. §. Lucius. 1. ff. de pactis.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 24.* Mascard. *de Probation. conclus. 23. num. 42.* Gratian. *Disceptat. Forens. 737. num. 14. & 15.*

108. Ita quoque, si Administrator ab Actore, contra suum Principalem specialiter agentem, generaliter fuerit liberatus, Apocha illa generalis restringenda est ad rem petitam; In exemplo, debebat quidam mihi ex diversis causis, utputa ex causa Mutui centum, ex causa Depositi ducenta, & ex causa Legati trecenta, egi ex causa Mutui, petendo illa centum.

impe-

impetratâ deinde Solutione, liberavi Debitorem verbis amplissimis & generalibus, & promisi nihil amplius ab ipso petere, non potest inferri, me ipsum ab his, quæ ex causa Legati & Depositi debebat, liberasse, Menoch. *dict. præsumpt. 151. num. 8. & tribus seqq.* Natta *consil. 113. num. 1. & 2.* Hieron. Gabriel. *Commun. Opin. lib. 6. tit. de Regul. Jur. conclus. 4. num. 22.* Alvar. Valascus *consultat. 39. num. 2. 3. & 4.*

Ampliatur hæc Limitatio, ut idem dicendum sit in Calculis con- 109.
fectis, quia restringuntur ad quantitates illas, de quibus erat contentio, Gabriel. *dict. tit. de Regul. Jur. conclus. 4. num. 24.* Menoch. *dict. præsumpt. 151.*
num. 11. Hinc dicit Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 21.* licet liberatio data 110.
Administratori vel Tutori loquatur per verba generalia, id est, de omnibus acceptis & datis, adhuc solùm extendendam esse ad illam duntaxat Administrationem, de qua actum fuit inter partes, idque ideò, quòd Quietatio quantumcunque generalis non porrigatur ad species, in Rationibus non comprehensas, vel de novo repertas, & de quibus specialiter non est actum.

Declaratur tamen hæc Limitatio, sive sublimitatur 1. ut vera non 111.
sit quoad illius rei specialis accessoria, qualia sunt fructus, pœnæ, & similia, nam & hæc præsumuntur esse comprehensa in ipsa liberatione generali, Gabriel. *de Regul. Jur. dict. conclus. 4. num. 38.* ubi communem dicit, post Bartol. Jason. Salicet. & alios, Menoch. *dict. præsumpt. 151. num. 12.*

Declaratur 2. ut locum non habeat, quoad appenditia rei, pro qua 112.
facta fuit liberatio, item quoad connexa, quæ omnia in liberatione comprehensa fuisse præsumuntur, Gabriel. *dict. conclus. 4. num. 37. & 39.*
Menoch. *dict. præsumpt. 151. num. 13. & 14.* quo casu, etiamsi petitio sit spe- 113.
cialis, Transactio seu Quietatio præjudicat in re illa, & non extenditur ad alias res, extendenda tamen est ad dependentia à re petita, & annexa illius rei, de qua transactum fuit, *l. si cum. 4. Cod. de Judic.* Alvarus Valascus *consultat. 39. num. 5.*

Declaratur 3. si factâ liberatione post multum temporis Creditor 114.
nihil amplius pro aliis Causis & Administrationibus petiit à Debitore, tunc observantia hæc efficit, ut præsumatur, in generali illâ liberatione comprehensa fuisse omnia, Matth. de Afflict. *decis. 319. num. 5.* Menoch.
dict. præsumpt. 151. num. 15. Ego tamen huic limitationi, in casu, ubi cla- 115.
rum esse posset, quid liberans sensisset, & ad quæ suam liberationem interponere voluerit, nimium tribuendum non esse putarem.

Declaratur 4. ut locum non habeat, quando in generali ipsa libe- 116.
ratione Creditor sibi reservavit aliqua ex his, quæ non erant petita, tunc enim reliqua, non reservata, nec excepta comprehensa præsumuntur,

Matth. de Afflict. *decis. 309. num. 15. vers. Alia conjectura est.* Natta *consil. 113. num. 4.* Menoch. *citat. præsumpt. 151. num. 16.*

117. Declaratur 5. si petitio & prosecutio fuisset specialis, transactio verò & liberatio verbis universalibus & amplissimis, quæ salvâ ratione recti sermonis restringi non possunt ad illam, de qua erat controversia. Verbi gratiâ, petebam à te decem causâ mutui, & deinde tecum pactus sum, teque liberavi ac promisi, nihil amplius à te ex hac, & alia quacunque causâ petere. Hoc sanè casu liberatio hæc se non restringit ad solam illam causam mutui, sed etiam omnem aliam comprehendit, Petr. Paul. Paris. *volum. 1. consil. 20. num. 34.* Anton. Gabriel *Commun. Opin. lib. 6. tit. de Regul. Jur. conclus. 4. num. 22.* Natta *consil. 113. num. 1.* Valascus *consultat. 39. num. 3. vers. Verùm istam.* & post plures citatos, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 151. num. 17. & 18.*

118. Limitatio Secunda. Per generalem liberationem non censentur ea remissa, quæ dolo Adversarius occultavit. Exempli causâ, divisimus hæreditatem, super qua erant inter nos multæ controversiæ, deinde generaliter transegimus causam, & ego Apocham de omnibus acceptis cum generali renunciatione reliquorum interposui, postea repertum est, te per dolum aliquot res hæreditarias occultasse, certè transactio ad res occultatas non porrigitur, *l. tres fratres. 35. ff. de pact. l. 20. §. 1. ff. de liberat. legat.* Natta *consil. 113. num. 2. & 5.* Menoch. *citat. præsumpt. 151. num. 3. 4. & 5.* Prosper Farinac. qui plures allegat *in Fragment. Criminal. verb. dolus. num. 152. & 156. vers. Et ex prima.* Didac. Covarruv. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 4. num. 1. & seqq.* & *cap. 14. num. 4. vers. Secundum etiam.* Cacheran. *decis. 51. num. 35.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 69. num. 18. & 19.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 9.* ita omnes docere, testatur Valascus *consultat. 39. num. 12.* quælibet
119. enim generalis, plena, & geminata Quietatio restringitur, ut civilem & justum recipiat intellectum, Mascard. *de Probation. conclus. 1252. num. 9. & 10.*
120. ubi dicit, nullam generalem Quietationem esse extendendam ad ea, de quibus captio esse potest, post Alexand. *volum. 6. consil. 48. num. 12.* addo
121. Tiber. Decian. *volum. 2. respons. 39. num. 69.* ubi in generali renunciatione semper, inquit, intelligitur exceptus dolus, per *l. Creditor. 60. §. Lucius. 4. ff.*
122. *mandati.* nisi expressè & specificè etiam omni dolo renunciatum fuerit, adde Paris. *volum. 4. consil. 49. num. 45.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 7.* ubi
123. concludit, liberationem, Administratori de redditis Rationibus datam, non valere, si dolo fuerit impetrata, Anton. Tessaur. *decis. 74. num. 7.* ubi
124. ait, Quietationem generalem super Administratione, à Pupillo etiam cum Decreto Judicis factam, non tollere Revisionem Rationis, & reliqua dolosè retenta.

Vera

Verà adhuc est hæc limitatio, sive Quietatio generalis fiat inter vivos, sive in ultima voluntate, Paris. *volum. 1. consil. 90. num. 4.* communem dicit Mascard. *dict. conclus. 1252. num. 11.* & procedere sine difficultate, per *l. 20. §. 1. ff. de liberatione legata.* Farinac. *dict. verb. dolus. num. 153. & 154.* sive dolus futurus sit, sive præteritus, Mascard. *dict. conclus. 1252. num. 12. & seqq.* ubi inter alia multis probat, per generalem Quietationem de Administratione non censeri remissum dolum. 125. 126. 127.

Dissentiunt multi, qui volunt, in Remissione, Quietatione, seu Liberatione generali, factâ per viam contractus, & inter vivos, includi etiam dolum præteritum, allegati à Farinac. *dict. verb. dolus. num. 155.* inter quos vexillum ducit Cels. Bargal. *de Dolo lib. 6. regul. 6. num. 6. & seqq.* vide etiam Joh. Cephal. *consil. 36. num. 21. & seqq.* & omninò Farinac. qui aliam suggerit distinctionem, *dict. verb. dolus. num. 157.* 128.

Declaratur autem limitatio, ut vera sit in dolo, qui consistit in faciendo, secùs si in omittendo, veluti si Bona dolosè detineret quis, per generalem Quietationem, uti paulò antè dictum est, non censetur dolus ille remissus. At si negotiorum gestor quædam dolo omisit, propter quæ damnum passus est ille, cujus Bona administrata sunt, tunc per generalem istam Liberationem dolus iste remissus præsumitur, post Bartol. Socin. Castrens. & Gabriel. Mascard. *dict. conclus. 1252. num. 18.* & quod vulgò dicitur, dolum nunquam remissum præsumi, locum quidem habet in dolo vero, secùs in dolo præsumpto, qui non solùm remitti potest, sed etiam per generalem Quietationem remissus esse præsumitur, exemplum esse potest in Tutore, qui est in dolo præsumpto, non faciendo Inventarium, & non elocando Pecuniam vel in Usuras, vel in Emtionem Prædiorum, generaliter tamen liberatus, etiam ab hoc dolo, in omittendo consistente, liberatus esse censebitur, Farinac. *in Fragment. Criminal. dict. verb. dolus. num. 156. vers. Et in generali.* 129. 130. 131.

Certè si lis esset super dolo, in generali Quietatione illum remissum esse, non negarem, juxta Farinac. *dict. verb. dolus. num. 156. ante vers. Et in generali.* 132.

Limitatio Tertia: Conclusio non procedit in ignoratis, & non cogitatis, nam ea non præsumuntur, per Quietationem generalem remissa, *l. cùm Aquiliana. 5. ff. de transaction. l. cùm quid. 3. ff. de rebus creditis. l. Mater decedens. 19. ff. de inoffic. testamento.* Mascard. *de Probation. conclus. 1252. num. 21.* Valascus *consultat. 39. num. 8.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 834. num. 20.* Johan. Petr. Surd. *consil. 150. num. 44. & seqq.* Hercules Marescott. *variar. Resolut. lib. 1. cap. 41. num. 86. & 87.* Francisc. Vivius *Neapolitan. Decis. 316. num. 9.* Menoch. *consil. 335. num. 12.* Hieron. Schurff. *centur. 2. consil. 9. num. 14. vers.* 133.

134. *Praterea.* Tessaur. *decis. 74. num. 7.* ubi dicit, ex mente Senatus Pedemontani, Quietationem generalem porrigi, tantùm ad cogitata in genere, & non ad incognita, & de quibus captio esse potest, post Thom. Grammatic. *decis. 103. num. 54.* Blasius Michalorius *in tractat. de Fratribus part. 3. cap. 41. num. 33.*

135. Ex hac Limitatione infertur 1. quòd si Venditor alicujus rei in ipso Venditionis Contractu promiserit, se donare illud, quod plus valet res ipso pretio, quo empta est, si ignoraverit, Venditor, se læsum esse ultra dimidium, non renunciasse per hoc Venditorem remedio rescindendæ venditionis, Mascard. *dict. conclus. 1252. num. 22.* ubi *num. seqq.* ex Fran-

136. cisc. Curt. *in l. si de certa. 31. Cod. de transaction. num. 16.* addit, quòd clausula generalis, promitto, me nihil amplius petiturum, non extendatur ad debita ignorata.

137. Extenditur hæc Quarta Limitatio, ut vera sit, etiamsi Quietatio esset Juramento firmata, post Jason. Socin. & Paris. Mascard. *dict. conclus. 1252. num. 28. & 29.* addo Gratian. *Disceptat. Forens. 835. num. 21.* Menoch. *consil. 37. num. 79.* Cravett. *consil. 257. num. 2.* Marc. Ant. Natta *consil. 363. num. 4.* Pedrocham *consil. 26. num. 11. & 12.*

138. Non est autem admittenda hæc Limitatio Quarta: Primò si de re aliqua etiam in verbis generalibus cogitare potuit, Quietationem relinquens, veluti si hæreditati, & petitioni generali quis renunciaverit, per ea, *quæ diximus suprà in Ampliatione 2.* confer. Mascard. *dict. conclus. 1252. num. 30.*

139. Non est admittenda 2. si verba generalia sint ita ampla, ut salvâ ratione recti sermonis non possint restringi ad specificata, tunc enim generaliter secundùm naturam suam operantur, *l. pluribus. 6. ff. de acceptilation.* Mascard. *dict. conclus. 1252. num. 31.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 24.* ubi hanc sententiam communiter receptam esse dicit latè Johan. Petr. Surd. *decis. 217. num. 14.* adde *suprà Declarationem Quintam cum ibi citatis,* igi-

140. tur, si quis remisit omnia, & quæcunque Jura, sibi quovis modo, & Jure competentia, etiam non cogitata comprehenduntur, Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 128. num. 47. & seqq.*

141. Non est admittenda 3. si hoc in specie actum fuit inter Contrahentes, ut Quietatio etiam ad ignorata trahatur, Ludov. Roman. *consil. 403. num. 13.* Cravetta *consil. 227. num. 14.* & *consil. 531. num. 2.* Natta *consil. 102. num. 1. consil. 113. num. 1. & seqq. consil. 145. num. 9. consil. 397. num. 3.* & *consil. 410. num. 8. 9. & 10.* Menoch. *consil. 289. num. 8. consil. 335. num. 41. consil. 401. num. 120. & 121. consil. 496. num. 60. consil. 561. num. 27. & 28. consil. 1007. num. 21.* & *consil. 1126. num. 44.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 1. consultat. 49. num. 30. 31. & 32.*

Surd.

Surd. *consil. 268. num. 7. & 12.* & *consil. 418. num. 6.* item *Decis. Mantuan. 176. num. 1.* & *decis. 217. num. 11.* Cyriac. *Controvers. Forens. 128. num. 52. 53. & 54.* Mascard. *dict. conclus. 1252. num. 32.*

Apocha, sive Quietatio acceptæ partis, partem quoque, & non totum debitum solutum fuisse probat, Johan. Petr. Surd. *consil. 170. num. 7.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. cap. 966. num. 17.* Carol. Ruin. *lib. 5. consil. 41. num. 6.* & Creditor recipiens aliquam partem debiti, licet faciat Apocham ipsi Debitori, intelligitur illam partem recepisse ad bonam Rationem; auf Rechnung / & non censetur aliam partem remisisse, *l. centum Capua. 8. in fin. ff. de eo, quod certo loco. l. si quidem. 24. Cod. de transaction.* Carol. de Grassis *except. 25. num. 11.* 142. 143.

Si verò Administrator, prioribus Apochis casu aut infortunio amissis, ultimam, in eaque Creditoris confessionem, asserentis, sibi illud, quod de debito supererat, vel residuum, vel Summam restantem solutam esse, produceret, totam quoque sortem solutam fuisse dicendum est, adeò, ut Creditor non possit amplius petere, etiamsi ipsi plus debeatur, *l. ex pluribus. 89. & ibi gloss. verb. reliquum. ff. de solution.* Marcus Anton. Natta *consil. 102. num. 6.* Carol. de Grassis *except. 25. num. 11.* Borgnin. Cavalcan. *part. 1. decis. 21. num. 86.* & alii suprà citati; addo latè Escobar. *de Ratiocin. cap. 37. num. 3.* ita judicatum fuit per Senat. Rot. Genuens. *decis. 26. num. 20.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 3. num. 2.* ubi, si solutio fuerit facta pro residuo Dotis, die Bezahlung sey geschehen vor den übergebliebenen Rest / nihil amplius peti posse dicit, etiamsi plus debitum fuerit, idem Gratianus *Disceptat. 486. num. 34. & 35.* 144. 145.

Amplia hanc Regulam, ut vera sit, etiam respectu Creditoris, in Judicio partem debiti pro residuo petentis, vel in Libello, aut receptione Pecuniæ taxativam aliquam opponentis, ut si diceret, peto Reum condemnari in 100. vel recepi centum mihi tantùm debita, quo casu ita sibi præjudicat, ut nil possit amplius petere, quamvis plus sibi deberetur, Johan. Baptist. Asin. *de Execution. §. 7. cap. 84. num. 2. & 3.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 3. num. 3.* & *Disceptat. 531. num. 1.* Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 2. gloss. 3. num 6.* ita servari in Curia Gratianopolitan. testatur, Guido Papæ *decis. 177. num. 2.* etiamsi Libello Actionis Clausula, *Salvo errore Calculi*, fuerit inserta, Giurba *dict. gloss. 3. num. 7.* Licet aliud sit in Creditore, quinquaginta sine ulla taxativa simpliciter tantùm exigente, cùm Debitor in centum esset obnoxius, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 982. num. 21.* Giurba *dict. gloss. 3. num. 6.* Gratian. *citat. Disceptat. 3. num. 3.* Papæ *decis. 177. num. 1.* ubi judicando fuit conclusum, si Actor petat minorem Summam, & ad illam Reus fuit condemnatus, vel sine condemna- 146. 147. 148. 149.

condemnatione solvit, quòd talis Actor nihilòminus possit residuum petere.

150. An Creditor sortem in Judicio petens, deinde etiam ad interesse possit agere? vide Asinium *de Execution. §. 7. cap. 98. per tot.* Riminald. Jun. *consil. 67. num. 26. & seqq.* Florez. Diez. de Mena *in Notis ad Gamma Decis. 191.* Mascard. *de Probation. conclus. 982. num. 14.*

151. Limitatur quoque Conclusio 2. si error à Creditore taxativè loquente doceri possit, *l. 1. Cod. de errore calculi.* Joh. Baptist. Asin. *de Execution. §. 7. cap. 84. in fine.* Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 2. gloss. 3. num. 10. & 11.* ubi dicit, contrarium posse probare eum, qui confessus fuit, pro residuo se accepisse, errorem ostendendo.

152. Limitatur 3. in solvente, qui, si dicat, solvere se quinquaginta tantùm debita, & Creditor tacitè recipiat, reliquum nihilòminus poterit petere, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 3. num. 4.* Mascard. *de Probation. conclus. 982. num. 18.* Alexand. *volum. 6. consil. 141. num. 4.* Asinius *dict. §. 7. cap.*
153. *83. per tot.* quod etiam verum est, si Debitor promisit pro residuo, tunc enim non solùm non probatur, neque præsumitur solutio reliqui, seu liberatio à reliquo, ut potiùs contrarium, id est, Obligatio totius debiti probata esse dicatur, Mascard. *conclus. 982. num. 20.* Giurba *dict. gloss. 3. num. 19.*

154. Limitatur 4. si cautio de residuo certi debiti, fortè mutuatæ Pecuniæ loquatur, hæc cautio ad Pecuniam ex aliis causis, quàm ex mutuo debitam extendenda non erit, Marius Giurba *ad Consuetud. Messan. cap. 2. gloss. 3. num. 12.*

155. Limitatur 5. in Creditore, qui duplicem gerens Personam propriam, & cessionariam, si confiteatur pro resto se habuisse, à proprii debiti petitione excluditur tantùm, non autem à cessi, Giurba *ad Consuetud.*
156. *Messan. dict. gloss. 3. num. 16. & 17.* nisi pars tunc soluta proprio credito esset major, præcipuè cùm debitor cessus ignoret cessionem, Giurba *dicto loco num. 18.* argum. *l. 3. Cod. de novation.*

157. Ad materiam addo, residui commemorationem etiam totum admittere, cujus adhuc nulla pars est soluta, Hering. *de Fidejussor. cap. 20. §. 21. num. 36.* & residui promissione debiti veritatem probari in aliis partibus, Giurba *dict. gloss. 3. num. 19.* Mascard. *de Probation. conclus. 982. num. 20.*

158. Hoc aliquoties in quæstionem venisse, recordor, an præsumendum sit, Quæstorem duplices, vel plures Apochas producentem, plures fecisse solutiones? Et lis etiamnum pendet super eadem quæstione in certa quadam causa, ingentem Summam concernente, ut igitur hic ordine procedamus.

Con-

Conclusio sit 1. Apocha si duplex ejusdem quantitatis producatur, duplex quoque solutio facta esse censetur, argum. *l. 72. ff. de evictiõn.* Cæsar Ursillis *in Notis ad Afflict. decis. 198. num. 2.* quando enim Creditor in diversis Scripturis confitetur, se decem recepisse, intelligitur de diversis quantitatibus, Paul. Christinæ. *volum. 5. Decis. Cur. Belg. 57. num. 29.* quia tot Solutiones factæ esse præsumuntur, quot adsunt Scripturæ, Johan. Petr. Surd. *consil. 80. num. 10.* & pluralitas Scripturarum Summam duplicatam fuisse arguit, Alexand. *volum. 1. consil. 4. num. 3. & 4.* Joh. Petr. Surd. *consil. 80. num 11.* Mascard. *de Probation. conclus. 1249. num. 24.* Jason. *volum. 3. consil. 87. num. 5.* ubi dicit, duas Quietationes de 50. diversis temporibus factas, aut etiam eodem tempore, significare duas diversas Summas, non unam, Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 25.* Mascard. *de Probation. conclus. 1230. num. 32. & 33.* ubi dicit, ex temporum diversitate etiam Obligationum diversitatem præsumi, etiamsi sit identitas rei, quod tunc maximè verum est, si diversitatem habeant Personarum, quibus, aut à quibus Solutio facta sit, sive loci, aut temporis, adeò, ut ad onus pertineat Creditoris, Solutionem, non obstante alterâ Quietantiâ, urgentis, liquidò probare, rem aliter se habere, modò conjecturæ absint, suadentes, priorem Apocham spe tantùm futuræ Numerationis factam esse, Anton. Faber *in Cod. lib. 4. tit. 14. definit. 70. per tot.* & quòd ex diversitate Scripturarum diversa Quantitas intelligatur legata, judicatum fuit apud Ursillis *in Notis ad Afflict. decis. 198. num. 3.* 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165.

Hinc & in dubio Reo est favendum, ut duæ Solutiones factæ esse præsumantur, Bald. *in l. ne causa. 2. Cod. de discussor. num. 2.* Franciscus Marcus *part. 1. quæst. 438. num. 5.* Nevizan. *consil. 96. num. 12. in fin.* Ludov. Roman. *singular. Jur. 553.* Jason. *in l. planè. 34. §. si eadem. 1. num. 17. ff. de legat. 1.* Menoch. *consil. 1207. num. 5.* Mascard. *dict. conclus. 1249. num. 39.* quicquid etiam dubitet Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 213. num. 42.* 166.

Ampliatur hæc Conclusio, ut etiam vera sit in diversis Obligationibus constitutis, quibus duas Summas promissas esse, Regula Juris est, *l. si is, qui ducenta. 12. in princ. & ibi gloss. ff. de reb. dub.* diversitate cumprimis Temporum, Personarum, & Summarum concurrente, latè & eleganter Cravetta *consil. 282. num. 1. & 2.* Alexand. *volum. 1. consil. 4. num. 3.* ubi, si in una Scriptura seu Instrumento vel Dispositione, facta est mentio de certa Summa, & in alia Scriptura vel Dispositione, etiam inter easdem Personas, facta sit mentio de alia Summa, vel si dicantur esse duæ Summæ unius quantitatis, sed diversorum temporum, præsumitur, inquit, secundam diversam esse à prima, & Summam dupliciter datam, licet de utraque confessio sit uniformis, accedit Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst.* 167. 168. 169.

170. *caſ. 213. num. 19. 20. & 21.* ubi pluribus probat, Scripturæ diverſitatem diverſo tempore factam, etiamſi adſit eadem debendi cauſa, indicium facere, & præſumptionem pro Summa duplicata, confer. Surd. *conſil. 80.*
171. *num. 13.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 1249. num. 21.* Tot enim debita præſumuntur, quot Scripturæ capita ſunt, *l. cùm plures. 72. ff. de evictioǹ. l. ſcire debemus. 29. ff. de verbor. obligat.* Maſcard. *dict. concluſ. 1249. num. 23.* Menoch.
172. *dict. caſ. 213. num. 21.* Jaſon. *volum. 3. conſil. 87. num. 3. & 4.* ubi quoque reſpondit, propter diverſitatem Scripturarum ſeu Inſtrumentorum præſumi diverſitatem Obligationis, & ambas quantitates deberi.

173. Concluſio 2. Summa duplicata, & quantitas diverſa cenſebitur, inſpectâ qualitate primæ & ſecundæ Obligationis, utputa ſi prima ſit pura, ſecunda verò Obligatio ſub conditione, nam tunc, licet ambæ contineant eandem Summam & cauſam, diverſa tamen qualitas efficiet, ut Summa credatur duplicata, Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæſt. dict. caſ. 213. num. 26.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 1249. num. 29.*

174. Concluſio 3. Si Apochæ prolatæ diverſitatem habeant Perſonarum, quibus, aut à quibus Solutio facta dicitur, præſumptio eſt, duplicem interveniſſe ſolutionem, Faber *in Cod. lib. 4. tit. 14. definit. 70. num. 1.* Munnoz. de Eſcobar. *de Ratiocin. Adminiſtrat. cap. 40. num. 25. verſ. Quod ego veriſſimum.* Aymo Cravetta *conſil. 282. num. 2.* Jaſon. *volum. 3. conſil. 87. num. 6.* poſt Bartol. *in l. ſi ſtichum. 8. in fin. ff. de novation.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar.*
175. *Judic. Quæſt.* latè *caſ. 213. num. 22. & tribus ſeqq.* addens, multùm circa hanc concluſionem Judicis arbitrium poſſe, cùm aliquando ea ſit quorundam hominum ſimplicitas, ut patiantur, ſe plus uno vinculo ligari. Et ideò Obligationis, Perſonarum, & Summæ inſpectæ qualitate, pro ſua prudentia Judicem controverſiam decidere debere, docet Maſcard. *de Probation. concluſ. 1249. num. 26.*

176. Non omitto hîc caſum, etiamnum in Judicio & lite hærentem: Cuidam Nobili, initâ cum Socero Tranſactione ſuper Maternis Uxoris ſuæ Bonis, 11000. Imperiales, duobus diſtinctis terminis ſolvendi, promittebantur. Ille, primo ſolutionis die adveniente, aliis fortè negotiis impeditus, tertium pro acceptanda medietate Summæ promiſſæ ad Socerum ablegabat. Hic autem Mandatarium, Solutionem primi termini urgentem, Veſaliam ad certum Mercatorem, pro accipiendis 5500. Imperialibus, remittebat.

Mandatarius ergò, receptâ Pecuniâ, primò Mercatori unam, & triduo poſt, cùm ad Tribunum reverteretur, & huic alteram ſcribebat Apocham, & in utraque ſibi 5500. Imperiales nomine ſui Principalis numeratos fuiſſe, expreſsè profitebatur. In hoc unico ſaltim cautus, quòd

quòd in utroque Scripto nominatim diceret, sibi, vigore Transactionis inter suum Principalem & Tribunum initæ, pro primo Termino 5500. Imperiales solutos fuisse.

Successu deinde temporis Tribuni interim mortui relicta Vidua duas has Apochas diversis Personis, diversis temporibus sive diebus, super eadem tamen Summa scriptas, profert, ex illisque Solutionem totius in Transactione promissæ Summæ probare satagit.

Nobilis Gener sive Creditor excipit: 1. Se Legato suo non dedisse mandatum recipiendi totam Summam conventam, ideoque, quòd alteri solutum esset, sibi non præjudicare. 2. Primæ Apochæ tempus sive Annum in suam perniciem mutatum, & loco Anni 1662. quo Pecunia juxta Apochas numerata fuerat, Annum 1661. substitutum fuisse contendit, idque per mutationem numeri sive cifræ 2. per abrasionem extremarum virgularum facilè fieri poterat. 3. Fatetur, & ait Mandatarius, sibi vigore Transactionis, Anno 1661. initæ, (quæ Transactio tunc temporis necdum in rerum natura erat, sed Anno demum sequenti concludebatur) 5500. Imperiales solutos fuisse. Ex illa igitur assertione fraudem & falsum circa mutationem Apochæ prioris commissam facilè deprehendi posse. 4. Gener sive Actor se probaturum ultrò dicit, Mandatarium isto tempore, quo juxta Apocham primam Solutio Vesaliæ facta perhibetur, non Vesaliæ, sed alio in loco, 20. circiter Miliaribus à priori distante, fuisse. Non dubito equidem contra Tribuni Viduam pronunciandum esse, cumprimis, cùm aliæ adhuc, & istæ quidem prægnantissimæ concurrant circumstantiæ, duplicem Solutionem excludentes. Interim multò cum temporis & Pecuniæ dispendio lis in Judicio disceptatur.

Conclusio 4. Plures Apochæ diversæ quantitatis docent, diversas 177.
& plures Summas ab Administratore solutas fuisse, Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 523. num. 56.* Alexand. *volum. 1. consil. 4. num. 3. & 4.* Carol. Ruin. *lib. 4. consil. 31. num. 4. in fin.* Cravetta *consil. 282. num. 1.* Jason. *volum. 3. consil. 87. num. 2. & 3.* Johan. Petr. Surd. *consil. 80. num. 14.* ubi quanti- 178.
tates sunt diversæ, inquit, tunc non præsumitur unam contineri in altera, sed plures Solutiones intelliguntur, Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 213. num. 11. & septem seqq.* ubi argumentis Imol. Alexand. Nevizan. & aliorum dissentientium respondet: Nisi adessent conjecturæ, Judici mon- 179.
strantes, unam Summam in alia comprehensam esse, Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 253. num. 57.* quales sunt, si duæ adsunt confessio- 180.
nes de diversis Summis ex eadem causa, tunc enim una Summa præsumitur, ita ut major comprehendat minorem, post Carol. Ruin. *lib. 1.*

181. *consil. 223. num. 4.* Jacob. Menoch. *consil. 1208. num. 9. 10. & 11.* quod ego tunc verum esse credo, quando primum Instrumentum Solutionis debiti continet partem Solutionis, & secundum continet totam Solutionem, quasi præsumendum sit, in hoc secundo contineri primum, Nevizan. *consil. 96. num. 8. 9. & 10.* Menoch. *consil. 1207. num. 12. & 13.* Francisc. Niger Cy-
182. riac. *Controvers. Forens. 523. num. 59.* extra hunc casum, diversam quantitatem promissam fuisse, dicendum est, etiamsi eadem adsit promissionis causa, modò Summæ sint diversæ: Ut si centum primò promisi ex causa mutui, secundò verò quinquaginta ex eadem causa mutui, nam tunc diversas quantitates promissas, vel solutas fuisse, præsumendum est, ita post Bartol. Bald. Angel. Castrens. Alexand. Andr. Jason. Aretin. Imol. ex magis recepta opinione Mascard. *de Probation. conclus. 1249. num. 20.*
183. Præterea, si verba posterioris Apochæ indicant quandam Calculationem generalem omnium Pecuniarum, & rerum antea habitarum, concludendum est, priores Solutiones ultimæ huic Quietantiæ insertas & inclusas esse, Cyriac. *dict. Controvers. 523. num. 57.* Joh. Petr. Surd. *Mantuan.*
184. *Decis. 217. ante num. 14. usque ad num. 15.* non enim præsumitur duplicatio, etiamsi plures Apochæ proferantur, ubi ex verbis Scripturarum id colligitur, ut quando in ultima Quietantia vel alio Instrumento dicitur; computatis omnibus Solutionibus antea factis, tantum in universum solutum fuisse. Idem *consil. 80. num. 33.* ubi ex Bartol. *in l. planè. 94. §. 1. in fin.*
185. *ff. de legat. 1.* addit, ad tollendas dubitationes, consuevisse poni in Instrumentis clausulam, computata in hac Calculatione omni aliâ numeratione, promissione, & confessione.
186. Conclusio 5. Si proferantur diversæ Apochæ, diversis temporibus, à diversis Personis, de diversis Summis exaratæ, præsumendum omninò est, diversas juxta Instrumentorum Tenorem Solutiones fuisse factas, quod tum eò fortiùs procedit, quando in secunda Apocha non fuit men-
187. tio factæ primæ, Jason. *volum. 3. consil. 87. per tot.* Si duæ proferantur Scripturæ ejusdem dati, & quidem scriptis non comprehensæ, unam & eandem quantitatem præsumi concludit, Ursillis *in Notis ad Afflict. decis. 198. num. 3.*
188. Mota fuit circa hanc conclusionem haud ita pridem quæstio sequens: Titius promiserat Sejo trecentos. Biennio elapso, proferebat Debitor tres Apochas, quibus fatebatur Creditor, se à Debitoris Administratore, tribus distinctis temporibus, accepisse centum, in quarto Instrumento à Debitore producto continebatur, ab ipso Debitore Creditori promissos trecentos Imperiales solutos fuisse. Repetebant igitur Debitoris hæredes, Patre suo interim mortuo, centum Imperiales per condictionem indebiti.

Exci-

Excipiebat Sejus Creditor, se ab Administratore quidem centum Imperiales, à Titio verò ultra ducentos non accepisse, in Summa autem trecentorum, de quibus Apocha Debitori Titio à se data loqueretur, contineri & centum sibi ab Administratore soluta. Lis tandem amicabiliter fuit sopita. Ego pro Titio Debitore pronunciandum fuisse dicerem, cui ante redditas Rationes ignotum esse poterat, quid & quantum Administrator Sejo solvisset.

Conclusio 6. Cùm duæ sunt extrajudiciales ejusdem Summæ & ex eadem causa confessiones non scriptæ, tunc una sola Summa præsumitur, Nevizan. *consil. 96. num. 7.* Menoch. *dict. cas. 213. num. 36. & 37.* Mascard. *dict. conclus. 1249. num. 10.* 189.

Conclusio 7. Quando duæ adsunt judiciales confessiones ejusdem causæ & quantitatis, tunc plures Summæ præsumuntur, Menoch. *citat. cas. 213. num. 38.* Mascard. *citat. conclus. 1249. num. 11.* 190.

Conclusio 8. Quando quis per Testes probat Solutionem, ad evitandam eorum contrarietatem ad concordiam reducuntur: Utpote duo Testes affirmarunt quinquaginta fuisse numerata Sejo, deinde alii dicunt, Sejo centum fuisse soluta, hoc casu sumitur interpretatio, quòd geminata quidem sit numeratio, sed quod in posteriore Summa prior contineatur, Menoch. *dict. cas. 213. num. 40.* Mascard. *allegat. conclus. 1249. num. 12. & seqq.* 191.

Conclusio 9. Cùm una quantitas Scripturâ, altera Testibus probatur, tunc non plures, sed una tantùm præsumitur Solutio, Matth. de Afflict. *decis. 190. per tot.* ubi ita fuit judicatum, Menoch. *dict. cas. 213. num. 41.* Mascard. *de Probation. dict. conclus. 1249. num. 1. 2. 17. & 24.* Vice versâ, si Creditor diversæ Summæ in Apocha fatetur, er seye bezahlt / ex hoc Solutio totius debiti probatur, ita judicatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 29. definit. 13. num. 6. & seqq.* vide tamen, quæ dicta sunt suprà *num. 104. & seqq.* 192. 193.

Conclusio 10. Si versaremur circa qualitatem Personæ, quæ esset adeò simplex, vel ejus facilitatis, ut præsumi posset, se duplicem Apocham super eadem quantitate exposuisse, tunc duplicata Summa non præsumeretur, Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 213. num. 35. cum duobus seqq.* Mascard. *dict. conclus. 1247. num. 37.* 194

Quantitas eadem sæpius in Testamento relicta, an duplicata esse censeatur, vide Mascard. *dict. conclus. 1249. num. 4. & seqq.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 13. resolut. 1. num. 56.* 195.

Quæri hîc potest, si quis Creditori suo, receptâ ab ipso Apochâ, solvit, deinde lapsu temporis Creditor idem hoc debitum exigit, & Debitor, cùm non posset obniti, quia fortè ignorabat se habere 196.

 Quictan-

Quietantiam, vel illam non posset invenire, denuò condemnatur ad solvendum, sed antequam solvit, reperit Quietationem, an tunc audiatur, & sententia per syngrapham repertam rescindi possit? vide Matth.
197. Berlich. *decis. 62. per tot.* ubi etiam docet, an Pecuniam solutam, repertâ Apochâ antea omissâ, Debitor repetere possit?

198. Hîc non incongruè sequens etiam quæstio subnectenda venit: Non est incognitum, quòd quilibet Quæstor, Administrator, aut Officialis, ad hoc, ut omnis occasio Dominos suos defraudandi præcidatur, & ut, an & quid interceperint, subverterint, & occultaverint, teneatur illis, à quibus aliquid de Pecunia, Mulctis, Laudemiis, & aliis rebus quibuscunque in solutum accipiunt, Schedulas seu Apochas factæ Solutionis dare, & in illis speciatim describere, quid & quantum accepit, quòve nomine, titulo & tempore, aliàs arbitrariè puniri potest, *Novell. 17. cap. 8. l. 9. Cod. de suscepter. præposit. & arcar.* Marc. Anton. Peregrinus *in tractat. de Jure Fisci lib. 6. cap. 3. num. 2. & seqq.* Francisc. Ripa *de Peste cap. 5. num. 9.* Matth. Berlich. *part. 5. Practicar. Conclus. 57. num. 63. & 64.* &
199. quidem ejusmodi Apochis plenè fides adhibetur, Rusticique & Subditi alii, qui eas accipiunt, per eas statim liberantur, usque adeò, ut contra ipsos ne quidem acceptio non numeratæ Pecuniæ locum habeat, *l. 14. §. 1. seqq. Cod. de non numerat. pecun. l. 1. & 4. Cod. de apoch. publ. l. 11. Cod. de suscepter. præposit. & arcar.* Francisc. Ripa *de Peste dict. cap. 5. num. 9. vers. Cui apochæ.* Peregrin. *dict. tractat. lib. 6. cap. 3. num. 3.* Berlich. *part. 5. conclus. 57. num. 57.* post Virgil. Pingitzer. *quæst. 47. num. 18. & 19.*

200. Sed an ejusmodi Apochæ non solùm ipsi Administratori, sed etiam, eo convento, & non solvendo existente, Fisco, vel alii Domino præjudicent? quærunt Interpretes. Affirmativè respondet Salicet. *in l. in contractibus. 14. §. sed quoniam. 1. Cod. de non numerat. pecun. per illum text.* Zas. *in intellect. singul. lib. 1. cap. 21.* Ripa *de Peste cap. 5. num. 10. & seq.* Mascard. *de Probation. conclus. 111. num. 21.* Francisc. Sarmient. *lib. 3. Interpretat. Select. cap. 11. num. 4.* Arismin. Tepatus *in Compend. Decis. tit. 489. cap. 6.* Anton. Capyc. *decis. 16. num. 8.* Cacheran. *decis. 38. num. 36. & seqq.* Tiraquell. *de Retract. Lignagier. §. 1. gloss. 18. num. 93.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 37. num. 3.* ita in Practica servari ait Vivius *Commun. Opin. lib. 2. opin. 68.* relatus à Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 9. num. 123.* idem dicit Emanuel Suarez. *Receptar. Sentent. lit. C. num. 252.* David Doring *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 291.*

201. Negativè verò alii concludunt, docentes, ejusmodi Apocham Fisco, Reipublicæ Pupillo, aliive Domino adeò non præjudicare, quo minùs is, si Administrator non sit solvendo, regressum suum adversus Rusti-

Rusticos, vel alios Debitores habere possit, Bartol. *in l. 2. §. fin. ff. si cert. petat.* Bald. *lib. 3. consil. 123. num. 1. & seqq.* Mascard. sibi contrarius, *de Probation. conclus. 370. num. 1.* ubi plurimos adducit, Tiraquell. sibi non constans, *de Retract. Convent. §. 4. gloss. 6. num. 12.* latè cum refutatione contrariorum Escobar. *de Ratiocin. cap. 25. num. 51. & seqq.* Andreas Fachinæ. qui quatuor opiniones recenset, *Controversiar. Jur. lib. 2. cap. 56. per tot.* Natta *consil. 543. num. 13. & seqq.* ubi loquitur de Patre in præjudicium Filii confitente, Carolus de Grassis *except. 25 num. 80.* Johan. Petr. Surd. *decis. 229. num. 33. & 34.* Johan. Parlador. *Rer. Quotidian. cap. fin. part. 5. §. 17.* ubi magis communem dicit Matth. Berlich. *part. 5. conclus. 57. num. 68.* Francisc. Caldas *in l. si curatorem. 3. Cod. de in integr. restitut. minor. verb. læsis. num. 67. vers. Sed an sit necessaria.*
cum hac tamen moderatione, ut Administrator, qui Apocham de re- 202.
cepto præstitit, pro Debitore ad probandam veram & realem numerationem, testis esse possit, Escobar. *dict. cap. 23. num. 46.* Mascard. *dict. conclus. 370. num. 2.* Berlich. *citat. conclus. 57. num. 69.* ita, ut etiam is solus, aliis 203.
conjecturis concurrentibus, realem numerationem plenè probare possit, Escobar. *citat. cap. 23. num. 48. & seqq.* Berlich. *conclus. 57. num. 70.*

Non est quoque admittenda conclusio, quando Procuratori da- 204.
tum est mandatum cum libera, & generali Administratione, nam tunc valeret ejus confessio de recepto, Parlador. post Bartol. *dict. cap. fin. part. 5. §. 17. num. 18.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 23. num. 43.* sed neque habebit lo- 205.
cum, quando in mandato expressè continetur, quòd possit Procurator debitum accipere, atque confessionem de recepto facere, Parlador. *dictò loco num. 14.* Ita contra Bartolum communiter reprobatum tenent, Mascard. *de Probation. conclus. 379. num. 9.* Escobar. *citat. cap. 23. num. 43.* Sed hisce pro Bartolo respondet Fachinæ. *Controvers. Jur. lib. 2. cap. 57. vers. Quod verò amittit.* ubi etiam tractat Quæstiones, an Regula nostra obtineat, si 206.
Procuratoris confessio fiat præsente Judice, & authoritatem interponente, vel si constituens Procuratorem juret, se ratum habiturum, quicquid ab eo gestum fuerit: Si verè & realiter constet, Pecuniam Administratori numeratam esse, quin cautio de recepto etiam Domino præjudicet, ambigendum non est, Escobar. *dict. cap. 23. num. 32. & 37.* in terminis, Marcus Antonius Natta *consil. 542. num. 19. & seqq.*

Quartò, cùm Solutio conjecturis & præsumptionibus probari pos- 207.
sit, *l. 2. & 3. Cod. de Pactis.* Gratian. *Disceptat. Forens. 360. num. 5. & Disceptat. 739. num. 38.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 13. resolut. 1. num. 35.* Marc. Anton. de Amatis *decis. 61. num. 13.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1318. num. 26.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 29. definit. 13. num. 2.* Ludov. Posthius *resolut. 50. num. 1.* Ernest. Cothman

man. *volum. 4. respons. 22. num. 4.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 135. num. 2.* & præ-
208. sumatur, si Creditor diu distulit petere Sortem cum Usuris, Alexand. *lib. 3. consil. 183. num. 17.* & *lib. 7. consil. 115. num. 4.* Matth. de Afflict. *decis. 13. num. 21.* Cravetta *consil. 602. num. 5.* Cothman. *dict. respons. 22. num. 3.* latè Casp. Klock. *volum. 2. consil. 80. num. 18. & seqq.* Carpzov. *citat. constitut. 29. definit. 11. num. 3. & seqq.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 1. artic. 5. num. 7. & 8.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 135. num. 3. & seqq.* Mascard. *de Probation. conclus. 1318.*
209. *num. 17.* atque ita solutionem debiti ex temporis diuturnitate factam præsumi, consuluit Menoch. *consil. 457. num. 1.* ubi affirmat, quòd, quando Creditor distulit per decem Annos exigere creditum suum, magna oriatur conjectura, quòd ipsi fuerit satisfactum, quem sequitur Fulvius Pacianus *consil. 113. num. 20. per tot.* Hieron. Treutler. *consil. 49. num. 19.* Paulus
210. de Castro quoque *volum. 2. consil. ... num. 4.* arguit, non esse verisimile, quòd quis per 20. Annos tacuisset, si revera suas Pecunias non habuisset. Idem sequitur Posthius *resolut. 50. num. 2.* Francisc. Vivius *Neapolitan.*
211. *Decis. 481. num. 1.* ubi, solutionis probationem ex eo induci, dicit, si temporis, puta decem Annorum lapsus, & diligentia Creditoris in exigendo concurrat: Similiter Mulierem ex eo dotatam præsumi, quòd verisimiliter tamdiu non distulisset petere, quod ejus hæredes petunt, Octavius Cacheran. *decis. 117. num. 9.* Afflict. *dict. decis. 13. num. 2. vers. Nona conjectura.*
212. Klock. *volum. 2. consil. 80. num. 28.* ejusmodique præsumptio augetur, & sic secunda præsumptio accedit, si Summa Debiti sit magna & notabilis, cujus exactionem verisimiliter diu non distulisset, Posthius *resolut. 50. num. 3.* Marcabrun. ab Anguil. *consil. 105. num. 45. & seqq.*

213. Et certè magnam fraudis esse præsumptionem adversus eum, qui, expectatâ morte Adversarii, diu agere supersedit, donec interim Adversarii Probationes perirent, docent. Menoch. *consil. 422. num. 40.* & *consil. 457. num. 1.* & *lib. 3. præsumpt. 135. num. 19.* Afflict. *decis. 13. num. 21.* Petr. Paul. Paris. *volum. 1. consil. 83. num. 27.* & *volum. 4. consil. 37. num. 12.*

Idque eò magis tunc procedit, quando Creditor aliàs erat diligens in exigendo, & in cæteris rebus circumspectus, Matth. de Afflict. *decis. 13. num. 19.* Paris. *volum. 4. consil. 83. num. 22.* & latiùs *consil. 137. num. 13.* Treutler. *consil. 49. num. 20.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 29. definit. 11.*
214. *num. 7.* & præterea, si, Debitore mortuo, diu adhuc siluit, Mascard. *de Probation. conclus. 1318. num. 27. in fine.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 15. resolut. 1. num. 36.*

215. Hæcque iterum nova & sic tertia est præsumptio, si Creditor Debitore vivente non exigit debitum, Posthius *resolut. 50. num. 4.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 91. num. 7.* ubi præsumit, illum fovere malam causam, qui diu

diu distulit movere Judicium, quod jam antea movere debebat adversus eos, qui ea de re negotio instructi erant; Exemplum ponens in illo, qui supersedit agere cum Debitore, idque ideo fecisse dicendum esse, ut deinde petere possit ab hæredibus minimè instructis, & quibus cognitæ non sunt Exceptiones suo Antecessori competentes, adde Matth. de Afflict. *decis. 13. num. 21.* & *decis. 58. in fine.* Paris. *volum. 1. consil. 83. num. 27.* quæ 216.
omnia maximè procedunt, si Creditor sit liberalis in expendendo, & quodammodo prodigus, interim quoque erat indigus & præterea sedulus exactor suorum debitorum, Johan. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 105. num. 1. & 2.* Cyriac. *Controvers. Forens. 200. num. 7.* sicuti sufficiens conjectura 217.
factæ solutionis esse dicitur, quando Debitor est Vir locuples, & qui libenter satisfacit suis Creditoribus, accedente longo temporis lapsu, Johan. Petr. Surd. *dict. decis. 105. num. 1.* Riminald. Jun. *consil. 407. num. 12.* Francisc. Niger Cyriac. *citat. Controvers. 200. num. 8.*

Ut autem vi hujus præsumptionis, ex lapsu temporis desumptæ 218.
obligatio, omninò extinguatur, 30. Annorum lapsum requirunt, Mascard. *de Probation. conclus. 982. num. 15.* Hippolyt. Riminald. *consil. 315. num. 16. & 17.* Joh. Cephal. *consil. 240. num. 9.* & solam taciturnitatem per longum 219.
tempus non elidere creditum Instrumento probatum, maximè si non concurrat, quòd Debitor sit dives, & solitus solvere Creditoribus debito tempore, docet Posthius *resolut. 50. num. 12.* & fuit decisum per Rotam Romanam apud Marescott. *variar. Resolut. lib. 2. cap. 67. num. 36.* ubi conclusum fuit, illam exceptionem, à tarditate in exigendo debito de- 220.
sumptam, non sufficere ad præsumendum Solutionem, cùm aliàs frustratoria esset Præscriptio.

Quæritur ergò hîc: An probasse dicatur Administrator Solutionem, 221.
si absque Apocha Obligationis Instrumentum tantùm producat? Quod quidem in Persona Thesaurarii affirmat Alexand. Trentacinq. *lib. 3. tit. de Solution. resolut. 17. num. 7.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 140. num. 11.* Sed quia hæc materia latioris est tractatus, igitur sit

Conclusio Prima: Quando Creditor Debitori suo Cautionem red- 222.
didit, tunc intelligitur tacitè fecisse Pactum, de non petendo, & Debitori dabitur Exceptio Pacti, *l. 2. ff. de pactis. l. Creditricem. 7. Cod. de remissione pignoris.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 1. quæst. 4. num. 162.* Mascard. *de Probation. conclus. 111. num. 16.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 13. resolut. 1. num. 47. vers. Quod si constet.* ubi, Instrumentum Obligationis ab ipso Credi- 223.
tore Debitori redditum, vel Solutionem ipsam, vel debiti remissionem arguere, dicit, idque ante eum docuit Menoch. *lib. 3. præsumpt. 140. num. 1. & 4.* fac. *text. in l. 3. ff. de liberation. legat.* Cothman. *volum. 4. respons. 9. num. 30.*

Kk Exten-

224. Extenditur hæc Conclusio 1. ut, quando in eodem Instrumento duo sunt Creditori obligati, puta tu & alius, distinctione opus sit. Aut enim, cui traditum est Instrumentum, non est aptus ad procurandum, vel ad lites in Judiciis prosequendum, quales sunt Mulieres, Pueri, & his similes: vel Creditor est dives, Debitor verò pauper, & hoc casu præsumendum est, per Obligationis traditionem non solùm crediti propriam, verùm etiam Correi partem donatam esse. Aut verò Creditor tradidit Instrumentum illi, qui consuevit in Judiciis versari, aliorumque negotia ibidem expedire, vel Creditor est pauper, Debitor verò dives, & isto casu concludendum est, propterea Instrumentum traditum esse, ut exigat ab altero debitum, & deinde restituat exactum, ita discrepantes opiniones conciliat Alexand. Trentacinq. *lib. 3. tit. de Solution. resolut. 17. num. 2.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 140. num. 6. & 7.* plures extensiones vide apud Trentacinq. *dict. resolut. 17. num. 3. 4. 5. 6. & 7.* & post eum, quamvis non citatum, Menoch. *dict. præsumpt. 140. num. 8. & seqq.*

225. Limitatur autem 1. si Instrumenti redditio non quidem ab ipso Creditore, sed ab ejus Procuratore, vel Actore, facta fuit, tunc non censetur remissum debitum, Trentacinq. *dict. resolut. 17. num. 8.* Menoch. *dict. præsumpt. 140. num. 14. & 15.*

226. Limitatur 2. si alia conjectura sumi potest, quàm remissionis, & solutionis debiti; exempli causâ: si tibi Fidejussori tradidi Instrumentum crediti, quo posses experiri contra Principalem, & pro tui liberatione urgere solutionem; vel si fortè litigas cum aliquo, de venditione à me tibi facta, & dedi tibi Instrumentum, in quo continetur promissio Pretii, ut posset se ab illo defendere, non intelligitur traditum Instrumentum, ut te liberarem, sed ut probarem, tibique ostenderem Pretii promissionem, Barthol. Socin. *regul. 232. limitat. 2.* Trentacinq. *dict. resolut. 17. num. 11.* Menoch. *citat. præsumpt. 146. num. 19.* Idque in genere verum est, si

227. Instrumenti redditio per Creditorem Debitori facta potest adferre aliam utilitatem, tunc debiti solutio seu remissio absolutè non probatur, ita post Jason. *in l. labeo. 2. §. 1. num. 4. ff. de pactis.* Johan. de Castill. *Controvers. Jur. cap. 23. num. 11.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 13. resolut. 1. num. 48.*

228. Conclusio Secunda. Si Debitor penes se habeat Instrumentum suæ Obligationis, sive integrum sive cancellatum fuerit, ex hoc ipso præsumitur debitum fuisse solutum, nisi Creditor contrarium ostendere possit, istamque præsumptionem fortiori conjectura elidere, *l. si Chirographum. 24. ff. de probation. l. pecuniæ. 14. Cod. de solution.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 13. resolut. 1. num. 47.* Mascard. *de Probation. conclus.*

cluſ. 476. num. 1. & 2. Trentacinq. *dict. reſolut. 17. num. 12.* Erneſt. Cothman *volum. 4. reſponſ. 10. num. 21.* ſed hoc ita, ſi à Creditore ſibi redditum probat, 229
cùm ex ſola Chirographi poſſeſſione induci non poſſit tacitum Pactum, de non petendo, ſed eâ demum reſtitutione, quæ per ipſum Creditorem, aliumve mandantis Creditoris nomine facta probatur, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 140. num. 21.* Anton. Faber *in Cod. lib. 8. tit. 30. definit. 1. num. 1. 2. & 3.* Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 452. num. 21.* ita pronunciatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 29. definit. 12. num. 1.* & tradit Maſcard. *de Probation. concluſ. 476. num. 14.* ex Inſtrumenti poſſeſſione non plenam probationem factæ Solutionis, ſed tantùm præſumptionem induci: 230
eamque conjecturam fragilem & debilem eſſe, Ludov. Poſthius *Reſolut. 34. num. 16. & 20.* unde & Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 23. num. 30.* dicit, non ſatisfacere Adminiſtratorem officio, nec ſolutionem debiti, ad Calculum Expenſarum relati, ſatis ex hoc doceri, quòd ſine Apocha Chirographum deletum aut cancellatum producat, niſi inſuper monſtrare poſſet, ſibi Inſtrumentum per Creditorem traditum fuiſſe, vel cum cancellatione alia ſimilis conjectura vel adminiculum, pro Adminiſtratore & Solutione facta, concurrat. 231

Nihilòminus pro Debitore haud levis inde oritur præſumptio, ſi integræ ſit exiſtimationis, quæ ipſi prodeſſe poſſet hactenus, ut vel in Creditorem onus probandi transferatur, vel petenti Debitori de Solutionis veritate aut Chirographi traditione Juramentum Suppletorium deferatur, argum. *l. 31. ff. de jurejurand.* Faber *in Cod. lib. 8. tit. 30. definit. 1. num. 4. & 5.* Carpzov. *dict. definit. 12. num. 34.* & Trentacinq. *dict. reſolut. 19. num. 12. verſ. Habes quod.* Quod ipſum tamen non ſemper verum eſt, ſed in cauſæ cognitione totum verſatur, & pro Perſonarum, cauſarumque veritate Judicantis arbitrio relinquendum eſt; Quid enim ſi Creditor probaret, Inſtrumentum ſe amiſiſſe, vel ſibi fuiſſe ſubtractum? debiti ſanè ſolutio probata eſſe non dicetur, Auffrer. *ad Capell. Tholoſan. deciſ. 230. num. 3.* Aymo Cravetta *conſil. 500. num. 11.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 140. num. 22.* Joſeph. Maſcard. *de Probation. concluſ. 476. num. 12.* Faber *in Cod. lib. 3. tit. 30. definit. 28. num. ult.* vel, quid ſi Debitor eſt perſona domeſtica Creditoris, & ideo potuit ſubtraxiſſe, vel eſt alia perſona ſuſpecta, & de qua facilis oriri poteſt ſuſpicio, quòd potuerit Inſtrumentum habere absque eo, quod ipſi fuerit traditum à Creditore, ut ſi fuerit ejus Advocatus, vel Procurator, qui aliàs conſueverat ejus Inſtrumenta rimari, ſive id fiat ex Praxi, ſive alia de cauſa, hoc etenim caſu ſimiliter Solutionis factæ argumentum non provenit ex Inſtrumento, apud Debitorem reperto, Alexand. Trentacinq. *citat. reſolut. 17. num. 12. verſ. Primus eſt caſus.* Capella

232 233 234

Kk 2 Tholo-

Tholosan. *decis. 230. num. 3.* & ibi Auffrer. *in Notis.* Mascard. *de Probation. concluf. 476. num. 12. & 13.* Alciat. *de Præsumption. regul. 1. præsumpt. 33. in fine.* Vincent. de Franchis *decis. 361. num. 2.* Ludov. Roman. *consil. 447. num. 31.*
235. dissentit Menoch. *lib. 3. præsumpt. 141. num. 12. 13. 14. & 15.* cujus opinio tunc tolerari potest, quando Debitor est Vir probatæ vitæ, & raræ integrita-
236. tis, uti per Menoch. *ibid. num. 14.* & tunc non est facienda distinctio, an Instrumentum modico an longo tempore fuerit penes Debitorem, uti veriùs censet ex Bartolo Trentacinq. *allegat. resolut. 17. ante vers. Tertius ca-*
237. *sus est.* quicquid contradicat Menoch. *dict. præsumpt. 140. num. 23.* Illud hîc quoque addendum est: 1. si Debitor, Chirographum habens, non quidem Solutionem, sed Pactum de non petendo, inter se & Creditorem initum, allegaret, incumbere ipsi onus probandi, ut doceat, redditum sibi fuisse per Creditorem Instrumentum, allegatumque Pactum intervenisse, Faber *in Cod. lib. 8. tit. 30. definit. 28. num. 2. 3. & 4.* Mascard. *de Probation. concluf. 476. num. 3. 4. & 5.* Trentacinq. *citat. resolut. 17. num. 8.*
238. Addo 2. Ex eo probationem Solutionis non augeri, si Instrumentum penes Debitorem cancellatum, vel lituris inductum reperiatur: Chirographo namque existente penes Debitorem, quid interest, an sit cancellatum nec ne? Cùm sit in potestate Debitoris, ut cancellet, aut
239. non: Faber *in Cod. lib. 8. tit. 3. definit. 28. num. 10.* nisi probare posset, taliter cancellatum sibi à Creditore traditum fuisse, quod si faciat, liberatus esse præsumitur, Menoch. post plures citatos, *lib. 3. præsumpt. 141. num. 7. & 8.*
240. Addo 3. Ex restitutione Pignoris, factâ per ipsum Creditorem, non præsumitur debiti remissio, *text. express. in l. 3. ff. de pactis.* latè Menoch. *lib. 3. præsumpt. 140. num. 24. & seqq.* ubi rationes differentiæ adducit Mascard. *de Probation. concluf. 476. num. 7.*
241. Addo 4. Si Debitor, fortè à Creditore conventus, nec Solutionem, nec Instrumenti redditionem allegavit, deinde verò Chirographum cancellatum producat, suspicio est, quòd aliunde, quàm à Creditore acceperit, ac proinde non præsumitur liberatus, Cravetta *consil. 500. num. 14.* Trentacinq. *dict. resolut. 17. ante num. 13.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 141. num. 10.*
242. Conclusio Tertia. Si Instrumentum reperiatur cancellatum apud Creditorem, præsumptio est, Debitorem liberatum esse, *dict. l. si Chirographum. 24. ff. de probation. l. fullo. 90. §. fin. ff. de furt.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 141. num. 4. & 5.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 29. definit. 28. num. 12.* Carpzov.
243. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 29. definit. 12. num. 8.* & hanc præsumptionem non hominis, sed Juris esse defendit, contra Joh. Andr. Menoch. *dict. præsumpt. 141. num. 5.* Ernest. Cothman. *volum. 4. respons. 10. num. 18.*

Distin-

Diſtinctione, circa reſolutionem hujus concluſionis, opus eſſe putat Trentacinq. *allegat. reſolut. 17. num. 15.* ut quidem vera ſit, ſi Debitor Solutionem alleget, falſa autem, ſi Pactum de non petendo, niſi hoc probare poſſit: Conſiderandum denique eſſe, an Debitor domeſticus Creditoris fuerit, nec ne, adeoque lacerandi Chirographum occaſionem habuerit. Hanc diſtinctionem pene omnes amplecti, teſtatur Erneſt Cothman. *volum. 4. reſponſ. 10. num. 19. & 20.* 244.

Certè ſi conſtet aliam ob cauſam, quàm liberando Debitorem, laceratam fuiſſe Obligationem, exempli cauſa, ſi fuiſſet inadvertenter factum, vel ſi Creditor eſt perſona minùs circumſpecta, vel ob ætatem teneram, vel ob mentis levitatem, dicendum eſt, nihil hanc cancellationem præjudicare, vide Menoch. *lib. 3. præſumpt. 141. num. 6.* adde Trentacinq. *dict. reſolut. 17. num. 17.* 245.

An & quando, Inſtrumento cancellato, & penes tertium reperto, Solutio probetur? vide Menoch. *citat. præſumpt. 141. num. 14. cum ſeqq.* & latiùs Trentacinq. *allegat. reſolut. 17. num. 18. uſque ad fin.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 476. num. 8. 9. 10. & 11.* 246.

Ad materiam hæc quotidiana hîc addo, ex Apoſtillis ſeu Additionibus, in margine Scripturæ vel Quietantiæ, falſitatem argui, Bajard. *ad Clar. §. falſum. num. 197. verſ. Item ſi Scriptura.* Proſper. Farinac. *de Falſitate quæſt. 153. num. 2.* ubi *num. 18.* regulam adhuc veram eſſe dicit, etiamſi additio eodem atramento ſcripta ſit, diſſent. Menoch. *conſil. 21. num. 35.* ſibi contrarius, cùm prò prima opinione pugnet *de Arbitrar. Judic. Quæſt. caſ. 187. num. 42.* Idque potiſſimum procedit, quando Additio ſeu Apoſtilla, in margine ipſius Scripturæ privatæ reperta, continet magnum præjudicium, tunc enim eò magis Scriptura ipſa de falſo redargui poteſt, Farinac. *dict. quæſt. 153. num. 3.* Nicol. de Paſſeribus *de Scriptura privata lib. 1. quæſt. 6. dubitat. 1. num. 4.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæſt. caſ. 187. num. 31.* 247. 248. 249.

Idem dicimus de Apocha per interlineationem, vel ſuperlinearem Additionem vitiata, quæ quidem Additio, ſi inter unam & alteram lineam, in loco ſubſtantiali vel ſuſpecto, reperiatur, omnem fidem Scripturæ adimit, Franciſc. Marcus *deciſ. 699. num. 1.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæſt. caſ. 187. num. 40.* Proſper. Farinac. *dict. quæſt. 153. num. 51. 52. 53. & 54.* Nicol. de Paſſeribus *dict. quæſt. 6. dubitat. 3. num. 2. 3. & 4.* 250.

Dicitur autem Additio in loco ſubſtantiali eſſe 1. quando quid appoſitum eſt in ea parte, in qua rei pondus conſiſtit; 2. quando rei ſubſtantia immutatur; vel 3. quando appoſitio eſt in ea parte, quæ pertinet ad Solemnitatem Scripturæ, non autem in ea, in qua Facti Narratio continetur; vel 4. quando eſt ad materiam rei, de qua litigatur; & tan- 251.

tandem 5. quando est inserta in loco, in quo stat tota substantia quæstionis, ita latè Farinac. *dict. quæst. 153. num. 6. 38. 53. & 75.* postque eum Nicol. de Passeribus *citat. quæst. 6. dubitat. 1. num. 7.*

252. Vera sunt maximè modò tradita, si Additio exarata sit diversâ manu ab ea, quâ corpus ipsius Scripturæ vel Apochæ exaratum fuit, Cravetta *consil. 88. num. 7.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 187. num. 30.* Farinac. *dict. quæst. 153. num. 7. & 8.* Nicol. de Passeribus *allegat. quæst. 6. dubitat.*
253. *1. num. 9.* Quinimò, etiamsi eâdem, si inveniatur in loco suspecto, & non sit approbata à Partibus, Nicol. de Passeribus *citat. dubitat. 1. num. 11.* Fari-
254. nac. *dict. quæst. 153. num. 12.* ubi *num. 57. & 58.* eadem quoque de Interlineatione vera esse dicit, quod etiam facit Passeribus *dict. quæst. 6. dubitat. 3. num. 56. & 57.*

255. Diversitas atramenti reddit Apostillam & additionem suspectam, etiamsi scripta sit eâdem manu, vide Farinac. *dict. quæst. 153. num. 20.* &
256. Passeribus *allegat. dubitat. 1. num. 12. 13. & 14.* & quando diversitas atramenti suspicionem inducat, Judicis arbitrio discutiendum esse docet Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 187. num. 35. & 38.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 6.*
257. *dubitat. 7. num. 7.* Farinac. *citat. quæst. 153. num. 158.* Apostillam inutilem, & quæ non est de contextu, vel corpore Scripturæ, falsitatis indicium non
258. facere, vide apud Farinac. *dict. quæst. 153. num. 22.* In materia Interlineationis tradit Farinac. *dict. quæst. 153. num. 59.* eumque secutus Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 6. dubitat. 3. num. 8.* Si ex præcedentibus & consequentibus verus sensus verborum ipsius Scripturæ colligi possit, hanc interlinearem additionem fidem Scripturæ non derogare.

259. De cancellatione, deletione, & abrasione in Apocha aliàve Scripturâ repertâ, an probationis vim auferat, & falsitatis conjecturam Judici faciat? videndi latè Farinac. *dict. quæst. 153. num. 30. & seqq. & num. 63.* cum Menoch. *lib. 1. præsumpt. 99. passim.* Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 3. de fide Instrument. resolut. 11. per tot.* Mascard. *de Probation. conclus. 255. & 256. per tot.* adde *conclus. 1254.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata dict. quæst. 6. dubitat. 2. &*
260. *dubitat. 4. per tot.* & de aliis multis modis, fraudis & falsitatis indicium circa publica & privata Instrumenta, inferentibus, Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 6. dubitat. 5. 6. & 7.* Farinac. *citat. quæst. 153. num. 146. & multis seqq.* ubi multa practicabilia & quotidiana in hac materia tradunt, adde Me-
261. noch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 187. num. 34. & seqq.* Utrobique de diversitate manus, de contrariis & repugnantibus, tum etiam de inverisimilitudine in Scriptura repertis, de Styli diversitate, de additione Clausularum insolitarum, de imperfecto sensu & constructione, de papyri sive chartæ diversitate, de Apocha antiqua in charta recenti & nova con-

scripta,

scripta, de maculatione sive immunditie Scripturæ, id est, si omninò conspurcatè producatur, si Instrumentum non habeat debitam Solemnitatem, si fortè tardè producatur, si fortè dicatur, Pecuniam fuisse numeratam, quæ tamen verè non numerabatur, si fuerit clam & remotis arbitris conscriptum, si falsa causa, si Testes, qui actui non intervenerunt, inserti, & si quæ sunt similia Scripturam falsitatis arguentia, addo quoque Mascard. *de Probation. conclus. 740. num. 742. per tot.*

Quinto: In præstatione annua Solutio probata dicitur, si trium 262.
cohærentium sibi Annorum Apochas securitatesque ostendere potest Administrator, *l. quicunque. 3. Cod. de apoch. publ.* ex quo textu communissimè concludunt Interpretes, Solutiones tres continuatas ostendentem 263.
præsumi semper antea solvisse, Capell. Tholosan. & ibi Auffrer. *in Not. decis. 235.* Anton. Gabriel. *Commun. Opin. lib. 1. tit. de præsumption. conclus. 11.* Mascard. *de Probation. conclus. 1320. num. 1.* Anton. Faber *in Cod. lib. 8. tit. 29. definit. 32.* Hartman. Pistor. *Observat. 195.* Paul. Christinæ. *volum. 4. Decis. Cur. Belg. 181. num. 9.* Stephan. Gratian. *Decis. March. 132. num. 1.* Carol. de Grassis *except. 25. num. 12.* Borgnin. Cavalcan. *part. 2. decis. 73. num. 42.* Peregrin. *de Jure Fisci lib. 6. tit. 1. num. 32.* Suarez. *Receptar. Sentent. lit. P. num. 89.* ita judicatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 2. definit. 7. num. 1. 2. & in fine.* omnes hanc allegantes rationem, quòd non sit verisimile, 264.
Exactorem tam negligentem esse, ut recipiat Solutionem continuatam trium posteriorum Annorum, omissâ exactione Annorum præcedentium, Andr. Fachinæ. *lib. 13. Controversiar. Jur. cap. 89.* Carpzov. *dict. constitut. 2. definit. 7. num. 3.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 139. num. 2.* ex qua ratione 265.
generali dispositionem *dict. l. quicunque. 3. Cod. de apoch. publ.* ad quascunque privatorum causas Dd. extendunt, Mynsing. *centur. 5. observat. 39.* Mascard. *de Probation. conclus. 1320. num. 4.* Carpzov. *dict. definit. 7. num. 4.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 13. resolut. 1. num. 45.* idque exemplis illustrat Menoch. *lib. 3. præsumpt. 139. num. 6. & seqq.* Gabriel *de Præsumption. conclus. 11. num. 2. & seqq.* Balthasar. *dict. resolut. 1. num. 45.* quæ quidem 266.
præsumptio Juris est, non hominis, Menoch. *dict. præsumpt. 139. num. 1.*

Procedit & vera est Conclusio, sive agatur de Solutione semestrium, sive trimestrium, sive bimestrium, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 716. num. 12.* Anton. Gabriel *dict. conclus. 11. num. 14.* Menoch. *citat. præsumpt. 139. num. 13.* vide Mascard. *conclus. 1321. num. 5.* Ut autem obtineat hæc Constitutio, requiruntur trium Annorum cohærentium tres Solutiones continuæ, & propterea non sufficeret, si Debitor solvisset per duos Annos, & deinde, uno Anno interposito, solvisset pro quarto subsequenti, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 139. num. 5.* vel si uno Anno facta esset Solutio pro 267. 268. 269.

pro tribus Annis proximè præteritis, tunc quoque dispositio *dict. l. 3.* locum non haberet, Auffrer. *ad Capell. Tholosan. decis. 235.* Gabriel *dict. Conclus. 11. num. 13.* Mascard. *de Probation. conclus. 1320. num. 7.* Balthasar. *ad Jus Bavar. dict. resolut. 13. num. 46.* Francisc. Balb. *de Praescription. Sec. part. tert. princip. quaest. 10. num. 18.* Anton. Faber *in Cod. lib. 8. tit. 29. definit. 32. num. 2.* Hartman. Pistor. *Observat. 195. num. 4. & seqq.* Gratian. *decis. 152. num. 2.* Menoch. *lib. 3. praesumpt. 139. num. 24.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 2.*
270. *definit. 7. num. 6. & 7.* ubi docet, si vel unâ numeratione trium Annorum Pensitationes solutæ sint, vel minùs integra solutio, aut non continui triennii facta proponatur, nullam de reliquorum anterioris temporis Solutione præsumptionem nasci.

271. Præterea cessaret hæc Constitutio, si Solutiones illæ trium postremorum Annorum non quidem Apochis, sed Testibus probarentur, quantumvis aliqualis conjectura Solutionis factæ exinde deduci possit, Menoch. *de Praesumption. lib. 3. praesumpt. 139. num. 28.*

272. Insuper, ut Regula nostra locum habeat, realis Solutio requiritur, nec sufficit, Debitorem Pecuniam debitam tribus continuis Annis deposuisse, Cravetta *consil. 313. num. 4. vers. Sextò considero.* Mascard. *de Probation. conclus. 1320, num. 17.* Menoch. *dict. praesumpt. 139. num. 31.*

273. Contra tertium quoque hanc præsumptionem locum non habere docet Gratian. *decis. 152. num. 5.* rem judicatam adducens, Menoch. *dict.*
274. *praesumpt. 139. num. 31.* ubi ex hac declaratione infert, si Exactores Tributorum, Censuum, Canonum, & similium, aliquando fortè mutentur, ita ut probabilis sit ignorantia facti Antecessorum, & unus recipiat per tres Annos Tributum & Censum, cùm ignoraret, quid in præteritum actum sit, præsumptionem hanc cessare, cùm ultimi Exactoris negligentia, & consensus, considerari hîc non possit, idque sequitur Gratian. *dict. decis. 152. num. 7.*

275. Ad hæc, cessare dices Regulam nostram, si vel Creditor contrarium, id est, priorum Annorum Solutionem se non recepisse, probaret, Menoch. *dict. praesumpt. 139. num. 29.* Faber *in Cod. lib. 8. tit. 29. definit. 33. num. 3.* ita pronunciatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 2.*
276. *definit. 8. per tot.* vel si, recipiens trium Annorum Solutiones, protestetur, salvum se sibi velle Jus præteritorum Annorum, Cravetta *consil. 314. num. 5.* Mascard. *de Probation. conclus. 1320. num. 13.* Menoch. *dict. praesumpt. 139. num. 30.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 13. resolut. 1. num. 47. vers. Quintò requiritur.*
277. vel si Apochæ productæ non habeant Annum, Diem & Mensem, ita post Alexand. *volum. 3. consil. 4.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 3. tit. 13. resolut. 1. num.*
278. *46. vers. Sextò requiritur.* Cæterùm, quod haud abjecti commatis JCti docent,

docent, non admittendam esse hanc conjecturam, Solutionem præteritorum Annorum inducentem, si, verbi gratiâ, hodiè quis Apochas trium continuorum sive cohærentium Annorum producat, deinceps verò in Solutionibus cessaverit, id quod Cravetta *consil. 314. per tot.* defendere conatur, quem sequitur Mascard. *de Probation. conclus. 1320. num. 14.* ab aliis communiùs & veriùs rejicitur Andr. Fachine. *Controversiar. Jur. lib. 13. cap. 89. per tot.* Gabriel. *Commun. Opin. lib. 1. tit. de Præsumption. conclus. 11. num. 11.* Mascard. sibi contrarius, *dict. conclus. 1320. num. 6.* latè Menoch. *dict. præsumpt. 139. num. 14. 15. & 16.*

Et quod secundò hanc nostram præsumptionem ad debitum duntaxat reale plurimi restringunt, contrarium esse dicendum, statuentes, 279.
si debitum sit merè personale veluti si Testator hæredem gravasset ad centum Florenos, singulis Annis præstandos, quasi tunc Apochæ trium Annorum continuæ Solutionem præcedentem non probent, ita Gabriel. *dict. conclus. 11. in fine.* Mascard. *dict. conclus. 1320. num. 8.* Balthasar. *citat. tit. 13. resolut. 1. num. 46. vers. Quartò requiritur.* non ab omnibus acceptatur, contrarium enim, ceu veritati magis consentaneum, docent Molinæ. *ad* 280.
Consuetud. Paris. tit. 2. §. 62. num. 53. & post Padillam Menoch. *dict. præsumpt. 139. num. 26. & 27.* plures ampliationes & limitationes, ad hanc materiam 281.
pertinentes, vide apud Menoch. & Mascard. *dictis locis.*

Sextò probatur Solutio Testibus, Joseph. Mascard. *de Probation. con-* 282.
clus. 1318. num. 16. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 29. definit. 13. num. 2.* requiritur autem, ut de causa, ex qua fuit solutum, deponant, 283.
aliàs ipsis non creditur, Carpzov. *dict. definit. 29. num. 3.* nec satis est, affir- 284.
mare Testes, tempore Solutionis Creditorem dixisse, sum contentus, exinde enim præcisa Solutio inferri haud potest, cùm ista verba possint referri ad generalem quandam & incertam Satisfactionem, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1317. num. 17.* Paul. Christinæ. *volum. 4. Decis. Cur. Belg. 181. num. 21.*

Septimò, sicut, debito in genere probato, super quantitate debiti 285.
standum est Juramento Creditoris, Cravetta *consil. 198. num. 9.* Octavius Cacheran. *decis. 96. num. 3.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 3. constitut. 22. definit. 9.* ita quoque Debitum vel Solutio Juramento Creditoris aut Debi- 286.
toris probatur, si Instrumenta vel Apochæ incendio perierint, modò, jussu & permissu Judicis interveniente, id fiat. Ita judicatum fuit apud Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 4. constitut. 17. definit. 15. per tot.*

Ex eo solo Solutio præcisè non infertur, si Debitor suo Creditori 287.
solvat, & paulò post ab eodem vi alterius Instrumenti aliam Summam petat, nisi fortè alia, satisfactionem suadens, conjectura concurrat, *l. si,*

cion dos. 8. in princ. ff. de action. rer. amot. Bartol. *in l. si quidem. 24. Cod. de transaction.* Johan. Baptist. Asin. *de Execution. §. 7. cap. 88. num. 1.* Johan. Vincent.
288. Honded. *volum. 1. consultat. 45. num. 34.* ubi, concurrente aliâ præsumptione, ex hac Solutione, à Debitore Creditori factâ, concludendum esse putat, hunc illi de alio debito non esse obnoxium, sequitur Marc. Anton. Natta *consil. 358. num. 13.* Mascard. *de Probation. conclus. 1325. num. 29.* ubi
289. dicit, non esse verisimile, qui solvit alteri, quod ab eo aliquid debeat
290. accipere. Conjecturæ, Solutionem inducentes, esse possunt, cursus longi temporis, conjunctio sanguinis, & ratio sæpe calculata, Joh. Baptist.
291. Asin. *de Execution. §. 7. cap. 88. vers. Quales autem.* quamvis eas in dubio, id est, ubi de Debitoris alio Credito expressè non constat, in hac hypothesi non semper necessarias esse velit, Natta *dict. consil. 358. num. 13.* Unum
292. subjungo, Solutionem præsumi factam esse ex causa præcedenti, is scilicet, qui Solutionem fecit, præsumitur recipienti Pecuniam obligatus fuisse, de qua materia vide Mascard. *de Probation. conclus. 1325. per tot.* Hon-
293. ded. *volum. 2. consil. 35. num. 46. & 47.* ita quoque ex Solutione partis pretii perfectum esse contractum præsumimus, Menoch. *consil. 866. num. 4.*

LOCUS DECIMUS TERTIUS.

Liber Rationum, ab Administratore confectus, an, & quando fidem faciat, vel non?

SUMMARIA.

1. *Authores hanc materiam ex professo tractantes recensentur.*
2. *Tres hic locus continet partes, & quanam illæ?*
3. *Liber Rationum pro Administratore vel Scribente non probat.*
4. *Etiamsi Adversarius istum Librum contra Scribentem producat.*
5. *Etiamsi quoque Debitum probandum in pluribus Libris scriptum reperiatur.*
6. *Plures Libri, ejusdem rei mentionem facientes, fortiùs probant, sed non pro Scribente.*
7. *Probat Rationum Liber in his, quæ à nuda voluntate Scribentis dependent.*
8. *Modò per hoc actus cum alio gestus non impugnetur.*
9. *Fidem facit Rationum Liber, si ita vel Statuto vel Consuetudine receptum sit.*
10. *Idque Statutum extendit vires suas extra Territorium.*
11. *Liber tamen non probat in hisce, quæ in materia, ad Officium Scribentis non pertinente, exarata sunt.*

12. *Sta-*

12. *Statutum, Thesaurariorum Libro fidem tribuens, non habet locum in hisce, quæ scripta sunt extra Thesaurarii Officium.*
13. *Decretum, de dando fidem Libris Hebræorum, intelligitur de rebus ad Hebræos spectantibus, & non de aliis.*
14. *Liber, cui per Statutum fides tribuitur, minimè probat, si careat Anno, Mense, & Die.*
15. *Nec probat, si alia Requisita, hic remissivè deducta, non concurrant.*
16. *Et præterea Scribens non sit Persona fide digna.*
17. *Rationum Liber in rebus verisimilibus, accedente Juramento Scribentis, fidem meretur, & quando?* & num. 18.
19. *Requiritur autem 1. Juramentum.*
20. *2. Difficultas Probationis: Uti in exemplo hîc posito.*
21. *3. Ut de verisimilitudine constet per probationes, & non per conjecturas.*
22. *Quænam sint conjecturæ verisimiles.*
23. *An, omisso Juramento, mors Scribentis sit loco Juramenti.*
24. *Liber Rationis defuncti, qui fuit homo legalis, facit semiplenam probationem, si contineat data & accepta.*
25. *Aliis firmatus adminiculis plenè probat.* & num. 26.
27. *Ad hoc, ut mortui Liber plenam faciat fidem, non est satis, debiti tantùm factam esse mentionem.*
28. *Sed necesse est, ut data & accepta, debita, & credita annotata sint.*
29. *Imò sex alia Requisita concurrere debent, & quæ illa?*
30. *Multum in hac materia tribuitur arbitrio Judicis.*
31. *In Summis exiguis, accedente Juramento Scribentis, Libro Administratoris creditur.*
32. *Modò sit confectus solemniter.*
33. *Acceptans Rationum Librum in uno Capite, non potest ipsum in Capitulis isti connexis reprobare.*
34. *Testamentum pro parte approbari, in alia reprobari nequit.*
35. *Judicis arbitrio tribuitur, an Libro tam contra Scribentem, quàm pro ipso credendum sit.*
36. *Credendum est, si contineat data & accepta inter easdem Personas, & ex eodem facto, secùs si inter diversas & ex alia causa.*
37. *An Liber in una parte acceptatus in omnibus acceptari debeat, diversi dantur casus, & qui illi.* num. 41. & seqq.
38. *Ex Administrationis unitate non sequitur, facta unius Administrationis unita, & non separata esse.* & num. 40.
39. *In unius negotii administratione plures & diversi separatique actus quotidie occurrunt.*
41. *Liber Rationis inter diversas Personas, & in diversis Negotiis connexitatem non habet.*

 42. *Res*

42. *Res inter alios acta aliis non facit prajudicium.*
43. *Si contineat Liber unum negotium, ad multas Personas pertinens, approbatus ab uno, à reliquis reprobari potest.*
44. *Acceptans Librum in uno negotio, non tenetur ipsum acceptare in negotio alio, ab isto diverso.* & num. 46.
45. *Acceptare tamen cogitur, si actus in Libro positi sint uniti, & ex eodem negotio fluentes.*
47. *Una sola Parcella inter easdem Personas, & ex eadem causa in Libro Rationum descripta, in totum acceptari debet.*
48. *Responsio ad Libellum articulatum qualificata, aut cum ista qualitate acceptanda, aut in totum rejicienda est.*
49. *Idem dicendum est de Juramento, cum adjecta qualitate praestito.*
50. *Alterâ Capitulorum connexorum parte approbatâ licet, altera nihilominus reprobari potest, si, hanc falsam esse, probari possit.*
51. *Casus, quibus Dd. connexorum materiam explicant, non omnes ad Rationum Libros extendi possunt.*
52. *Reditus certi vel incerti, ordinarii vel extraordinarii, ad acceptorum Catalogum relati, in dubium vocari non debent, etiamsi Administrator Expensas probare non possit.*
53. *Nisi ita sint connexa, ut, uno posito, alterum necessariò sequatur, adeoque negari nequeat.*
54. *Rationes à Viro integrae opinionis, propriâ manu scripta, si data & acceptâ cum causa obligationis contineant, accedente Juramento, probant.*
55. *Modò Annus & Dies adjectus fuerit, & Liber verisimilia contineat, tum etiam probandi difficultas accedat.*
56. *Schedula, in Rationum Libro reperta, ne quidem praesumptionem inducit pro Scribente.*
57. *Et nihil probat ipse Liber, si die & consule careat.*
58. *Si de traditione rerum, in Libro descriptarum, constet, circa quantitatem statur Juramento Scribentis.*
59. *Libri Socii inter Socios probant.*
60. *Sicuti & Liber Officialis à publico deputati.*
61. *Liber Rationum contra Scribentem probat.*
62. *Etiamsi non sit solemnis.*
63. *Sive praesente sive absente alterâ parte scriptus sit.*
64. *Sive dies insertus sit sive non, omissis licet etiam Solemnitatibus, in Libro Rationum necessariis.*
65. *Culpa Administratoris, omittentis diem & consulem, Scribenti non prodest.*
66. *Probat Liber Rationalis contra ipsum, etiamsi per tertium scriptus sit.*

67. *Modò*

67. *Modò Librum pro suo agnoscat & habeat.*
68. *Et tunc fidem facit, etiamsi Scribens sit homo levis vitæ.*
69. *Nec obest, si rationalis inficias eat, ex suo mandato rem controversam scriptam esse, nisi suam assertionem probaverit.*
70. *Illud, quod meâ manu in tuo Libro scriptum reperitur, pro me facit probationem.*
71. *Administratoris Liber etiam contra ipsius hæredes probat.*
72. *Sine expressione causæ nec Confessio, nec ulla Scriptura, admittitur.*
73. *Omissâ ergo causâ, ne quidem contra Scribentem Rationum Liber inducit probationem.*
74. *Sufficit tamen, saltem præsumptam vel conjecturalem causam ab Actore doceri, vel ex præcedentibus de causa constare.*
75. *Stipulatio & promissio sine causa valet, si causa præcessit, ad quam referri possit.*
76. *Pactum liberatorium sine causa admittitur.*
77. *Liber Rationum causâ carens semiplenè probat.*
78. *Satis quoque est, Actorem causam in processu docere.*
79. *Non probat Rationum Liber contra Scribentem, si contrarium Administrator probare possit, & se erroneè scripsisse.*
80. *Is, qui Rationum Libro semel contradixit, eundem pro se allegare nequit.*
81. *Quod quis semel oppugnavit, isto postea se juvare non potest.*
82. *In positione negata Reus nec fundamentum ponere, nec Libelli contenta, in controversiam vocata, postea acceptare potest.*
83. *An & quando quis ex actu impugnato commodum sentire possit? remissivè.*
84. *Liber Rationum contra Administratorem non probat, si Librum suum esse neget.*
85. *Nisi literarum comparatione mendacii argui, vel probari possit, Librum penes negantem repertum fuisse.*
86. *An Scripta in Schedula, vel rejectanea charta, pro Scribente probent? distinctione absolvetur.* & num. 87. 88.
89. *Non probare Librum Rationum unum tantùm actum continentem, & juxta formam Juris non confectum.*
90. *Nec fidem quoque facere Codicem alicujus privati, vult Baldus cum aliis.*
91. *Rejicitur tamen hæc doctrina.*
92. *Si in uno Libro accepta tantùm, in alio verò à priori separato Expensa fuerint annotata, duo hi Libri pro uno reputantur, & contra Scribentem probant.*
93. *Liber contra Scribentem allegatus, aut in totum acceptandus, aut in totum reprobandus est.*
94. *Rationum Liber pro tertio contra tertium fidem non facit.*
95. *Semiplenam tamen inducit probationem,* sed vide num. 97.
96. *Id est, aliqualis ex isto Libro inducitur præsumptio.*
97. *Sed non talis, ut istum Librum producenti Juramentum Suppletorium deferri possit.*

98. *Testi injurato, etiam in maxima dignitate constituto, non creditur.*
99. *Hujusque depositio nudam tantum facit præsumptionem.*
100. *Idem igitur de Libro tertii, contra tertium producti, statuendum est.*
101. *Liber Rationum, à publica Persona confectus, an & quando probet? remissivè.*

1. LUculenter adeò & diffusè explicata est hæc quæstio ab Alexand. Trentacinquio, Mascardo & Nicolao de Passeribus *in locis infrà citandis*, ut actum agam, si ultra ea, quæ Authores modò laudati laboriosè posteritati reliquerunt, nova folia duplicare conarer. Brevitati igitur litans, per summa tantùm rerum capita procedam, & assertiones in Praxi frequentiores, recentissimis duntaxat Doctorum Authoritatibus, quantum fieri potest, confirmabo.

2. In tres igitur partes scindendus est hic casus: Aut enim quæritur 1. An Rationum Codex pro Scribente: 2. An contra ipsum: aut 3. An pro tertio fidem faciat?

3. Primo casu firmissima ponenda est Regula, Rationum Librum pro Scribente, id est, illo, qui Administratoris Officio functus est, aliâ probatione deficiente, fidem nullam facere, *l. 5. Cod. de probation.* & *l. 6. Cod. eod.* ubi, sæpe rescriptum esse, dicit Imperator, Rationes defuncti, quæ in Bonis ejus inveniuntur, ad probationem sibi debitæ quantitatis solas sufficere non posse. Imò exemplo perniciosum esse, ei Scripturæ credere, quâ unusquisque sibi adnotatione propriâ Debitorem constituit, *l. 7. Cod. eod.* & hanc conclusionem amplectuntur Interpretes, quos ego vidi, indifferenter omnes, omissis antiquioribus, ita docet Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 976. num. 1.* Fulvius Pacian. *eod. tractat. lib. 1. cap. 63. num. 18. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 1. Practicar. Conclus. 36. num. 40.* Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 1. constitut. 17. definit. 34. num. 3.* Matth. Wesenbec. *consil. 120. num. 27. & seqq.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 34. num. 49.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. quæst. 1. num. 6. & seqq.* Johan. Cephal. *consil. 476. num. 5.* & *consil. 508. num. 21. & 22.* Riminald. Jun. *consil. 132. num. 17.* Vincent. Caroc. *decis. 104. num. 10.* Stephan. Gratian. *Decis. March. 137. num. 1.* & hoc apud omnes receptissimum esse, testatur Rota Genuens. *decis. 135. num. 5.* nec ab hac opinione esse recedendum, Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 2. tit. de Probation. resolut. 7. num. 17. vers. Secundus casus est.* Hector Capyc. Latro *lib. 1. decis. 113. num. 17.*

4. Ampliatur Conclusio & adhuc vera est 1. etiamsi Adversarius Rationum Libro pro se utatur, & Librum ejusmodi contra Scribentem producat, *l. 26. §. fin. ff. depositi.* Ernest. Cothman. *volum. 4. respons. 10. num. 30.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 36.* Schrader. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejurand. num. 268.*

Amplia-

Ampliatur 2. etiamsi hoc debitum non tantùm in uno Libro Rationum, sed etiam in pluribus ejusdem rationalis scriptum reperiatur, adhuc enim pro Scribente fidem non facit, Schrader. *in dict. l. admonendi. 31. num. 268. vers. Secundò extenditur.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 35.* Alexand. Trentacinq. *dict. variar. Resolut. 7. num. 31. vers. Infertur etiam.* ubi ex Cravetta & Socino concludit, plures Libros simul junctos, in quibus aliquid scriptum est de eadem re, fortiùs quidem probare, sed non in favorem Scribentis. 5. 6.

Limitatur autem, & fallit Regula multis modis, & quidem primò, plenè probat Rationum Codex in his, quæ à sola & nuda voluntate Scribentis dependent, puta si scripsit, se expendisse animo repetendi, *l. 34. ff. de negot. gest.* Matth. Berlich. *part. 1. Practicar. Conclus. 36. num. 40.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 10. definit. 23. num. 4. & seqq.* & *lib. 6. Respons. Jur. Electoral. 71. num. 3.* Alexand. Trentacinq. communem dicens *dict. resolut. 7. num. 12.* Capell. Tholosan. *quæst. 497. num. 1.* omnes ita tenere, affirmat Francisc. Vivius *Neapolitan. Decis. 456. num. 11.* Mascard. *de Probation. dict. conclus. 975. num. 72.* plurimos adducit Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 38.* ubi verissimam hanc Limitationem vocat. 7.

Declaratur hæc Limitatio, ut non sit vera, quando in Libro talia scripta sunt, ex quibus actus cum alio celebratus impugnatur, Mascard. *dict. conclus. 975. num. 73.* Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 12. vers. Primus est.* 8.

Limitatur 2. Plenè probat Liber Rationum pro Scribente, quando Consuetudo vel Statutum illi fidem tribuit, Nicol. Boër. *decis. 105. num. 4.* Wurmser. *lib. 1. Practicar. Observat. tit. 17. observat. 3. num. 2.* Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 2. lib. 5. cap. 9. num. 8.* Matth. Berlich. *part. 1. Practicar. Conclus. 36. num. 42.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 91. num. 16.* Didac. Covarruv. *lib. 1. Practicar. Quæst. 22. num. 8. circa fin.* Francisc. Bursat. *consil. 87. num. 7.* Riminald. Jun. *consil. 52. num. 102. & seqq.* & tale Statutum extendit vires etiam extra Territorium suum, & ubique probat, modò Liber non sit scriptus extra Territorium Statuentium, fortè in loco, in quo tale Statutum, quòd Rationum Libro credatur, non est receptum, Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 23. vers. Secundò ampliatur.* Mascard. *dict. conclus. 975. num. 20. & seqq.* 9. 10.

Non admittenda est Limitatio, si in Libro reperiatur aliquid scriptum, quod non sit de pertinentibus & spectantibus ad Officium Scribentis, ut si Mercator Pannorum scriberet, de deposito, nam, tunc Statutum vel Consuetudo ad hunc casum non extenditur, & consequenter fides Libro non adhibetur, Jason. *volum. 1. consil. 103. num. 5.* Roland. à Valle *volum. 3. consil. 92. num. 8.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. lib. 1.* 11

cas.

caſ. 91. num. 23. Maſcard. *de Probation. concluſ. 975. num. 41.* Alexand. Trentacinq. *variar. Reſolut. lib. 2. tit. de Probation. reſolut. 7. num. 25.* Hinc eſt, quòd Statutum, diſponens de plena fide adhibenda Theſaurario, non procedit, quando tractatur de materia non Pecuniaria, & ad officium ejus non ſpectante, Horatius Mandoſius *ad Roman. conſil. 319. lit. A.* Roland. à Valle

12\.

13\. *dict. conſil. 92. num. 12.* Hinc etiam Decretum, de dando fidem Libris Hebræorum, intelligitur de pertinentibus ad Hebræos, puta de mutuando Pecunias pro Pignoribus, & illis non crederetur, ſi de aliis rebus ſcripſiſſent, Octav. Cacheran. *Pedemontan. Deciſ. 72. num. 10.* Alexand. Trentacinq. *dict. reſolut. 7. num. 25.*

14 Non admittenda eſt 2. quando in Libro Rationum, ſeu Parcellis in eo deſcriptis, non eſt appoſitus Annus, Menſis & Dies, Roland. à Valle *dict. conſil. 92. num. 14.* Trentacinq. *dict. reſolut. 7. num. 26.*

15\. Non admittenda eſt 3. ſi Officialis, Mercator, vel alius, Rationum Codices conficiens, non eſt Perſona fide digna, ſed reputationis & famæ ſiniſterioris, vel in aliqua Parcella ipſe Liber eſt reprobatus, Roland. à Valle *dict. conſil. 92. num. 15.* Trentacinq. *citat. reſolut. 7. num. 27.*

16\. Præterea ad hoc, ut talibus Libris, à Statuto vel Conſuetudine approbatis, fides adhibeatur, plura requiruntur, ad longum enarrata à Trentacinq. *dict. reſolut. 7. num. 28.* ubi duodecim notabilia requiſita recenſet, & aliqua quoque adducit Maſcard. *dict. concluſ. 975. num. 26. & aliquot ſeqq.*

17\. Limitatur 3. ſi ſcripta in Libro Rationum ſunt admodum veriſimilia, & habent probabiles conjecturas vel præſumptiones, tunc illis etiam pro Scribente, accedente tamen ipſius Juramento, plenè creditur. Exemplum eſſe poteſt, in Tutore aliòve Adminiſtratore, in Libro Rationum ſcribente, Expenſas Alimentorum Pupilli, vel Familiæ: vel quòd exſolvit mercedem Præceptoribus Pupilli, de cujus progreſſu apparet, vel quòd reſtauraverit Ædificium, aut ſimile quid fecerit: Cùm enim illa ſine Expenſis fieri minimè poſſint, *l. fin. Cod. de aliment. Pupill. præſtand.*

18\. conſideratâ certè veriſimili qualitate facti, & quantitate Expenſarum, credendum eſt dicto ſoli Libro pro Scribente, ſaltem cum ejus Juramento, Jaſon. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejurand. num. 125.* Schrader. *ibid. num. 268. verſ. Quartò prædicta.* Joachim. à Beuſt. *num. 1025.* Alexand. Trentacinq. *dict. reſolut. 7. num. 16.* ubi in hac re multùm arbitrio Judicis tribuendum eſſe dicit Nicol. de Paſſeribus *dict. quæſt. 1. num. 56. & aliquot ſeqq.* Joh. Cephal. *conſil. 631. num. 8.* Cravetta *conſil. 73. num. 41. conſil. 158. num. 9. conſil. 258. num. 18. conſil. 275. num. 8. & conſil. 384. num. 10.* Tiber. Decian. *volum. 2. reſponſ. 51. num. 74.* Johan. Petr. Surd. *conſil. 543. num. 6.* Hippolyt. Riminald. Jun.

Jun. *consil. 489. num. 19. & 24.* Cæsar Ursill. *in Notis ad Afflict. decis. 40. num. 18.* Franciſc. Vivius *decis. 6. num. 8.* Maſcard. *dict. conclus. 975. num. 82. & 95.*

Requiritur autem præter veriſimilitudinem 1. Juramentum, uti dictum eſt, addo Riminald. Jun. *dict. consil. 489. num. 22. & 23.* ubi plures adducit Nicol. de Paſſeribus *dict. quæſt. 1. num. 59. & aliquot seqq.* 19.

2. Difficultas Probationis, Jaſon. *in dict. l. admonendi. 31. num. 125.* Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 16. verſ. Hæc declaratio.* Vincent. Caroc. *decis. 104. num. 6.* ubi in facti contingentia ſe reſpondiſſe dicit, cùm Famulus ageret contra Dominum, & Salarii ſolutionem urgeret, replicaſſet verò Dominus, ſe ſolviſſe pluribus vicibus partem, modò in conclavi, modò aliis in locis, abſentibus Teſtibus, cùm Famuli à communiter accidentibus ſint pauperes, & ſæpius egeant pecuniâ, meritò Domino in hiſce parvis eſſe adhibendam fidem. 20.

Requiritur 3. ut de iſta veriſimilitudine Judici conſtet per probationes, & non per divinationes, Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 16.* ubi dicit, conjecturas veriſimiles eſſe, qualitatem Cauſæ, & Perſonarum, facultatem Bonorum, legalitatem Scribentis, conſuetudinem Loci & Familiæ, & ,ut Expenſæ non ſint exceſſivæ, reſpectu virium, & qualitatis Patrimonii, cujus Bona adminiſtrantur, tum etiam, ut Scribens ſit bonæ famæ, & in aliis perſonis ſimilis conditionis & Patrimonii talis Expenſæ fieri conſueverint. 21. 22.

An autem ſtante iſta veriſimilitudine, & probationis difficultate, omiſſô Juramentô, plenè Rationis Libro ſit credendum, ſi rationalis mortuus ſit, ita, ut hoc caſu mors in locum jurisjurandi ſuccedat, quæri poteſt? Ita quidem voluit Philip. Decius *in cap. 2. num. 38. de fide Instrumentor.* Sed hanc opinionem non admittit Nicol. de Paſſeribus *dict. quæſt. 1. num. 65.* præterquam in illis, quæ quis non vivus & ſanus duntaxat ſcripſit, ſed quorum ſimul etiam moriens fecit mentionem. Sed quia hæc quæſtio ab illa dependet: An & quando Libro defuncti credatur, & quam faciat probationem, procedendum eſt ad ulteriores Regulæ traditæ Limitationes. 23.

Limitatur ergò 4. quamvis Liber Rationis defuncti, ſi is homo fuerit legalis & bonæ famæ, & Liber contineat data cum acceptis, plenè non probet, pro ejus tamen hærede ſemiplenam facit probationem, Paul. Chriſtinæ. *volum. 1. Decis. Cur. Belg. 143. num. 9. & seqq.* Cothman. *volum. 4. respons. 9. num. 43. & seqq.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 5. num. 5.* Franciſc. Vivius *decis. 114. num. 11. & 12.* Stephan. Gratian. *decis. 84. num. 16. & seqq.* Maſcard. *de Probation. conclus. 975. num. 3. & 4.* Johan. Petr. Surd. *decis. 103. num. 5. & decis. 199. num. 2.* Pariſ. *volum. 4. consil. 7. num. 25.* Nicol. de Paſſeribus *dict. quæſt. 1.* 24.

 num.

num. 16. & aliquot seqq. Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 14.* Riminald. Jun. *consil. 358. num. 14. consil. 665. num. 6.* & *consil. 906. num. 18.* Nicol. Boër. *decis. 105. num. 3.*
25. adeò, ut aliis firmatus adminiculis, puta Testibus, vel Juramento Suppletorio, plenè probet Daniel Moller. *Semestr. lib. 4. cap. 44. num. 11. & seqq.* Gail. *lib. 2. observat. 20. num. 4.* & *observat. 43. num. 6.* Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 2. lib. 5. cap. 13. num. 5. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 1. Practicar. Conclus. 36. num. 42.* atque ita conclusum & decisum fuisse, in casu Petri de l'Apostole, qui fuerat integræ famæ, & vera scribere consueverat, testis est Paul. Christinæ. *dict. decis. 143. num. 15. 16. & 17.* confer. Guidon. Papæ *Decis. Gratianopolitan. 441.* Nicol. Boër. *decis. 105. num. 5.* Mascard. *de Probation. conclus. 965. num. 8. & 74.* Nicol. de Passeribus *lib. 4. quæst. 1. num. 32.* consentit
26. Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 15. vers. Prima est.* ubi vult, si scribens fuit homo legalis, Vir bonus, bonæ conditionis & famæ, semiplenam ex Libro Rationum oriri probationem, ideoque sufficere unum Testem, vel Juramentum hæredis in supplementum, si scire posset veritatem, plenam verò facere dictum Librum probationem, quando ultra Librum, & legalitatem Scribentis, alia adminicula concurrunt.

27. Interim tenendum est, ad hoc, ut mortui Liber sufficientem faciat probationem, non sufficere, esse Scripturam continentem tantùm de-
28. bitum, Paul. Christinæ. *volum. 1. Decis. Cur. Belg. 143. num. 11.* Verùm requiritur, ut habeat formam debitam Rationum, data scilicet & accepta, debita & credita, Joseph. Mascard. *dict. conclus. 975. num. 7.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 39. num. 52. & 53.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1.*
29. *num. 31.* Imò sex sequentia omninò necessaria sunt: 1. quòd Administrator fuerit homo legalis & bonæ famæ; 2. quòd propriâ manu scripserit; 3. quòd veritatem scribere consueverit; 4. quòd causam in Libro addiderit; 5. quòd in eodem Libro aliquid contra se scripserit; & denique 6. quòd ex verisimilibus circumstantiis præsumi possit, esse verum, quòd per eum scriptum reperitur, utpote habito respectu ad tempus debiti contracti, locum Contractus, & si quæ sunt similia, Trentacinq. *dict.*
30. *resolut. 7. num. 15.* adeò ut in hac materia multùm tribuendum sit arbitrio Judicis, prout censet Christinæ. *dict. decis. 143. num. 12. & 16.*

31. Limitatur 5. si agatur de parva vel modica quantitate, tunc enim ipsi Rationum Libro, juncto Administratoris Juramento, plenè credendum est, Josephus Mascard. *de Probation. conclus. 975. num. 13. 58. & 96.* Nicol. de Passeribus, qui plures allegat *dict. quæst. 1. num. 66. 67. & 68.* Riminald. Jun. *consil. 52. num. 153.* & *consil. 488. num. 27. & 28.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 91. num. 17. & 18.* Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 2. tit. de Probation.*
32. *resolut. 7. num. 17.* Hector Capyc. Latro *lib. 1. decis. 113. num. 25.* Sed & hoc casu

casu requiritur, ut Liber Rationis sit confectus solemniter, Mascard. *dict. conclus. 975. num. 13.*

Limitatur 6. in connexis. Nam si in Libro Rationum reperiantur plura Capitula connexa & individua, quæ commodè separari non possunt, & aliqua sunt pro Scribente, aliqua verò contra ipsum, si Adversarius velit talem Librum allegare contra Administratorem, tenetur etiam eundem approbare pro Scribente, Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 162. num. 4.* ubi in causa Testamenti, & quòd pro parte approbari, & pro parte reprobari non possit, judicatum fuisse dicit Francisc. Vivius *decis. 32. num. 9. cum seqq.* Mascard. *de Probation. conclus. 975. num. 79.* Passeribus *dict. quæst. 1. num. 70.* 33. 34.

Interim in Judicis arbitrio residere hanc totam disputationem, an is, contra quem Liber à Scribente producitur, teneatur illi Libro credere tam pro se, quàm contra se, vult Mascard. *dict. conclus. 975. num. 8.* Trentacinq. *citat. resolut. 7. num. 18.* faciunt tradita à Berlich. *part. 1. Practicar. Quæst. 36. num. 44.* ubi *ex l. 29. §. 1. ff. de minor.* & *l. 26. §. ult. ff. depositi.* docet, si Liber Rationum continet recepta & soluta inter easdem Personas, & ex eodem facto, tunc istum Librum plenam probationem facere, etiam pro Scribente, secùs si contineat facta, data & accepta, soluta & recepta diversa, quæ ex alia causa, & facto promanant. 35. 36.

Nec ignorandum est, ad cognoscendum, an Liber in parte acceptatus, in alia quoque vel acceptari vel reprobari possit, diversos dari casus, diligenter expositos à Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. dict. cas. 93. num. 4. & seqq.* ex quo Authore eosdem postea mutuarunt alii, & quidem nominatim Munnoz de Escobar. *de Ratiocin. cap. 13. num. 4. & seqq.* Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. quæst. 2. per tot.* Illud monere volui, unitatem & conjunctionem Administrationis non facere, quo minùs separata possint esse negotia. In una enim vel Tutelæ vel alius Negotii Administratione plures & diversi actus, ex diversis causis quotidie contingere solent, ut emendo, mutuando, elocando, & his similia; Sed hinc non infertur, Membra sive Capitula, de empto fundo, aliâve re rationi inserta, esse connexa Capitulis de dato mutuo, Escobar. *dict. cap. 13. num. 22. vers. Advertendum tamen.* Hector Capyc. Latro *lib. 1. decis. 113. num. 20. & seqq.* Fulvius Pacian. *de Probation. lib. 1. cap. 28. num. 29.* ubi ponit quæstionem, an ex eo, quòd sit unica Administratio, dicantur illius unicæ Administrationis Capitula connexa, &, relatis Rationibus & Doctorum authoritatibus, in contrarium facientibus, concludit *num. 30.* unitatem Administrationis non facere, quo minùs separata possint esse Capitula, & tandem *sub num. 33.* docet, aut nos loqui de connexione in genere, 37. 38. 39. 40.

 & tunc

& tunc omnia Capitula posse dici connexa: aut in specie, & tunc Capitula separata dici, quamvis unica sit Administratio. Eandem distinctionem sequitur Hector Capyc. Latro *dict. decis. 113. num. 22. & 23.* & Escobar. *dict. cap. 13. num. 23. vers. Sit igitur.*

Casus autem à præfatis Doctoribus relati, ut eos in compendio & obiter adducam, sunt sequentes.

41. Primus: quando agitur de integro Libro Rationum inter diversas personas de diversis negotiis: Et hoc casu dicunt, dubium non esse, si quis unius Libri partem approbaverit, quòd Liber approbatus non sit
42. quoad alias: Nam, res inter alios acta, aliis non facit præjudicium, & cessat omnis connexitatis ratio, & causa, ita Menoch. *dict. cas. 93. num. 4.* eumque secutus Escobar. *dict cap. 13. num. 4.* & Nicol. de Passeribus *lib. 4. quæst. 2. num. 14. & 15.*

43. Secundus: quando agitur de toto Libro Rationum inter multas personas, de uno tamen negotio, ad omnes simul pertinente. Puta, quando plures Socii habent unum negotiorum gestorem, vel institorem ad unum negotium, veluti negotiationem Lanæ vel Panni: Istius gestoris Liber ab uno solo approbatus, reliquis, tale nihil agentibus, non præjudicat, ita post Alexand. *volum. 2. consil. 186. num. 2.* Menoch. *dict. cas. 93. num. 5. & 6.* Escobar. *dict. cap. 13. num. 5. & 6.* Passeribus *citat. quæst. 2. num. 16.*

44. Tertius: quando agitur de Libro Rationum integro, ex diversis negotiis & causis, inter easdem tamen Personas: tunc, qui aliqua Capitula Libri pro se approbavit, propterea non obligatur alia Capitula diversa, & contra se facientia, approbare. Exemplum ponitur in Titio, qui scripsit paginâ Libri primâ, se debere Sempronio centum ratione mutui, paginâ deinde sextâ asseruit, Sempronium sibi ex causa venditionis in ducentis obligatum esse. Sempronius, si prioris paginæ contenta pro se facientia acceptet, propterea tamen cogendus non est, ut illa, quæ paginâ sextâ in sui præjudicium annotaverat Titius, vera esse fateatur, Menoch. *dict. cas. 93. num. 7. 8. & 9.* Escobar. *citat. cap. 13. num. 7. 8. & 9.* Passeribus *quæst. 2. num. 18. 19. 20. 21. & 22.*

45. Quartus: si quæstio sit de Libro Rationum integro inter easdem Personas, ex eodem negotio à Scribente tractato nomine Adversarii: Puta Administrator Reipublicæ vel Tutor Pupilli & hisce similes, in Codice Rationum, de Administratione ad se pertinente confecto, unâ Libri parte omnia nomine sui Principalis accepta, alterâ ista, quæ diversis modis, causis ac temporibus à se expensa sunt, annotavit: Hoc casu, si Dominus ad suam utilitatem scripta acceptat, & ista quoque, quæ in

Expen-

Expensarum Catalogo, & contra se scripta esse reperiuntur, acceptare tenetur ita *ex l. 16.* quæ meo judicio in aliis terminis loquitur, & ad hunc casum parùm facit, *ff. de administrat. tutor.* Menoch. *dict. cas. 93. num. 10. & 11.* Escobar. *cap. 13. num. 10. 11. & 12.* Passeribus *dict. quæst. 2. num. 23. & quinque seqq.*

Quintus cum Tertio unus & idem est, nisi quòd in exemplo superiùs allegato confessionis Titii, de mutuo à Sempronio accepto, & venditionis Sempronio à Titio factæ, non in diversa pagina Libri Rationis, uti suprà, sed in eadem mentio facta sit, meritò ergò eadem, quæ suprà, facienda est conclusio, scilicet, quòd approbans Librum in hac parte, non censeatur propterea approbasse in illa, Menoch. *dict. cas. 93. num. 12. & 13.* Escobar. *cap. 13. num. 13.* Passeribus *quæst. 2. num. 29. 30. & 31.* 46.

Sextus: quando agitur de una sola Parcella in Libro Rationum, scripta inter easdem partes, ex eadem causa, & eodem tempore, puta, fatetur Administrator se centum habere mutuo à Sempronio, eandem tamen Summam se restituisse ex mandato mutuantis Ambrosio. 47.

Hoc casu contra Mathesilanum communiter eò itum est, utramque Scripturæ partem, tam quæ pro, quàm quæ contra facit, aut acceptandam aut repudiandam esse, Menoch. *dict. cas. 93. num. 14. & seqq.* Escobar. *cap. 13. num. 14.* Passeribus *quæst. 2. num. 32. & seqq.* pro hac decisione facit vulgat. *l. publia. 26. §. fin. ff. depositi.* quam confirmat Theorica, 48.
quòd si quis respondeat Positionibus & Libello articulato, ab Adversario proposito, & unam positionem fateatur, adjectâ tamen qualitate: Illa responsio vel in totum acceptari vel in totum rejici debeat, post Socin. & Bellon. Menoch. *dict. cas. 93. num. 24.* Idem quod si quis delato 49.
sibi Juramento non simpliciter, sed itidem adjunctâ qualitate respondeat, responsio hæc similiter in totum approbanda, vel repudianda sit, post plures relatos Menoch. *loco citato num. 25.*

Hic sextus casus limitatur, & verus non est, quando Actor illa, quæ 50.
in Libro Rationum, puta de mutuo à se dato, pro se scripta sunt, acceptare, quæ verò contra se, id est, de facta hujus mutui solutione adjecta inveniuntur, per contrariam probationem enervare paratus est. Vel etiam, si qualitati confessioni adjectæ præsumptio aliqua adversatur, vide Menoch. *dict. cas. 93. num. 33. usque ad fin.* adde Nicol. de Passeribus *citat. quæst. 2. num. 38. & seqq.*

Hi sunt casus, quibus citati Doctores connexitatis materiam expli- 51.
care multo studio laborarunt. An autem omnes, si Rationum Libros in specie spectes, ex Legum fundamentis defendi possint, ego certè plurimum dubito.

52. Ex Praxi & passim ubivis notâ Consuetudine ignotum non est, Reditus esse vel certos vel incertos, ordinarios vel extraordinarios. Illi quotannis sine augmento vel decremento recurrunt, & merito à nolente etiam Administratore, cum hisce ad Rationum accepta relati, postea negari non possunt: Expensarum verò alia est ratio, aliud judicium. Hæ ab Administratore aut probandæ, aut ab Expensarum Catalogo separandæ, & prorsus eliminandæ sunt, uti superiùs in loco de Expensarum probatione, luculenter probatum dedi, nec in arbitrio & facultate est rationalis, Expensis, propter probandi impossibilitatem, rectè in dubium vocatis, acceptorum quoque, & illorum, quæ nomine sui Principalis de die in diem accepit, quæstionem movere, & Dominum longo processu & probationis difficultate contra scientiam & conscientiam fatigare: & ita quidem, quantum ego sciam, regulariter Praxis habet.

53. Regulariter dixi, certum enim est, dari multa accepta & expensa, se ita quasi mutuò respicientia atque adeò connexa, ut illorum occasione Reditus, ad acceptorum Rubricam relati, ab Administratore optimo Jure negari possint, casu, quo Dominus expensa istis parallela, & inseparabilem communionem cum allegatis, & in Rationum Libro positis Reditibus, habentia, absque probatione non vellet admittere: Exemplum esse potest, si recepisse se fateatur Administrator tot modios Frumenti, ex Agris ad Dominum spectantibus, hoc Anno, eodem autem Anno dicat, pro Cultura eorundem Agrorum, pro Trituratione, pro Fructibus demetendis, se tantùm expendisse: Hoc casu, licet verum esse fatear, Expensarum quantitatem Apochis productis in Summis magnis docendam esse, hoc tamen addo, deficiente etiam probatione, & Quietantiis cessantibus, definiendam esse discreti Judicis arbitrio, quantum verisimiliter pro colendis Agris, colligendis & triturandis Fructibus Administrator expendere potuisset, atque ita connexitatis ratio in hisce & similibus casibus omninò sequenda esset.

54. Limitatur 7. Liber Rationum pro Scribente semiplenè probat, si is fuerit homo integræ opinionis, & Rationes propriâ manu conscripserit, in illisque Libris data & accepta contineantur, & causa obligationis exprimatur, adeò, ut producenti Juramentum Suppletorium deferri possit, Gail. *lib. 2. observat. 20. num. 2. & seqq.* Anton. Hering. *de Fidejussor. cap. 20. §. 1. num. 17. & seqq.* Wurmserus *lib. 1. tit. 17. Observat. Pract. 3. num. 1. & seqq.* Guido Papæ *Decis. Gratianopolitan. 441. per tot.* Rutger. Ruland. *de Commissar. part. 2. lib. 5. cap. 13. num. 8. & seqq.* Matth. Berlich. *part. 1. conclus. 36. num. 46.*

55. addo ego, requiri quoque designationem Anni, Mensis & Diei, verisimilitu-

militudinem quoque illius, quod scriptum est, & deinde probandi difficultatem, hæc omnia si cum Juramento concurrant, Liber plenam facere potest fidem, per ea, quæ dicta sunt hoc casu, *num. 19. & seqq.* &, ita de facto judicatum fuisse, testatur Hartman. Pistor. *Observat. 86. per tot.*
Planè, Memoriale vel Schedula in Rationum Libro reperta ne quidem 56.
præsumptionem pro Scribente induceret, Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 84.* ubi *num. seqq. & num. 80.* idem de ipso Originali Libro die ac con- 57.
sule carente statuit, nisi justa & probabilis causa Judicem in contrarium movere possit.

Limitatur 8. si apparet, Mercatorem, v. gr. tradidisse Merces, tunc, 58.
si dubitatur de quantitate, an credendum sit Libro, si Scribens Juramento suam assertionem probare paratus sit? distingui solet inter Summam parvam & magnam, an Debitor negaverit debitum, vel an quantitatem illius, de qua materia videndus Cravetta *de Antiquitat. Tempor. part. 1. sect. vidimus & abundè. num. 9. & seqq.* Joseph. Ludov. *decis. 100.* & post hos latiùs Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 20.*

Limitatur 9. in Libris Sociorum. Sed quia hæc limitatio non est 59.
hujus loci, igitur latissimè videndi, Nicol. de Passeribus *dict. lib. 4. rubr. de Libr. Ration. alicujus Societat.* Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 21.* & plures ab hisce allegati.

Limitatur 10. in Libris Rationum Officialis, de publico deputati, 60.
de quibus latissimè Nicol. de Passeribus *dict. lib. 4. quæstione singulari, de hac materia agente.* Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 22.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 84. num. 5. & seqq. controvers. 512. num. 11.* & *controvers. 537. num. 14.*

Secundus casus in principio propositus est, an Liber Rationum con- 61.
tra Scribentem firmam inducat probationem, quod quidem ex communi Interpretum opinione affirmandum est. Verisimile quippe non est, quòd quis contra se aliquid facilè scribat, & falsa esse illa, quæ in Libro suo consignavit rationalis, Bartol. Alexand. Castrens. Jason. Ripa, Bolognet. Dec. Bald. Cravett. Aretin. & alii, quos refert & sequitur Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 2. tit. de Probation. resolut. 7. num. 1.* plures addit Nicol. de Passeribus *de Scriptura privata lib. 4. quæst. 1. num. 95. & 96.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 976. num. 1.* Didac. Covarruv. *Practicar. Quæst. cap. 22. num. 8.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 39. num. 54.* Matth. Wesenbec. *consil. 120. num. 27. & seqq.* Borgnin. Cavalcan. *part. 1. decis. 38. num. 39.* ubi extendit, etiamsi Liber non esset solemnis, 62.
Jacob. Menoch. *consil. 23. num. 13. & seqq.* Bursat. *consil. 39. num. 34.* Cravetta *consil. 815. num. 14.* Andr. Fachine. *Controversiar. Jur. lib. 11. cap. 32. per tot.*

Exten-

63. Extenditur hæc conclusio sive Liber Rationis sit scriptus parte altera præsente, sive absente, Joseph. Mascard. *dict. conclus. 976. num. 8.* Alexand. Trentacinq. *citat. resolut. 7. num. 2.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 100.* qui omnes plures cum dissentientibus adducunt.

64. Extenditur 2. Sive in Rationum Libro insertus sit dies & consul sive non, sive solemnitates requisitæ intervenerint sive non, utroque enim casu contra Scribentem probat, Joseph. Mascard. *dict. conclus. 976. num. 11.* eandem opinionem contra alios contrarium defendentes amplectitur
65. Alexand. Trentacinq. *citat. resolut. 7. num. 5.* rationem hanc esse dicens, ne culpa, Diem, Annum, aut requisita alia omittentis, ipsi prosit, confer. Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 103.* Joh. Petr. Surd. *consil. 489. num. 20.* Borgnin. Cavalcan. *part. 1. decis. 38. num. 39.*

66. Extenditur 3. Et veram dices Regulam in Libro, qui non quidem propriâ Administratoris manu sed per alium scriptus est, Joseph. Mascard. *dict. conclus. 976. num. 6.* Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 3.* Ni-
67. col. de Passeribus *citat. quæst. 1. num. 104.* modò rationalis habeat Librum pro suo, tunc enim non excusatur, si dicat, se illum non scripsisse, vel scriptum esse contra ipsius voluntatem, quia utroque casu, quod in ejus Libro scriptum reperitur, de voluntate & mandato ejus scriptum esse præsumendum est, ita Alexand. Trentacinq. *citat. resolut. 7. num. 3.* & Joseph. Mascard. *dict. conclus. 976. num. 9.* Idque etiam tunc verum esse dicit
68. Nicol. de Passeribus *citat. quæst. 1. num. 106.* etiamsi is, qui, me mandante, conscripsit meum Librum Rationum, sit suspectæ atque profligatæ vitæ, ex doctrina Schrader. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejurand. num. 66.*

69. Extenditur 4. Etiamsi is, contra quem Liber proprius producitur, negaret, se partem Libri controversam, & contra se allegatam & productam, scripsisse, vel scribi mandasse, nisi evidenter contrarium docere posset, Schrader. *in l. admonendi. 31. ff. de jurejurand. num. 66. vers. Quintò extenditur.* Joach. à Beust. *in dict. l. 31. num. 1033.* Nicol. de Passerib. *dict. quæst. 1.*
70. *num. 108.* imò, si aliquid scriptum esset in Libro Adversarii meâ manu, cùm ejus voluntate scriptum fuisse præsumatur, facit ista manus meæ annotatio fidem pro me contra Adversarium, post Ripam & Raphaël. Cuman. Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 4.* Mascard. *conclus. 976. num. 10.* eosque secutus Passeribus *citat. quæst. 1. num. 109. & 110.*

71. Extenditur 5. Adeò vera est Regula nostra, ut talis Liber etiam probet non tantùm contra Administratorem, sed etiam contra ipsius Hæredes & Successores, Joseph. Mascard. *conclus. 976. num. 12.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 111. & 112.* ubi restringit.

Limi-

Limitatur autem Conclusio 1. Notum est in Jure, sine expressione 72.
causæ, neque confessionem, neque unicam vocem, neque Librum Rationum, neque aliam Scripturam, vel Instrumentum valere, *l. 14. Cod. de fide Instrumentor. l. 13. Cod. de non numerat. pecun.* ita quoque hîc, si in Ratio- 73.
num Codice debiti causa expressa non est, nemo negare potest, ex hoc Libro ne quidem contra ipsum Scribentem induci probationem, Joseph. Mascard. *conclus. 976. num. 16.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 114. & seqq.* Alexand. Trentacinq. *citat. resolut. 7. num. 6.* ubi addit, sufficere ad 74.
confirmationem Scripturæ, si causa præsumpta vel conjecturalis ab Actore doceri, vel ex præcedentibus de causa constare possit: Idem sequi videtur Joseph. Mascard. *dict. conclus. 976. num. 18.* & habet Rationem, omnis 75.
enim promissio vel stipulatio, eo non obstante, quòd causa omissa sit, valida nihilòminus & admittenda est, si causa aliqua præcessit, ad quam promissio referri potest, *l. 49. ff. de verbor. obligat.* Johan. Cephal. *consil. 108. num. 1. 2. & 3.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 470. num. 8. & lib. 3. præsumpt. 8. num. 8. & 9.* Johan. Goedd. latè *de Contrahend. Stipulat. cap. 3. num. 74. & seqq.* Anton. Hering. *de Fidejussor. cap. 10. num. 62.* Mantica *de tacit. & ambig. Convention. lib. 3. tit. 12. num. 44.* Theodor. Höpping. *consil. 1. pag. 17.* Jacob. Thoming. *decis. 30. num. 24.* vel si Pactum sit liberatorium, quod 76.
etiam sine causæ adjectione, valet, *l. 40. ff. de pactis.* Harprecht. *in §. 3. Institut. de exception. num. 15.* præterea Librum Rationum, causâ carentem, 77.
semiplenè probare contra Scribentem, docet ex Schradero *in dict. l. admonendi. 31. num. 266. vers. Secundò conclusio.* Nicol. de Passeribus *citat. quæst. 1. num. 121.* Arnold. à Reyger. *in Thesaur. Jur. verb. causa. num. 71.* sufficere 78.
quoque, si agens probet causam in processu, licet à principio non subsit, docet Adrian. Gylmann. *part. Decis. Rer. in Camera judicatar. 10. num. 16. in fine.*

Limitatur 2. si Administrator partem sui Libri contra se allegati 79.
ceu falsam redarguere, & docere possit, vel se vel Scribentem alium malè & erroneè scripsisse, tunc certè hæc sua asserta probatio audienda, & admittenda esset, Schrader. *in dict. l. admonendi. 31. num. 266. vers. Quartò prædicta.* Nicol. de Passeribus *citat. quæst. 1. num. 122. & 123.*

Limitatur 3. si pars Rationum Libro contradixisset semel, tunc 80.
postea conversâ rotâ isti Libro pro se stare, aut in suum favorem eum allegare non potest, Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 19.* Joseph. Mascard. *conclus. 967. num. ult.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 124.* & ratio est, quia, quod quis semel impugnavit, eo se postea juvare non 81.
potest, *C. ex eo, de Regul. Jur. in 6to. l. quæsitum. 40. ff. de acquirend. vel omittend. hæreditat. cum similib.*

Nn Et

82. Et hinc est, quòd ex positione, quam quis semel negavit, non possit se fundare. Vel si Reus neget contenta in Libello vera esse, non potest in illis fundamentum ponere, *C. cùm olim. 19. ✠ de Censib. circa fin. l. Papinianus. 8. §. meminisse. 14. ff. de inofficioso Testamento. l. qui falsas. 6. Cod. ad Leg. Cornel. de falsis. l. si exhæredatus. final. §. 1. de inofficioso Testamento. l. cùm quadam. 26. Cod. de Administrat. Tutor. l. 45. ff. de acquirend. vel omittend. hæreditat.* Bartol. *in l. post legatum. 5. num. 4. vers. quæro, adversarius. ff. de his, quæ ut indignis auferuntur.* Idem *in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. num. 4. vers. videndum est ergò. ff. de acquirend. vel omittend. possession.* Ægidius *conclus. 104. si facta.* allegatus à Felino *in C. super literis. num. 16. vers. Octava regula. de Rescript.* Baldus *in l. cùm precum. 9. Cod. de liberali causa.* Felin. *in C. Capitulum. num. 13. vers. confirmatur. & num. seqq.* & *in C. examinata. num. 3. de Judic.* ubi multa ad rem facientia posuit; Philip. Decius *in C. cùm venerabilis. num. 8. vers. hoc modò. & num. 26.* ubi tradit de eo, qui se fundat super eo, quod falsum dixit; Guido Papæ *quæstion. 182.* qui dicit, hanc esse communem opinionem;

83. Trentacinquius *dict. resolut. 7. num. 10.* Verùm de ista materia, an & quando ex actu impugnato commodum vel fructum quis sentire possit? videndus est latissimè Antonius Gabrielius *Commun. Opin. lib. 6. tit. de Regul. Jur. per tot.*

84. Limitatur 4. si is, contra quem Liber iste Rationum producitur, non unam particulam tantùm, sed totum Librum Rationum suum esse

85. inficietur, hoc certè casu plenè probare non potest, nisi Literarum comparatione mendacii argui possit negans, Schrader. *in dict. l. admonendi. 31. num. 266. vers. Primò enim.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 127. & 128.* Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 11.* ubi quoque limitationem non procedere dicit, si probari possit, Librum fuisse repertum penes Administratorem.

86. Limitatur 5. si quis aliquid non quidem in ordinarium Librum Rationum, in quo Debita & Credita reperiuntur, sed in Schedulam aliquam, vel Memoriale referat aut annotet, ista Schedula contra Scribentem nihil probare potest, etiamsi in Rationum Libro reperiatur, Jason. *in dict. l. admonendi. 31. num. 115. vers. Secundò limita. ff. de jurejurand.* Joseph. Mascard. *conclus. 977. num. 19.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 39. num. 53. & 55.* Alexand. Raudens. *Pisan. Decis. 14. num. 160.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 129. & 130.* Hieron. Gratus *volum. 2. respons. 122. num. 11.* & *respons. 132. num. 11.*

87. Rejicit hanc limitationem Decius *in cap. 2. num. 19. de fide Instrumentor.* eamque reprobat Schrader. *in dict. l. admonendi. 31. num. 266. vers. Secunda conclusio.*

Distin-

Diſtinguit ergò Alexand. Trentacinq. *dict. reſolut. 7. num. 7.* ut Decii 88.
& ſequacium opinio procedat, quando Scribens dictum Memoriale confitetur, ſe manu ſuâ ſcripſiſſe, & præcipuè illud, quod eſt contra eum, ut tunc probet, ſive ipſe Memoriale præſentet, ſive ad alterius Inſtantiam edatur. Nullam verò faciat fidem, ſi in Memoriali aliquid per alium, & non Adminiſtratorem ipſum eſt ſcriptum, vel ſi ipſe Scribens Debitorem ſe feciſſet incapaci.

Limitatur 6. ſi liber contineat non niſi unum actum tantùm, & 89.
Scriptura non eſſet facta in forma rationis: quoniam non prodeſt ad probandum Rationem, ſi confecta eſſet parte abſente, uti voluit Baldus *in rubrica Cod. de fide Inſtrumentor. num. 33. verſ. Si autem non eſſet.* Jaſon. *in dict. l. admonendi. 31. num. 115. verſ. Imò fortiùs.* idem *in l. rationes. 6. circa med. Cod. de probation.* Felinus *in cap. 2. num. 29. verſ. Fallit tertiò. de fide Inſtrumentor.*

Limitatur 7. in Libro alterius privatæ Perſonæ, non Campſoris, 90.
neque Mercatoris, ſed penes ſe, id eſt, domi ac privatim, non adſcito Tabellione, non præſente Adverſario, non rogatis Teſtibus, Librum Rationis conficientis, *l. inſtrumenta domeſtica. 5. Cod. de probation.* Felin. *in dict. cap. 2. num. 30. verſ. Fallit ſecundò. de fide Inſtrumentor.*

Utramque limitationem impugnat, & falſam eſſe dicit, Philip. De- 91.
cius *in dict. cap. 2. num. 19. verſ. Et ex iſta ratione.* eamque poſt Cravett. *de Antiquitat. Tempor. part. 1. in ſect. quartò limitatur. num. 54.* ſecutus eſt Alexand. Trentacinq. *dict. reſolut. 7. num. 8. & 9.* quorum opinio veritati eſt conſentanea.

Illud negandum non eſt, ſi quis in uno Libro ſcribat ſeparatim da- 92.
ta vel ſoluta tantùm, in alio verò accepta duntaxat, hos duos Libros, cùm ſe invicem reſpiciant, pro uno eodemque haberi, ac proinde contra Scribentem fidem facere, Schrader. *in dict. l. admonendi. 31. num. 266. in fin.* Nicol. de Paſſeribus *dict. quæſt. 1. num. 136.* ubi *num. ſeqq.* addit, Librum 93.
Rationum contra Scribentem non probare in parte, ſed aut omninò acceptandum & probandum, aut omninò improbandum eſſe.

In tertio caſu concludendum eſt, Librum Rationum pro tertio 94.
contra tertium probationem aut fidem non inducere, Joſeph. Maſcard. *concluſ. 977. num. 1.* Franciſc. Burſat. *conſil. 320. num. 73.* Franciſc. Niger Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 546. num. 31. & 108.* Alexand. Trentacinq. *citat. reſolut. 7. num. 31. verſ. In primo caſu.* Jacob. Menoch. *conſil. 32. num. 15.* ita per Rotam Romanam judicatum fuiſſe, teſtis eſt Paul. Æmil. Verallus *part. 2. deciſ. 155. num. 1. & 5.* & *deciſ. 331. num. 2. & 3.* Semiplenè tamen, probare docet Cæ- 95.
ſar Urſillus *in Notis ad Afflict. Deciſ. Neapolitan. 40. num. 19.* ſcilicet, quando de modico agitur præjudicio, Pariſ. *in tractat. de Syndicat. in verb. Liber,*

Decius *in cap. 13. cùm causam. de probation. num. 1.* Auffrer. *ad Capell. Tholosan. quæst. 497. num. 3.* Nicol. de Passeribus *dict. quæst. 1. num. 152.* communem hanc opinionem, eamque tenendam esse, post plurimos à se relatos testatur, Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 31. vers. In secundo casu.*

96. Ego, quamvis fatear, aliqualem ex isto Libro pro tertio contra tertium oriri præsumptionem, ex doctrina Nicol. de Passeribus *dict.*
97. *quæst. 1. num. 151.* hoc tamen largiri non possum, exinde etiam semiplenam deduci probationem, usque adeò, ut, quæ istius probationis sequela est, Actori & talem Librum pro se alleganti Suppletorium Jura-
98. mentum deferri debeat. Verum quidem est, Testi omni exceptione majori hoc tribui, ut pro producente semiplenam faciat probationem, sed hoc, si corporale præstiterit Juramentum: Jurisjurandi enim religione Testes, priusquàm perhibeant Testimonium, arctandos esse, præcipit, *l. testis. 9. Cod. de testibus.* quamvis essent idonei, & summæ atque integræ opinionis, *l. Testium. 18. ff. eodem.* siquidem injurato Testi non creditur, Bald. *in l. Presbyteri. 8. num. 13. vers. Quæro aliud. Cod. de Episc. & Cler.* Angelus *in l. milites. 15. num. 2. Cod. de testamento militis.* Adeò ut Pontifex Maximus dispensare non possit, ut Testi non jurato credatur, secundùm Felinum *in cap. constitutus. num. 19. de Rescript.* etiamsi Testis esset Clericus, Religiosus, sanctæ vitæ, Sacerdos, Cardinalis, vel in alia dignitate positus, latè Prosper. Farinacius *de Testibus lib. 3. tit. 8. quæst. 74. num. 66. & seqq.* in tantum, ut nullam faciat fidem, *cap. 17. 29. & 30. de Testibus.*
99. Gailius *lib. 1. observat. 101. num. 1.* Imò dictum Testis absque culpa producentis injurati nudam tantùm facit præsumptionem, aut aliquod indicium, Joseph. Mascard. *in Proœm. de Probation. quæst. 5. num. 84.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 26. ad fin. vers. Declaratur etiam secundò.*
100. Bernhard. Greveus *lib. 1. Practicar. Conclus. 101. num. 3.* Cùm ergò hoc in Testibus ubique receptum sit, & extra controversiam, non video, quibus Juribus aut quo argumento evinci queat, Libro, absentibus Partibus, confecto, majorem esse tribuendam authoritatem, quàm Testi suam scientiam in Judicio, omissâ tamen jurisjurandi religione, præsentibus Partibus aperienti, nuspiam hoc in Jure cautum reperiri, ac proinde absque Juris fundamento statui, certum est. Et hanc opinionem meam contra communem defendit Joh. de Imola *in l. nuda ratio. 26. ff. de donation.* citat. ab Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 31. vers. In secundo casu. in fine.* Fachine. *Controversiar. Jur. lib. 11. cap. 34.* cum aliis ibidem allegatis.

101. Si Liber Rationum confectus esset ex necessitate officii publicè injuncti, puta per Gabellarum, Collectarum, Tributorum, aliorumque Redituum publicorum Receptorem, qui scilicet ab initio jurarunt, artem suam

ſuam exercere legaliter, aliter eſſet dicendum, de qua materia, an ſcilicet & quando Libro alicujus Officialis, de publico ad ſcribendum deputati, attribuenda ſit fides, vel non? vide latiſſimè Nicol. de Paſſeribus *dict. lib. 4. pag. m. 718. & ſeqq.* Alexand. Trentacinq. *citat. reſolut. 7. num. 31.* Joſeph. Maſcard. *concluſ. 975. num. 34. & ſeqq.*

LOCUS DECIMUS QUARTUS.

Ultimum Rationum Requiſitum, reliquorum ſcilicet Solutionem examinans.

SUMMARIA.

1. *Regulariter Adminiſtratores, finito Rationum Examine, Domini remanent Debitores.*
2. *Adminiſtrator omnia, quæ deductis Expenſis ſuperſunt, fideliter reddere debet.*
3. *Etiamſi, ob redditas Rationes, pleniſſimam à Domino habeat liberationem.*
4. *In dolo eſſe dicitur, ſi reliqua non reſtituat.*
5. *Finis Rationum conſiſtit in reſtitutione reliquorum.*
6. *Nec ante illorum redditionem reddita eſſe dicuntur.*
7. *Ad Rationes reddendas obligatus, ad duo tenetur, & quænam illa?*
8. *Imò ad quatuor, quæ hic enarrantur.*
9. *Lex, Rationum redditionem imponens, eo ipſo & reliquorum redditionem mandat.*
10. *Idem concludendum eſt, ſi Teſtator, reddendam eſſe Rationem, juſſerit.*
11. *Vel ſi redditio per Sententiam alicui injuncta ſit.*
12. *Generaliter hoc ipſo, quo quis rationem reddere tenetur, etiam reliqua reſtituere cogitur.*
13. *Quæ theorica in omni alienarum rerum Adminiſtratore procedit.*
14. *Edere tantùm juſſus, ad reliquorum Solutionem condemnatus non dicitur.*
15. *Unà cum reliquis, Inſtrumenta & Scripturæ ad Dominum pertinentes, reddendæ ſunt.*
16. *Nec non ipſi Rationum Codices.*
17. *In reliquis ipſa Rationum Volumina comprehenduntur.*
18. *Rationes perfectè redditæ non dicuntur, niſi & ipſi Libri cum reliquis reſtituti fuerint.*
19. *Apud quemcunque Dominum Rationum Liber manere debet.*
20. *Modò ſumptibus Domini fuerit confectus.*

21. *Aliàs Copiam Libri Domino communicare satis est.*
22. *Rationem reddere jussus, non satisfacit officio, si reliqua absque Rationum Codicibus Domino offerat.*
23. *Redditis Rationibus non facile quis ulteriùs fatigandus est.*
24. *Nisi Rationes ipsas necdum reddiderit, redditas tamen esse, in dubio præsumitur.* & num. 25.
26. *Reliqua illa esse dicuntur, quæ penes Administratorem, dispunctis Rationibus, supersunt.*
27. *Hoc transit in debitum, quod Administrator Domino solvere tenetur.*
28. *Administrator hoc Anno Debitor, sequenti reliqua repræsentare debet.*
29. *Reliqua quoque dicuntur, quæ Administrator exigere non potuit.*
30. *Pecunia exacta, & in rem Domini versa, non est in reliquis Administratoris.*
31. *Nomina, in Patrimonio Domini inventa, non præstat Administrator, si exigere non potuit.*
32. *Contractus, Domini nomine initi, ad Dominum & non Administratorem pertinent.*
33. *Debita, per negligentiam non exacta, Rationum acceptis inferenda sunt.*
34. *Ante Rationis redditionem, Administrator à Domino satisfactionem sui Crediti exigere non potest.*
35. *Etiamsi Ratio semel sit reddita, sed per Revisionis petitionem in controversiam vocata.*
36. *Ipse verò Administrator cogi potest, ut reddat res in Inventario descriptas, etiam ante Rationum expunctionem.*
37. *Illegitimè alienata ad reliquorum solvendorum numerum pertinent.*
38. *Pecuniam numeratam Administrator usque ad Rationum Examen retinere potest.*
39. *Iniquum est, aliquem ad restitutionem Pecuniæ ante finitum Rationum Examen compellere, modò Administrator liquidò docere possit, Dominum in Rationibus esse suum Debitorem.*
40. *In illiquidis & negatis Jus Retentionis non datur.*
41. *Nec concedendum est Tutori, fortè Cohæredi, omnia Pupilli Bona pro indiviso fortè possessa retinere.*
42. *Ante Rationum Examen, Administrator ad solutionem certæ alicujus Summæ condemnari nequit.*
43. *Sed bene, ut Rationem Administrationis reddat.*
44. *Ad redditionem Rationis condemnatus exequi nequit, antequam Ratio fuerit finaliter examinata.*
45. *Capitula accepti, ante excussam Rationem Expensarum, Executioni mandari non possunt.*
46. *Nisi promisisset Administrator in principio Officii, se, illo finito, statim restituturum accepta, tunc intra paucos dies Expensas probare cogitur.*

47. Pen-

47. *Pendente Rationum Revisione, minor indigus & pauper à Tutore alendus est.*
48. *Administrator, si fateatur se accepisse Summam, Librum tamen Rationum, in eoque Expensa non monstrans, ad Solutionem condemnari potest.*
49. *Frumentorum ab Administratore acceptorum numerus si defecisse appareat, præsumptio est, ipsum subtraxisse.*
50. *Opilio, si Ovis jam demortuæ Pellem non monstret, Ovem clepsisse præsumitur.*
51. *Administratori, Granarii Claves in custodia non habenti, si solus horreum ingredi non audet, defectus Frumentorum imputari non potest.*
52. *Res ad Inventarium relatæ, & Administratori traditæ, adhuc extare præsumuntur.*
53. *Nisi sunt consumptibiles & corruptibiles.*
54. *In quibus rebus satis est Administratori, si doceat, tanto temporis spatio debuisse corrumpi.*
55. *Et tunc consumptio per Rationum Librum, accedente Administratoris Juramento, probatur.*
56. *Administrator, in tempore reliqua non solvens, ad eorum Usuras tenetur.*
57. *Ex parte tamen Domini interpellatio requiritur.*
58. *Si aliquæ Parcellæ sint controversæ, liquidum ab Administratore deponendum est.*
59. *An ad sistendum Usurarum cursum satis sit, si Tutor se ad Rationis redditionem, & reliquorum solutionem, offerat? remissivè.*
60. *An una parte Rationum liquidâ, alterâ verò illiquidâ & controversâ, de liquidis Usuræ debeantur?*
61. *Ultra simplum reliquorum ab Administratore exigi non potest.*
62. *Nisi fraudulenter quid gesserit, tunc ad duplum tenetur.*
63. *Administrator, durante officio dives effectus, de proprio & non alieno acquisivisse præsumitur.*
64. *Maximè si sit homo diligens, & dives, officium verò vile aut tenue.*
65. *Vel Rationes exactè reddat.*
66. *Id est arbitrio boni Viri.*
67. *Administrator bonam reddens Rationem, etiamsi fuerit antea pauper, non præsumitur de Bonis alienis factus esse locupletior.* & num. 68.
69. *Nemo de alieno ditatus esse præsumitur.*
70. *Etiamsi aliena negotia gessit.*
71. *Cumprimis si potuit ex sua industria multa acquirere.*
72. *Præsumitur quis in dubio diligens & industrius.*
73. *Modò de industria constare & apparere possit.*
74. *Administrator quoque Principis & Fisci præsumptionem pro se habet, quòd de Domini Pecunia non acquisiverit.*
75. *Nisi contrarium probari possit, ad quod docendum Officialis Consocii Testimonium admittitur.*

76. *Vel*

76. *Vel adsint conjecturæ, arguentes, Administratorem ex Bonis administratis factum fuisse locupletiorem.*
77. *Si militent contra Administratorem conjecturæ commissi Furti, torqueri potest.*
78. *Administrator ab initio pauper, & in gerendo negotio piger, brevi dives factus, ex Domini Bonis acquisivisse, dicendum est.*
79. *Idem in Socio, communia Bona administrante, verum est.*
80. *Quæ maximè procedunt, si Administratoris facultates non sufficiunt ad victum & vestitum Familiæ.*
81. *Vel si fuerit antea pauper, & Prædia maximi valoris emit, & solvit.*
82. *Vel Rationem, unde habeat Bona, reddere non possit, aut Subditi ipsius infidelitatem accusent.*
83. *Ante Rationis-redditionem conjectura est, Administratorem de alieno locupletatum fuisse.*
84. *Concurrentibus tamen conjecturis, aliàs secùs.*
85. *Domini Pecuniam in proprios usus convertens, malæ acquisitionis præsumptione oneratur.*
86. *Item is, qui sine Superioris præscitu novis Exactionibus Subditos onerat vel aliàs emungit.*
87. *In dubio dicendum est, Administratorem de proprio divitem esse factum.*
88. *Administrator Fisci habet præsumptionem contra se, quòd ex Fisci facultatibus acquisiverit.*
89. *Contrarium veriùs docent alii.*
90. *An quis ex alieno dives effectus esse dici possit, arbitrio Judicis committendum est.*
91. *Reliquorum Solutio conjecturis probari potest, & quibus?*
92. *Ex sola taciturnitate Domini, ista probatio non infertur.*
93. *Sed requiritur lapsus temporis, sanguinis conjunctio, & sæpius multiplicata Rationum Calculatio.*
94. *Textus in l. Procula. ff. de probation. excutitur,* & quatuor seqq.
98. *Lex Procula non procedit in ignorante Jus suum.*
99. *Nec in errante in Jure.*

1. REgulariter contingere dicit Riminald. Jun. *consil. 338. num. 42.* quòd
2. Administratores remaneant Debitores. Hinc ultimum Rationum reddendarum Requisitum est solutio reliquorum, ut Administrator scilicet omnia illa, quæ, Expensis deductis & subtractis, ex rebus administratis supersunt, fideliter reddat & restituat, *l. 8. §. 5. ff. de liberation. legat.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 21. & seqq.* Hippolyt. Riminald. Jun. *consil. 338. num. 33.* Hector Felicius *in tractat. de Societate.*
3. *cap. 38. num. 56. & seqq.* Wehner. *in Thesaur. Pract. verb.* Rechnung. etiamsi quis

quis ob redditas Rationes pleniſſimam liberationem conſecutus ſit, *l. 20. §. fin. ff. de liberation. legat.* Carpzov. *in Juriſprud. Forenſ. part. 2. conſtitut. 24. definit. 16. num. 5.* Imò in dolo eſſe dicitur Adminiſtrator eo ipſo, quòd non reſtituit, quod ad ipſum pervenit, Carol. Ruin. *volum. 2. conſil. 69. num. 8.* 4
Franciſc. Niger Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 73. num. 32.* cùm Rationum reddendarum finis conſiſtat in reſtitutione, & ſolutione reliquorum, Marc. Anton. Natta *conſil. 338. num. 8. verſ. Et videmus.* Benedict. Carpzov. *in Juriſprud. Conſiſtorial. lib. 2. tit. 20. definit. 316. num. 8.* & expreſſius *definit. 314. num. 13.* per *l. 8. §. 1. ff. de liberation. legat.* item *lib. 5. Reſponſ. Jur. Electoral. 69. num. 5.* & *Reſponſ. 75. num. 6.* Franciſc. Vivius *Neapolitan. Deciſ. 400. num. 34.* Damhouder. *de Tutor. cap. 2. 6. & 7.* Et Rationes non cenſetur quis reddidiſſe, niſi etiam reliqua ſolvat, Matth. Stephan. *de Juriſdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 223.* Erneſtus Cothman. *volum. 3. reſponſ. 8. num. 66.* Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 7. definit. 5. num. 15. in allegat.* Quo fit, ut, qui Rationes reddere tenetur, ad duo obligetur, ad faciendum nimirum, & ad dandum: ad faciendum, quia Rationes exhibere, & computare neceſſe habet: ad dandum, quoniam reliqua, quæ penes ſe reperitur habere, exſolvere tenetur, *dict. l. 8. §. 5. ff. de liberation. legat.* Jacob. Schulteſ. *in Annotat. ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 126. num. 40.* Benedict. Carpzov. *deciſ. 94. num. 1.* & *lib. 5. Reſponſ. Jur. Electoral. 69. num. 4. & 5.* Franciſc. Vivius *deciſ. 400. num. 34.* Hector Felicius *de Societate cap. 38. num. 6.* ubi in reddenda Ratione quatuor eſſe conſideranda dicit: 5. 6. 7. 8.
1. Codices eſſe reddendos; 2. Calculum ponendum; 3. Reliqua reſtituenda; 4. Culpam & moram purgandam reſtitutione & ſolutione ejus, quod debetur, adde idem docentem Riminald. Jun. *conſil. 338. num. 31. & ſeqq.* Natta *conſil. 134. num. 9.* Joh. Gœdd. *volum. 1. Conſil. Marpurg. 24. num. 73.* Ariſmin. Tepat. *in Compend. Deciſ. tit. 489. cap. 1.* Mart. *in Digeſt. noviſſ. tom. 1. verb. Rationum redditio. cap. 7. per tot.*

Hinc etiam dicimus, ſi Lex ſimpliciter mandet, Rationem reddendam eſſe, pari quoque ratione tacitè injunctum eſſe, reliqua, &, quæ deductis Expenſis ſuperſint, ſolvenda eſſe, *l. 32. ff. de condit. & demonſtrat.* Matth. de Afflict. *Neapolitan. Deciſ. 157. per tot.* Tiber. Decian. *volum. 4. reſponſ. 84. num. 21.* Mantica *de Conjectur. ultimar. Voluntat. lib. 9. tit. 8. num. 30.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. Reſponſ. Jur. Electoral. 69. num. 5.* & *Reſponſ. 75. num. 7.* 9.
Et ſi Teſtator in Teſtamento, reddendam eſſe Rationem, voluit, hoc quoque velle præſumitur, ut ita condemnatus pro iſta Summa Pecuniæ, quam ex reliquis debet, hæredibus ſatisfaciat, *l. 69. §. 4. verſ. Quoniam rationes. ff. de evictione.* Jacob. Schulteſ. *ad Modeſtin. Piſtor. dict. quæſt. 126. num. 44.* 10.
Ita quoque, ſi alicui per Sententiam Rationum redditio injungitur, hoc ipſo & reſiduorum redditionem ipſi injunctam eſſe, dicendum eſt, 11.

Tiber. Decian. *citat. respons. 84. num. 21.* Jacob. Schultes. *loco allegato num. 43.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 75. num. 7.* ita sæpius pronun-
12. ciatum fuisse, testatur Escobar. *de Ratiocin. cap. 33. num. 19.* Imò generaliter hoc ipso, & eâdem ratione, quâ quis Rationem reddere tenetur, etiam residua, quæ, deductis Expensis, percepit, restituere cogitur, Decian.
13. *dict. respons. 84. num. 21.* & *respons. 42. num. 11. volum. 4.* Idque in omni alienarum rerum Administratore verum esse, probat Jacob. Schultes. *ibid. num. 46.* Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 9. gloss. 6. verb. d'en rendre*
14 *Compte. num. 16.* Tiber. Decian. *dict. respons. 84. num. 16.* quæ omnia non obtinent, si quis tantùm edere jussus est, Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 255. & seqq.* ubi, edere jussum non teneri solvere reliquum, dicit, sed sufficere, si Chartas & Instrumenta offerat legenda, & dispungenda, per *l. 44. ff. de administrat. tutor. l. 6. §. fin. ff. de statu liber.* adde Benedict.
15. Carpzov. *lib. 2. Respons. Jur. Electoral. 33. num. 24.* Tenetur autem Administrator non solùm reliqua restituere, sed etiam Scripturas & Instrumenta, pertinentia ad eum, cui reliqua restituuntur, Barthol. Socin. *volum. 4. consil. 92. num. 7. vers. Sextò ut ad Pupillum.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 37.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 29.* Hector Felicius *de Societate cap. 38. num. 60. vers. Etiam in reliquorum.* Paul. Christinæ. *volum. 3. decis.*
16. *162. num. 8.* quo pertinent & ipsi Rationum Codices, die Rechnungen selbsten / qui & ipsi extradendi sunt à Rationario, *l. fin. §. 1. ff. de liberation. legat.* ubi Scævola inquit, si quis liberto ita legavit, & si quid me vivo gessit, Rationes ab eo exigi veto, posse nihilòminus hæredem Chartas, in quibus Rationes conscriptæ sunt, item reliquas, secundùm accepta & expensa vindicare, & *l. 13. §. 2. in fin. ff. de manumiss. testament.* ubi
17. Ulpianus docet, in reliquis & ipsa Volumina Rationum comprehendi, *l. 50. ff. de condit. & demonstrat.* Prosper Farinac. *lib. 1. consil. 96. num. 13.* ubi
18. non posse dici, aliquem reddidisse perfectè Rationes, putat, nisi etiam Libros ipsos & reliqua restituerit, Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 21.*
19. Nicol. Boër. *decis. 295. num. 4.* ubi notandum hoc esse dicit, quòd semper apud quemcunque Dominum debeat manere unus Rationum Liber,
20. Riminald. Jun. *consil. 338. num. 45.* ubi post Imolam hoc verum esse dicit, si iste Liber Pecuniâ & Sumptibus Domini fuerit confectus. Quod etiam
21. sequitur Felicius *de Societate cap. 38. num. 59.* aliàs saltem Rationum Copiam Domino communicare satis esse, ex doctrina Johan. Sichard. *in rubr. Cod. in quib. caus. pign. vel hypothec. num. 11.* Wehner. *in Thesaur. Pract. verb.* Rechnung. & hoc est, quod ait Pomponius JCtus *in l. 8. §. 5. ff. de liberation. legat.*
22. Eum, qui Rationes reddere jussus est, non videri satisfacere, si reliquum

red-

reddat, non editis Rationibus, Arisinin. Tepat. *in Compend. Decis. tit. 489. cap. 5. ante fin.* ubi docet, Administratorem debere Dominum de singulis instruere, & reddere computationes. Huc faciunt eleganter tradita ab Anton. Fabro *in Cod. lib. 5. tit. 31. definit. 3.* ubi dicit, redditis Rationibus 23.
alioque Tutore vel Curatore dato, non facilè permittendum esse, ut, qui Rationes reddidit, inquietetur. Nisi tamen probet Rationum In- 24.
strumenta per se reddita, cogendum esse, ut petenti quandocunque Pupillo exhibeat. Sed hoc ita, ut Pupilli sumptibus vocetur priùs in Jus Tutor novus, dicturus apud Judicem; an ea Rationum Instrumenta à priore Tutore acceperit, alioqui pro Tutore, qui liberatus est, præsumendum videtur, ut, qui Rationes reddidit, omnia quoque ad eam pertinentia & exhibuisse & reddidisse existimetur, Anton. Faber *in Cod. lib. 5. tit. 31. dict. definit. 3. num. 4. & 5.* & quòd in dubio præsumendum sit, 25.
Instrumenta Rationum esse reddita, cùm communiter illi reddantur, cui Rationes redduntur, judicatum esse dicit Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 162. num. 9.* vide Prosper. Farinac. *part. 1. consil. 96. num. 13.*

Porrò, reliqua duorum sunt generum; Alia, quæ penes Admini- 26.
stratorem ex Rationibus dispunctis supersunt, *l. 23. §. fin. ff. de pecul. legat.* quæ propriè sunt reliqua, *l. 32. l. 81. l. 111. ff. de condit. & demonstrat. l. 24. ff. ad municipal.* Johan. Gryphiander *in Oeconom. Legal. lib. 2. cap. 3. num. 146.* Hujusmodi enim indebitum transit, quod Administrator Domino suo 27.
solvere tenetur, Johan. Goeddeus *in l. 56. num. 5. ff. de verbor. significat.* quod 28.
si hoc Anno reliqua ejusmodi contraxit Administrator, curandum ipsi est, ut saltem sequenti illa repræsentet, ne plurium Annorum reliquis cumulatis, Summa tandem non solvenda efficiatur, & perpetuus maneat reliquator, Johan. Gryphiand. *dict. cap. 3. num. 147.* cujus exemplum nobis proponitur in Sacris, apud Matth. *cap. 18. vers. 24.*

Alia sunt reliqua, quæ Administrator exigere non potuit, sed pe- 29.
nes Debitores Domini sui remanserunt, *l. 46. §. 5. ff. de administrat. tutor.* veluti Pensiones Colonorum, *l. 78. §. 3. & l. 97. ff. de legat. 3.* quæ quidem 30.
non sunt in reliquis Administratoris, si aliis credidit, & in rem Domini vertit, sed in reliquis Domini, cui eas rationalis imputavit, *l. 111. ff. de condit. & demonstrat.* Joh. Gryphiander *in Oeconom. Legal. citat. cap. 3. num. 149.* Nomina enim, quæ Administrator invenit, & quæ Patrimonio Domini 31.
inhærent, non tenetur præstare, si exigere non potuit, argum. *l. 1. in princ. ff. de tutel. & ration. reddend.* Johan. Gryphiand. *dict. cap. 3. num. 151.* dixi su- 32.
prà casu relato, quò etiam pertinent illa, quæ jussu Domini contraxit, quæ indistinctè ad Dominum pertinent, *l. fin. §. 4. ff. de verbor. obligat.* Joh. Gryphiander *dict. cap. 3. num. 151.* nisi exigere potuit, & per negligentiam 33.
omi-

omisit, tunc equidem & cessationis ratio est reddenda, *l. 2. Cod. de haered. tutor. l. 1. Cod. de suscept.*

34. Certum nunc est, non posse Administratorem ante redditam Rationem petere satisfactionem sui crediti, si sibi ipsi non solvit, Matth. de Afflict. *decis. 13. num. 16. & 18.* Mercurial. Merlin. *de Pignor. lib. 3. quaest. 2. num.*
35. *38. & 39.* ubi ampliat, etiamsi semel sit reddita Ratio, si jam sit petita Revisio. An idem de Matre Tutrice, Dotem suam repetente, dicendum sit, controversa est quaestio, vide latissimè Mercurial. Merlin. *dict. tractat. lib. 4. quaest. 178. per tot.*

36. Potest autem Administrator sive Tutor compelli, ut res in Inventario descriptas, ad instantiam Domini vel Pupilli jam majorennis facti, etiam ante redditionem Rationis, citra Compensationis Retentionisve Exceptionem, restituat, Johan. Aloysius Riccius *Collect. in. Decis. 2027. vers. Unde per totam.* Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 4. num. 25.* Petrus de Benintend. *Bononiens. Decis. 90. in fin.* Ita de facto judicatum fuisse, testatur Joh. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 184. num. 3.* & iterum apud Bened. Carpzov.
37. *decis. 94. per tot.* quo etiam alienata sed illegitimè referenda sunt, nam & illa ad reliquorum solvendorum numerum refert Rolandus à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 38.*

38. Quae Regula, utut in Mobilibus, & Immobilibus, Instrumentis quoque Obligationum, & aliis Domini Bonis vera sit, limitanda tamen erit in Pecunia numerata, apud Tutorem fortè existente, quam vel Retentionis, vel Compensationis beneficio usque ad Rationum redditionem Administrator retinere non prohibetur, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 129. num. 60.* & ita pronunciavit Curia Frisica, apud Johan. à Sande *lib. 2. tit. 9. definit. 12.* in causa Gisberti Wouters contra Andream Jelgers; hanc limitationem sequitur Andr. Fachine. *Controversiar. Jur. lib. 8. cap. 58.*
39. iniquum esse dicens, compelli aliquem ad solvendam Pecuniam ante redditas Rationes, ex quibus demum apparere potest, utrum Debitor Pupilli sit an Creditor. Intelligenda interim haec sunt, si debitum ab Administratione praetensum, & cujus occasione Retentionis Compensationisve beneficio uti desiderat, sit vel liquidum, vel in continenti liquidari ac demonstrari possit, Benedict. Carpzov. in terminis *dict. decis.*
40. *94. num. 17.* Negusant. *de Pignor. part. 5. membr. 1. num. 37.* cujus rei ratio esse potest, quòd in illiquidis & negatis Jus Retentionis non concedatur, Francisc. Vivius *Neapolitan. Decis. 317. num. 4.* Anton. Hering. *de Fidejussor. cap. 15. num. 7. & 18.* Matth. Berlich. *part. 2. Practicar. Conclus. 32. num. 15. & 16.* Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 25. definit. 17. num. 5. &*
41. *seqq.* Sed & in casu liquidi notandum venit, si fortè Tutor omnia Pupilli

pilli Bona teneat, earumque divisio petatur, utputa si Frater aut Patruus sit, qui Bona cum Pupillo communia habeat, quorum divisio non tam citò expediri queat, non esse æquum, Pupillum laborare inopiâ, igitur pro modo Patrimonii & qualitate Personarum certam Summam adjudicandam esse, Anton. Faber *in Cod. lib. 5. tit. 31. definit. 5. per tot.*

Vice verò versâ, extra hunc casum, ubi Dominus ad restitutionem 42.
rerum, apud Administratorem juxta Inventarii descriptionem revera extantium, agit, Calculo necdum plenariè absoluto, de certo reliquorum debito nec constare, nec rationalis exequi, nec condemnari potest, ut Summam certam per provisionem repræsentet, ita Arresto Parisiensi judicatum fuit, apud Papon. *lib. 15. tit. 8. arrest. 1.* conventus tamen, si, admi- 43.
nistrasse ipsum, constet, generaliter duntaxat ad reddendam Administrationis Rationem condemnari debet, reservatâ Executione ad finem Liquidationis, Carol. Ruin. *volum. 4. consil. 18. num. 4.* Matth. de Afflict. *Neapolitan. Decis. 157. per tot.* Administrator enim ad Rationis redditionem con- 44.
demnatus, exequendus non est, antequam Ratio fuerit finaliter reddita, Aym. Cravetta *consil. 275. num. 13. vers. Tertiò principaliter.* Cardinal. Tuschus *lit. A. conclus. 210. num. 8.* David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 92.* cùm eousque, donec Expensi Ratio fuerit excussa, Ca- 45.
pitula accepti, quantumcunque clara & liquida, Executioni mandari non possunt, Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 21. num. 12. & seqq.* Hector Capyc. Latro *lib. 2. Neapolitan. Decis. 142. num. 11. & seqq.* Johan. Parlador. *Rer. Quotidian. cap. fin. part. 1. §. 12. limitat. 4. num. 34.*

Hanc doctrinam limitandam esse dicit Munnoz. de Escobar. *dict. cap.* 46.
21. num. 23. & seqq. quando ille, cui Ratio est reddenda, accepit ab Administratore Instrumentum Guarentigium, in quo hic debitum fatetur: vel si ab initio Administrationis promisisset, se Administratione finitâ statim restituturum ea, quæ accepit, tunc enim, si intra decem vel ulteriores dies de Expensis non probaverit, potest contra ipsum executivè procedi, adde Parlador. *dicto loco num. 35.* Joh. Petr. Surd. *Decis. Mantuan. 184. num. 9.*

Limitanda 1. in retractatione Rationum, si Minor non habeat, un- 47.
de se repræsentet, Tutor repræsentare cogitur, prout judicatum fuit apud Johan. Papon. *lib. 15. tit. 8. in appendice, arresto 1.*

Limitanda quoque est, si Administrator fateatur, se aliquam Sum- 48.
mam recepisse, Librum tamen Rationum, in eoque Expensa non monstrat, multò minus de iis fidem facit, Munnoz. de Escobar. *dict. cap. 21. num. 25. cum allegat. ibid.* Et huc pertinet doctrina de Administratore, Fru- 49.
menta, Vinum & similia ad mensuram accipiente, quæ, si in fine officii

abesse deprehenduntur, præsumptio est, ab ipso esse subtracta, prout dicimus de Sartore, qui, si Pannum integrum, sibi à Domino traditum, pro Vestibus conficiendis, non adhibuerit, clepsisse quoque judicandus erit, Borgnin. Cavalcan. *part. 1. Decis. Fivizan. 37. num. 9.*

50. Non omittenda hîc erit caterva Opilionum, cum genere Sartorum in uno tertio, experientiâ teste, convenientium. Et isti igitur, (Opiliones) animalia subinde lupis rapaciora, nisi ovis pellem in vim probationis adferant, ovem surripuisse dicendi sunt, Alexand. *volum. 3. consil. 158. num. 3.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 226. num. 66. & Controvers. 357. num. 2.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 239.* ubi de bove loquitur, *num. 1.* & de capra, *conclus. 264. num. 7.* latè Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 18. num. 2. & seqq.*

51. Circa Frumenta Administratori tradita hoc notandum est, si fortè rationalis claves Granarii, ubi annona asservatur, non habeat, nec ipse sine præsentia aliarum Personarum administrare, & horreum ingredi possit, frustra ipsum hoc casu conveniri, si aliquid deesse constet, Borgnin. Cavalcan. *dict. decis. 37. num. 20.*

52. Res ad Inventarium relatæ, si semel ad Administratorem pervenerunt, adhuc extare præsumuntur, argum. *l. 5. Cod. de pignoratit. action. l. 4. Cod. ad exhibend.* Cardinal. Mantica *de Conjectur. ultimar. Voluntat. lib. 9. tit. 8.*
53. *num. 37.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 32. regul. 5. num. 38.* nisi sint consumptibiles & corruptibiles, tunc ex temporis lapsu æstimabit Judex, an verisimiliter consumi potuerint, Paul. Montan. *dict. regul. 5. num. 5.* ubi docet,
54. quòd Officialibus publicis, & Tutoribus, qui tenentur reddere Rationem de aliquibus suppellectilibus, sufficiat, si probent, tanto tempore necessariò debuisse esse correptas vel consumptas, adde Bartholin. Chassanæ. *ad Consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. d'en rendre Comte. num. 19.* Arismin. Tepat. *in Compend. Decis. tit. 489. cap. 2.* Matth. de Afflict. *decis. 13. num. 27.* Et,
55. quòd possit etiam talis consumptio probari per Librum Rationum & Juramentum tradit Montan. *dict. regul. 5. num. 70. in fine.*

56. Tutor vel Administrator, in tempore reliqua non solvens, ad Usuras reliquorum est condemnandus, ita per *l. 7. §. fin.* & *l. 36. §. 3. ff. de administrat. tutor. l. fin. in princ. ff. de administrat. rer. ad civitat.* Johann. Grivell. *Decis. Dolan. 150. num. 1.* Hieronym. Treutler. *consil. 44. num. 5.* Arismin. Tepat. *in Compend. Decis. tit. 490. cap. 6.* Rota Genuens. *decis. 163. & 164.* Matth.
57. Berlich. *decis. 268. num. 21.* ubi Tutorem ad Usuras Usurarum condemnat à tempore, quo fuit in mora restituendi reliqua, usque ad Tempus Majorennitatis: postea, ut Usuræ currant, ex parte majoris interpellatio-
58. nem requirit, adde Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 5. num. 31.* Si igitur

igitur pars sit controversa, consultum est Administratori ad hoc, ut effugiat moræ periculum, partem liquidam realiter offerre & deponere, & pro alia parte illiquida Fidejussorem præstare, Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 6. num. 89. cap. 5. in fin.* & *cap. 33. num. 23.* Joh. Gryphiander. *in Oeconom. Legal. lib. 2. cap. 3. num. 155.* An ad sistendum cursum Usurarum 59.
satis sit, si Tutor ultrò se ad redditionem Rationum, & reliquorum Solutionem paratum esse offerat, vide sub distinctione Johan. Grivell. *dict. decis. 150. per tot.*

Si rerum alienarum Administrator, in uno ex suis computis, de- 60.
beat aliquam Summam Pecuniæ, eique fuerit lis super alio computo, an teneatur ad Usuras Pecuniæ, ex priori computo debitæ, diversa, extant præjudicia apud Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 167. num. 1.*

Cæterùm reliquorum Solutio regulariter aliam pœnam non mere- 61.
tur, & ultra simplum ab Administratoribus solvenda non est, *l. fin. in princ. ff. de administrat. rer. ad civitat.* nisi per fraudem quid gesserint, cujus duplum præstare coguntur, *dict. l. fin. § 4. eod.* & ibi Matth. Wesenbec. *in Paratitl. in fin.* hoc casu commissæ fraudis, eos ad Usurarum Usuras, & 62.
præterea ad quadrupli mulctam condemnandos esse, docet Losæus *de Jure Universitat. part. 3. cap. fin. num. 39.* Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 160. & seqq.*

Non incommodè hîc examinari potest illa quæstio: An Administra- 63.
tor, durante officio dives effectus, cùm esset antea pauper, ex administratis Bonis acquisivisse præsumatur? In cujus quæstionis resolutione regula sit:

Quæstorem, aliumve Administratorem, durante officio divitem factum, ex propria industria, & non ex alterius Bonis acquisivisse præsumi, *l. 10. Cod. arbitr. tutel.* Jul. Clarus *in Pract. Criminal. § fin. quæst. 46. num. 20. & seqq.* Ægid. Bossius *in Tractat. Criminal. tit. de Fisco. num. 50. & seqq.* Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 2. de Procurator. resolut. 1. num. 17.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 216. per tot.* Alexand. *volum. 2. consil. 82. num. 14.* Matth. Berlich. *dict. conclus. 57. num. 74.* Prosper. Farinac. *part. 1. consil. 96. num. 7. & 8.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 91. num. 2.* Cravetta *consil. 129. num. 3. & 4.* Roland. à Valle *volum. 2. consil. 90. num. 18.* Bursat. *consil. 209. num. 24.* & *consil. 325. num. 103.* Peregrin. *de Jure Fisci lib. 3. rubr. de Fisci Official. num. 6. circa med.* communiter receptam esse hanc opinionem dicit Prosper. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. Administrator. num. 35.* Suarez. *Recept. Sentent. lit. O. num. 10.*

Amplia Regulam 1. Multò magis procedere, quando Administrator 64.
est homo industrius, diligens, & antea opulentus, maximè si officium fuerit

fuerit exiguæ Administrationis, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1134. num. 4.* Francisc. Niger Cyriac. *dict. Controvers. 91. num. 5.* ubi sine controversia dicendum esse dicit, Administratorem ditescentem, si diligens, & negotiationibus deditus fuit, propriâ industriâ, & non ex alienis Bonis, acquisivisse.

65. Amplia 2. Cumprimis Regulam veram esse, si Rationes ab Administratore benè & exactè fuerint redditæ, Alexand. Trentacinq. *dict. resolut. 1. num. 17.* Philip. Decius *consil. 6. num. 1. & ibi addit. lit. A.* ubi addit, suf-
66. ficere hoc casu, si Rationes reddantur, arbitrio boni Viri, Paul. Mon-
67. tan. *de Tutel. cap. 36. regul. 2. num. 17.* ubi vult, si Tutor bonam reddat Rationem suæ Administrationis, etiamsi reperiatur factus dives, cùm ante Tutelam esset pauper, non tamen præsumi per hoc factum locupletiorem de Bonis Pupilli, nisi probationibus & conjecturis manifestis hoc doceretur, Prosper. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. Administrator. num.*
68. *36. & 38.* ubi docet, non esse præsumendum, quòd Administrator de alieno acquisiverit, dummodo bonam reddiderit Administrationem, & fidelis repertus fuerit, aliàs secus, Bajard. *ad Clarum in Pract. Criminal.*
69. *quæst. 68. num. 83.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 1134. num. 5.* Regulare enim est, quòd nemo præsumatur ditatus de alieno, Francisc. Niger Cyriac. *dict. controvers. 91. num. 4.* Jacob. Menoch. *lib. 6. præsumpt. 28. num. 10.*
70. ubi dicit, hanc Regulam etiam locum habere in eo, qui alterius negotia administravit, & *consil. 12. num. 20.* Johan. Coras. *Miscellan. lib. 3. cap. 5.*
71. *num. 6.* Caspar. Klock. *volum. 2. consil. 70. num. 67.* cumprimis si fuerit sedulus in agendo, & suo labore & artificio multa acquirere potuerit, Jacob. Menoch. *dict. præsumpt. 28. num. 1.* Prosper. Farinac. *consil. 69. num. 7. & 8.* Joh.
72. Petr. Surd. *decis. 15. num. 2.* Et, præsumi quem in dubio industriosum, docet Fernand. Vasquius *Controversiar. part. 1. lib. 3. quæst. 105. num. 2.* quod admit-
73. tit Marc. Anton. Natta *consil. 358. num. 8.* si appareat de industria, hoc cessante, naturam humanam, tanquam in primo homine, corruptam potiùs esse & pronam ad desidiam & voluptatem, quàm ad laborem concludit.

74. Amplia 3. Regulam nostram veram esse etiam in Administratore Principis, Reipublicæ, seu Fisci, Julius Clarus, qui de communi testatur, *in Pract. Criminal. quæst. 98. num. 31. vers. Officialis.* Suarez. *Commun. Opinion. verb. Officialis. num. 10.* Bursat. *consil. 325. num. 103.* receptam esse dicit opinionem Prosper. Farinac. *in Pract. Criminal. verb. Administrator. num. 37.* videndus etiam Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 52. per tot.* Peregrin. *de Jure Fisci lib. 6. tit. 3. num. 6.* Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 161. & conclus. 1134.* Cravetta *consil. 129. num. 3.*

Limita-

Limita Regulam non procedere, quando in contrarium probari 75.
poteſt, Adminiſtratorem ex Bonis adminiſtratis aliquid ſurripuiſſe, de
eoque Officialis Conſocii Teſtimonium perhiberent, Joſeph. Maſcard.
dict. concluſ. 1134. num. 7. vel adſint conjecturæ, aut præſumptiones, arguen- 76.
tes, Adminiſtratores ex Bonis adminiſtratis locupletatos eſſe, Joſeph.
Maſcard. *dict. concluſ. 1134. num. 5. verſ. Contrarium verò.* Matth. Berlich. *part. 5.*
concluſ. 57. num. 76. Cravetta *conſil. 129. num. 2. & conſil. 191. num. 8.* ubi reprobat
opinionem Bartoli *in l. Titium. 47. §. altero. 6. num. 7. verſ. Nec in dubio. ff. de ad-*
miniſtrat. tutor. docentis, has conjecturas non admitti, niſi in certis Per-
ſonis, puta in Prælato, Filiofamil. & Uxore. Hæc Bartoli doctrina re-
jicitur quoque à Matth. Berlich. *dict. concluſ. 57. num. 81.* & à reliquis Do-
ctoribus, communiter teſte David Döring. *in Bibliothec. Jur. Conſultor. verb.*
Adminiſtrator. num. 116. verſ. Declaratur hæc ſententia. in fine. quinimò, ſi contra 77.
Adminiſtratorem in reddendis Rationibus aliqua Furti ſuboriantur indi-
cia, poteſt is quæſtionibus ſubjici & torqueri, priùs tamen tortis Teſti-
bus, ſi ſint Perſonæ viles, vel non tortis, ſi Nobiles, juxta Joſeph. Maſ-
card. *dict. concluſ. 1134. num. 6.* quem ſequitur Alexand. Trentacinq. *citat.*
reſolut. 1. num. 17. verſ. Et ſi apparent. David Döring. *dict. verb. Adminiſtrator.*
num. 116. verſ. Hoc amplia, ut ſi. Conjecturæ autem, quibus arguitur, Ad-
miniſtratorem potiùs ex Bonis ſuæ Adminiſtrationi ſubjectis, quàm ali-
unde locupletatum eſſe, hæ potiſſimum reperiuntur.

Conjectura prima eſt, ſi Adminiſtrator ab initio fuit pauper, rerum 78.
indigus, & præterea in agendis negotiis deſes, negligens, & ignavus, &
brevi nihilòminus tempore tantum divitiarum cumulum congeſſit, ut
veriſimile eſſe non poſſit, eum ex propriis Bonis, vel ſuâ induſtriâ ac-
quiſiviſſe, Jacob. Menoch. *lib. 3. præſumpt. 52. num. 8. & lib. 6. præſumpt. 28. num. 11.*
Matth. Berlich. *part. 5. concluſ. 57. num. 80.* Proſper. Farinac. *lib. 1. conſil. 96. num.*
7. & 8. & in Fragment. Criminal. verb. Adminiſtrator. num. 33. Cravetta *conſil. 131.*
num. 12. qui loquitur de Socio, nulla Bona niſi communia habente, nec 79.
præterea artem aliquam exercente, & dicit acquiſita & empta ab iſto
Socio ex cómmunibus Bonis empta eſſe præſumi, adde Joh. Petr. Surd.
Mantuan. Deciſ. 15. num. 11. Caſp. Klock. *volum. 2. conſil. 70. num. 71.* Paul. Mon-
tan. *de Tutel. cap. 36. regul. 2. num. 19.* ubi dicit, præſumi contra Adminiſtra- 80.
torem, cujus facultates non ſufficiunt ad victum & veſtitum totius Fa-
miliæ, habitâ conſideratione ad illius & ſuorum Filiorum vitam & exer-
citium, Caſpar. Klock. *volum. 2. conſil. 70. num. 68.* poſt Beroum *volum. 1. con-*
ſil. 191. num. 49. Joſeph. Maſcard. *de Probation. concluſ. 1392. num. 11. 12. & 13.* ubi 81.
in genere dicit, ſi agatur de Bonis, non quidem finitâ ſed durante ad-
huc Tutelâ, à Tutore acquiſitis, præſumi ex Bonis Pupilli quæſita eſſe,

 cum-

cumprimis si Tutor, antequam eam suscepisset, nihil aut parum in Bonis habuerit, puta, si domum vel fundum maximi emerit valoris.

82. Conjectura secunda est, quando Administrator à Principe vel Magistratu interrogatus, unde tanta acquisiverit Bona, diversis temporibus, diversa & contraria eaque sub trepida dederit responsa, sæpeque conquesti sint Subditi, quòd non fideliter in officio versaretur: Ex his & similibus conjecturis suspectus redditur Administrator, ut non tam pro, quàm contra eum, præsumatur, David Döring. *in Bibliothec. Jur. Consultor. verb. Administrator. num. 116.* ita Scabinos Lipsienses respondisse, testatur Matth. Berlich. *part. 5. conclus. 57. num. 78.*

83. Conjectura tertia est, quando Administrator necdum reddidit Rationes, Joseph. Mascard. *dict. conclus. 1134. num. 5.* ubi quidam Officiarius Principis ad Urbem venerat cum maxima Pecuniæ Summa, & dubitatum fuit, unde istam substantiam acquisivisset, & respondit, ante redditam Rationem præsumi de Bonis Domini quæsivisse, adde Prosper. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. Administrator. num. 38.*

84. Contrariam autem opinionem ceu veriorem, nisi aliæ conjecturæ
in contrarium appareant, defendit Bald. *in l. cùm oportet. 6. num. 13. Cod. de*
85. *bonis quæ liber.* Certè si aliquam Pecuniam ejusdem Administrationis penes se retinuit, & in proprium usum convertit, prior opinio obtinere posset, David Döring. *dict. verb. Administrator. num. 116.* Prosper. Farinac. *consil. 96. num. 10.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 58.*

86. Conjectura quarta est, quando motu proprio, absque consensu & authoritate Principis & Civitatis, novis Exactionibus prægravavit Subditos, eosque sub umbra officii turpiter emunxit, deque ista nimia crudelitate & avaritia subinde graves querimonias Subditi habuerint, Matth. Berlich. *dict. conclus. 57. num. 79.* post Virgil. Pingizer. *quæst. 49. num. 24. usque*
87. *ad fin.* observandum autem hîc, si res esset admodum dubia, & conjecturis doceri nequeat, quomodo acquisiverit Administrator, potiùs præsumendum esse, Administratorem ex Pecuniis suis, quàm alienis acquisivisse, Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 52. num. 8. circa fin.* David Döring. *dict. num. 116. in fin.*

88. Quinta conjectura est in Administratore Fisci, qui habet præsumptionem contra se, quod omnia, quæ acquisivit, ex Fisci facultatibus acquisita sint; multi allegati à Josepho Mascardo *de Probation. conclus. 1134. num. 1.*

89. Alii tamen & complures numero contrarium docent, excepto casu, si iste Administrator tempore suscepti officii paupertate laboraverit, vide Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 42. num. 18.* Jacob. Menoch. *lib. 3. præsumpt.*

præsumpt. 52. num. 1. & multis seqq. Francisc. Nig. Cyriac. *Controvers. Forens. 91. num. 3.* Fernand. Vasquium *Controversiar. part. 1. lib. 3. cap. 105. num. 23.* quibus addendi sunt omnes in ampliatione tertia citati. Et hæc negativa opinio receptissima & omninò sequenda est.

Illud ad hanc materiam addo, Judicem hoc verisimiliter arbitrari 90.
posse, an quis ex sola industria & suis Bonis, an verò ex alienis sit locupletatus, considerando qualitatem & quantitatem Lucrorum, Redituum & Expensarum, Joseph. Ludovic. *Commun. Conclus. 14. num. 178.* Caspar. Klock. *volum. 2. consil. 70. num. 69.*

Circa reliquorum solutionem, ejusdemque probationem, si lis 91.
oriatur, concludendum est, posse Administratorem etiam præsumptionibus & conjecturis, exempli gratiâ, ex taciturnitate & temporis lapsu docere, se pro reliquis satisfecisse, maximè si mortuo Administratore Dominus diu tacuerit, Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 37. num. 4. & 5.* Paul. Matth. Wehner. *in Thesaur. Pract. verb.* Rechnung. *vers. Ad quam qui tenetur.* Sed cùm sola taciturnitas longi temporis liberationem non inducat, 92.
text. express. in l. 18. §. 1. ff. de aliment. & cibar. legat. ubi Scævola docet, Alimenta per Fideicommissum relicta adhuc peti posse, etiamsi Legatarius hæredem spatio septendecim Annorum non interpellaverit. Ut igitur ex conjecturis probare possit Administrator, se pro reliquis satisfecisse, tria omninò concurrere debent.

Videlicet 1. Temporis diuturnitas; 2. Sanguinis conjunctio; & 3. 93.
sæpius iterata & multiplicata Rationum Calculatio, per *text. in l. Procula. 26. ff. de probation.* Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 37. num. 6.* Ernest. Cothman. *volum. 2. respons. 53. num. 133.* ubi communi Interpretum Calculo 94.
receptum esse dicit, si Rationes fuerint sæpius computatæ & tractatæ, eaque computatio inter Consanguineos facta, & eò amplius tempus longum elapsum sit, quòd tum creditum, etiam certum, donatum, & omne Jus, quod competere poterat, remissum censeatur, ut ampliùs nil peti possit, addo Matth. de Afflict. *decis. 13. per tot.* Mascard. *de Probation. conclus. 1371. num. 102.* ubi duo requisita sine tertio non sufficere dicit 95.
ex Alexand. *volum. 1. consil. 146. in fin.* Andr. Tiraquell. *in tract. des prescriptions. §. 1. dix ans. ampliat. 8. vers. Verum illa.* Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. lib. 2. cas. 88. num. 17.* & *lib. 3. præsumpt. 135. num. 2.* Andr. Alciat. *eod. tractat. regul. 1. præsumpt. 32. num. 2.* qui quidem ibid. in fin. dicit, *text. in dict. l. Procula* 96.
procedere in suo casu tantùm, Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 760. num. 12.* Matth. de Afflict. *decis. 13. num. 2.* Francisc. Niger Cyriac. verò *Controvers. Forens. 412. num. 7. & seqq.* arbitratur, legem illam non esse restringendam 97.
ad solas conjecturas, de quibus in illo textu, sed generaliter intelli-

 gendam

gendam esse, ut ex quibuscunque aliis verisimilibus, æquipollentibus tamen, & multò magis ex majoribus conjecturis, præsumatur remissio debiti inter conjunctos, adde eund. *Controvers. 280. num. 6.* Quò inclinare quoque videtur Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. dict. cas. 88. num. 19.* dum textum in L. Procula procedere dicit, quando loco illius conjecturæ sumptæ, ex ratione sæpius calculata adesset alia præsumptio, nimirum, deducta ex divisione Bonorum, post Thom. Grammat. *decis. 103. num. 39.*

98. Limitatur autem conjectura ex L. Procula desumpta, ut locum sibi non vindicet contra eum, qui probabiliter Jus suum ignoravit, Socin. Jun. *volum. 1. consil. 128. num. 126.* Jacob. Menoch. *dict. cas. 88. num. 19. vers. Declaratur primò.*

99. Limitatur 2. non habere locum contra eum, qui in Jure erravit, Matth. de Afflict. *dict. decis. 3. num. 13.* Jacob. Menoch. *loco & num. citato vers. Declaratur secundò.*

LOCUS DECIMUS QUINTUS.

Rationes semel examinatæ & excussæ, an, & quando ad novum Examen revocari, adeoque revideri, repetique possint, ac debeant?

SUMMARIA.

1. *Frequens est in Foro quæstio: an examinatæ Rationes revideri debeant?*
2. *Et quotidianum, pro Revisione Pupillos in Judicio agere.*
3. *Tutoris tum Inventarium, tum Rationes ipsas accusantes.*
4. *Judex non debet esse difficilis in concedenda Rationum Revisione.*
5. *Ita tamen, ut à Juris tramite non deviet.*
6. *Æquitas non Jure scripta sequenda non est.*
7. *Ratio semel examinata, denuò non est examinanda.*
8. *Idque ideo, ut evitetur litium infinitas, & Rationes non reddantur immortales.*
9. *Ratio semel examinata habet præsumptionem pro se, quòd fuerit rectè reddita, adeò, ut contrarium dicenti incumbat onus probandi.*
10. *Multò magis hoc verum est, quando unà cum Calculatione intervenit liberatio, vel Pactum de non contraveniendo.*

11. *Vera*

11. *Vera ista sunt, etiamsi allegetur Læsio ultra dimidium.*
12. *Maximè si perfectè Ratio fuit reddita.*
13. *Quando dicatur Ratio perfectè reddita?*
14. *Ratio minori, sine interventu Judicis, ejusque approbatione reddita, nulla, & revidenda est.*
15. *Idem statuitur, de Ratione dolo reddita.*
16. *Nec excusatur Administrator, etiamsi liberationem à Domino impetravit.* & num. 17.
18 *Idem dicendum est, si in Rationibus ipsis, vel illarum Examine fraus intervenit.*
19. *Etiamsi Juramentum*
20. *Vel authoritas Prætoris accesserit.*
21. *Pro impetranda Rationum Revisione, ex capite doli commissi, an verus vel præsumptus dolus requiratur?* & seqq.
22. *Non conficere Inventarium, vel Rationes, est dolus præsumptus.* & num. 27.
23. *Dolus præsumptus sufficiens est ad rescissionem Contractus.*
24. *Qui & proprius vocatur dolus & liquidissimus.*
25. *Modò præsumptione Juris constet, non hominis.*
26. *Dolus in omittendo consistens, in liberatione generali remissus esse censetur.* & num. 22.
28. *Qualis est, non omnia fideliter ad Inventarium referre, Pecuniam Pupillarem in Usuras, sive Prædiorum emptionem non convertere.*
29. *Dolus in committendo consistens, ut si Administratori aliquid adsit, vel si possidet aliquid de Bonis Domini, sub Quietantia generali non comprehenditur.* & num. 46.
30. *Secus, si nihil adsit, vel Administrator fuerit in Administratione negligens.*
31. *Dolus præsumptus ex vehementi præsumptione non facilè, in liberatione generali, remissus esse dicitur.*
32. *Liberationes latissimæ non præjudicant in illis, quæ occultata, occultè & clam gesta sunt.*
33. *Nec in illis, quæ ignoravit Dominus.*
34. *Probatur dolus, si liberatio facta est, non visis Rationibus, nec Inventario. Vel si Rationes non integrè exhibitæ, & fraudulenter multa occultata fuerunt.*
35. *II. Probatur dolus, si Tutor non confecit Librum Rationum, vel si confecit, sed confusè, inordinatè ac defectuosè.*
36. *Ut liberatio jurata prosit Administratori, factum requiritur, exhibendo scilicet Volumina Rationum, Inventarium, Instrumenta & alia ad Tutelam pertinentia, nec sola Domini confessio sufficit.*
37. *Non exhibens Librum Rationum & Inventarium, in dolo est.*
38. *III. Probatur dolus, si Administrator multa omisit, quæ erant ponenda.*

 39. *Qui*

39. *Qui quidem dolus est manifestus.*
40. *Idem dicendum est, si retineat Pecuniam penes se, & in usus proprios convertat.*
41. *Idque etiam in Matre procedit.*
42. *Quo quidem casu Quietatio non proficit Administratori, etiamsi pluries esset iterata, in amplissima forma, per publicum Instrumentum, & insuper Juramento vallata.*
43. *IV. Probatur dolus, si constet de enormi læsione.*
44. *V. Si non fuit observata forma Statuti, in hisce & similibus requisita.*
45. *Quibus casibus liberatio non obest, etiamsi Juramentum vel Transactio intercesserit.*
46. *VI. Probatur dolus, si aliquid adsit Administratori, quod Domino erat tradendum.*
47. *Etiamsi sint Computorum Libri.* & num. 48.
49. *Probatur VII. si in Inventario non scripsit illa, quæ erant scribenda.*
50. *VIII. Probatur, si Administrator affirmavit, se huic ceu Domini sui Creditori solvisse, qui tamen se Creditorem fuisse negat.*
51. *Dolus præsumitur in illo, qui mendacium dicit.*
52. *Vel qui falsum asserit.*
53. *Administrator, mendacii in Rationibus convictus, doli præsumptionem contra se habet.*
54. *Creditoris sola confessio, absque alia probatione debiti, ab Administratore soluti, veritatem non probat.*
55. *Errorem in Rationibus intervenisse, si probari potest, Calculi repetitio concedenda est.*
56. *Quæ conclusio æquitate nititur.*
57. *Rationem tunc esse redditam, dici non potest, quæ non plenè redditur.*
58. *Ita ut ex singulis specificatis, & articulatè deductis, omnium veritas apparere possit.*
59. *Calculus per se non habet vim Definitivæ.*
60. *Ratio, insufficienter vel erroneè reddita, revidenda est.*
61. *Et reducenda ad rectam compositionem, & veritatem.*
62. *Etiamsi fuerit per electos examinata.*
63. *Monstrato errore, integræ Rationes, & non pars illarum, revidendæ sunt.*
64. *Cumprimis si de alterius læsione agitur.*
65. *Calculus in pluribus erroneus, etiam in reliquis talis esse præsumitur.*
66. *In Revisione Rationum Summa concessa, & vera à falsis & controversis separandæ sunt.*
67. *Ob errorem Rationes quoque Mercatorum revideri debent.*
68. *Etiamsi Amici & Proximiores Calculo excusso interfuissent.*
69. *Vel pluries Calculatio facta sit.*
70. *Stipulatione, Promissione, aut Confessione, licet geminatâ, non obstante, ob errorem ad novum Calculum descendendum est.*

71. Licet

71. *Licet etiam impetrasset Administrator à Domino Quietationem, per publicum Instrumentum, in amplissima forma.*
72. *Et quidem juratam.*
73. *Subscriptio approbatioque Rationum, istamque subsecuta Quietatio non impedit, quo minus ob errorem Ratio repetenda sit.*
74. *Etiamsi Liberatio esset jurata.*
75. *Liberationes ejusmodi strictè sunt interpretandæ.*
76. *Et porrigendæ ad cogitata tantum.*
77. *Quietatio generalis, cum Decreto & Juramento à Minore facta, non tollit Revisionem.*
78. *Calculi repetitio necdum deneganda est, licet Administrator in priori Examine fassus sit, se esse contentum, & gesta ab Administratore approbare.*
79. *Vel, se ex certa scientia ipsum liberare.*
80. *Monstrato siquidem errore, vel dolo Administratoris, ad revisionem pervenitur.*
81. *Et ex hac obtenta Liberatione haud infertur, ergò Administrator Libros Rationis tradidit.*
82. *Error etiam Juris, in Examine Rationum commissus, ad impetrandum novum Calculum satis est.*
83. *Error ex eo optimè probatur, si fuerunt admissa, quæ non debeant admitti, & omissa, quæ ponenda erant.*
84. *Error Calculi in causa Appellationis allegari potest.*
85. *Modò illius in prima Instantia non fuerit facta mentio.*
86. *An item in Executione?*
87. *Rationum repetitio ob errorem usque ad 30. Annos admittitur.*
88. *Etiamsi Pactum liberatorium intervenerit.*
89. *Vel Ratio aliàs sit approbata.*
90. *Admittitur quoque Revisio ob errorem, quando Dominus negavit, sibi redditas fuisse Rationes.* & num. 91.
92. *Nec obest, etiamsi reliquorum restitutio post Calculationem secuta est.*
93. *Allegato Calculi errore, Executio nihilominus provisionalis est facienda.*
94. *Ante concessionem Revisionis error primò ab Actore probandus est.*
95. *Alleganti errorem incumbit onus probandi.*
96. *Rationes examinatæ habent præsumptionem pro se.*
67. *Calculationibus electorum fides est habenda.*
98. *Pro iisque præsumitur.*
Error igitur manifestè probari debet.
99. *Et quidem in specie doceri, quòd hæc vel illa partita in Rationibus fuerit omissa.*
100. *Adeò, ut apertissimæ Probationes requirantur.* & num. 101.
102. *Errore monstrato, intra 30. Annos Revisio concedenda est, non obstante pacto liberatorio.*

103. *Error*

103. *Error autem probatur, si, subductis de novo Calculis, ostendatur rem aliter se habere.*
104. *Vel in computando fuisse erratum, admissumve esse aliquid, quod non erat admittendum, vel omissum, quod omittendum non fuit.* & num. 106.
105. *Error intervenisse præsumitur, quando veritas in contrarium ostenditur.*
107. *Præcipuè ex Actis, vel per Instrumenta.*
108. *Alii modi, quibus error probatur, hîc recensentur.*
109. *Rationes semel examinatæ non sunt revidendæ, si error allegatus sit modicus.*
110. *Vel, si tantùm in tempore fuisset erratum.*
111. *Si Revisionem petens, Rationes semel approbatas, unà cum Inventariis, Quietantiis & aliis Instrumentis ad se receperit.* vide tamen num. 114. 115.
112. *Filius, à Matre Bona Paterna acceptans, præsumitur omnia recepisse.*
113. *Idem verum est in Socio, alteri Rationum Libros tradente.*
114. *Acceptio Rationum cum omnibus Instrumentis, Revisionem non impedit, nisi à Domino Administratori subtracti sint.*
115. *Administrator, cui à Domino auferuntur Rationes, ab illarum redditione liberatur.*
116. *Retentis Rationibus ab Administratore missis, earundem contenta approbasse non censetur.*
117. *Si post examinatas Rationes expressum tempus denominarunt partes, intra quod Rationes repeti debeant, eò elapsô, postea Revisio ulteriùs non conceditur.*
118. *Nec etiam, si interveniat Pactum de non contraveniendo.* vide num. 122.
119. *Accedente maximè Juramento.*
120. *Revisio denegatur, si, finito Rationum Examine Administrator inveniatur Creditor & non Debitor Domini.*
121. *Nisi dolosæ & erroneæ essent Rationes.*
122. *Pactum de non contraveniendo dicitur fallax, ideoque Revisionem, edocto errore, non tollit.* & num. seq.
123. *Error transigenti non nocet.*
124. *Dicenti, Rationes sibi fuisse sufficienter redditas, interveniente errore, Revisio concedenda est.*
125. *Pactum de non contraveniendo eò magis non admittitur, si in continenti fuerit adjectum.*
126. *Vel si interpositum sit super impossibili vel inverisimili.*
127. *Paciscentes eâdem facilitate Pactum ejusmodi approbant, quô & Rationes ipsas approbant.*
128. *An Pactum, de non contraveniendo, Revisionem tollat? distinguunt aliqui.*
129. *Rejicitur hæc opinio.*
130. *Præsumptio contrariâ probatione diluitur.*

131. *Si*

131. *Si post examinatas Rationes Dominus errori Calculi, & indebiti condictioni, omnibusque aliis apud Administratorem existentibus renunciaverit, nova Revisio non conceditur.*
132. *Vel, si Administratori reliqua, quæ exigere posset, gratis remisit.*
133. *Novus Calculus denegatur, si Rationum Examen Transactione fuerit sopitum.*
134. *Id est, de Rationum perplexitate, & non super liquido Calculo conventum.*
135. *Vera est & maximè Regula, si de errore, de quo lis erat, transactum sit.*
136. *Etiam in continenti post excussas Rationes.*
137. *Rescindenda venit Transactio, si in ipsa error expressus sit.*
138. *Vel si est iniqua, & nulla, aut dolosè extorta.*
139. *Doli exceptio est perpetua.*
140. *Agendo tamen biennii spatio terminatur, si igitur Transactio ex dolo rescindenda sit, ante biennii lapsum agendum est.*
141. *Transactio dolosa rescindi debet.*
142. *Etiam, si sit inita super Rationibus, de quibus nec lis erat mota, nec moveri sperabatur.*
143. *Tum, si transigens Dominus de errore sibi nondum cognito non cogitavit.*
144. *Rationes examinatæ, & Sententiâ definitivâ terminatæ, ob errorem non revocantur.*
145. *Idem statuitur, si Decreto Judiciali Calculus finalis sit confirmatus.*
146. *Ast, litem super Rationibus exortam Sententiâ sopiri, necessum est.*
147. *Error in ipsa Sententia repertus, reddit Sententiam nullam, sive Facti, sive Juris fuerit.*
148. *Rationes, Sententiâ Judicis approbatæ, retractandæ sunt, si appareat, fraude, & dolo aliquid fuisse vel omissum, vel admissum.*
149. *Calculatoris à Judice deputati Relationi standum est.*
150. *Nisi error demonstrari possit.*
151. *Juramento à redditis Rationibus liberatus, perinde tutus est, atque si per Sententiam, vel Transactionem liberatus fuisset.* & num. 168.
152. *Adeò, ut errans errorem allegare nequeat.* vide num. 155.
153. *Doli tamen intervenientis probatio Revisionem causat.*
154. *Dummodò in specie non fuerit remissus.*
155. *Error quoque probatus ad hoc prodest, ut novus Calculus contra Juramentum concedendus sit.*
156. *Liberatio generalis & jurata, non extenditur ad ea, ubi captio vel læsio esse potest.*
157. *Non obstante geminatâ confessione, Revisio, interveniente dolo vel errore, conceditur.*
158. *Remissio vel liberatio, Administratori gratis facta, Revisionem excludit.*

159. *Nisi facta sit à Procuratore Reipubl. Tutore & similibus, gratis nihil remittere valentibus.*
160. *An Dominus, qui fassus est, sibi tum probè redditas fuisse Rationes, tum omnia Instrumenta tradita, pro novo Examine inire possit?* & num. 161. 162. 163.
164. *Falsò asserentem, Rationes fuisse redditas, Juramentum præstitum, & liberatio data non excludit, quo minus Revisionem urgere possit.*
165. *Paria sunt non reddere Rationem, vel reddere, sed imperfectè.* & num. 166.
167. *Liberatio, absque inspectione Libri Rationis, & Calculatione, nil proficit.* & num. 168. 172.
169. *Si in Examine non omnium Rationum Libri fuerint integrè visi & lecti, iterum reddenda est Ratio.*
170. *Et dolo reddita esse dicitur, si constet, Inventarium non fuisse inspectum.*
171. *Nulla Liberatio valet, quæ exponitur, antequam Rationum Libri inspiciantur.*
173. *In dubio concedenda est Revisio, etiamsi Liberatio intervenerit, si non constat de Rationum redditione.*
174. *Nisi Liberatio esset antiqua.*
175. *Non conceditur Revisio, si probet Administrator, se perfectam reddidisse Rationem, etiamsi Inventarium non fuisset productum.*
176. *Ratio dolosè & fraudulenter reddita iterum est reddenda.*
177. *Idem verum est, quando de alterius læsione agitur.*
178. *Liberatio facta Administratori de una Administratione, ad alias à priori distinctas non extenditur.*
179. *Rationes revideri debent sumptibus illorum, quorum interest, id est, Domini.*
180. *Magistratus ex officio novum Calculum instituens, propriis impensis id facere debet.*
181. *Qui aliquid fieri desiderat, suis id sumptibus ut faciat, necesse est.*
182. *Civitas novum Rationum Examen postulans, sumptus solvit.*
183. *Si, novo Examine finito, appareat de mala Administratione rationalis, huic sumptus novi Examinis imputantur.*
184. *Rationum redditio præsumptione haud facilè tolli potest.*
185. *Mala fides longissimam præscriptionem enervat.*
186. *Malâ fide non interveniente, 30. Annorum spatio Actio de Rationibus reddendis tollitur.*
187. *Nec brevius tempus admittitur, etiamsi quæstio esset inter Heredes, & Socios, post initam divisionem.* & num. 188.
189. *Rationes examinatæ, & finaliter conclusæ, paratam habent Executionem.* & num. 190.
191. *Modò Debitor computationem factam judicialiter agnoverit.* & num. 192.
193. *Computa, necdum recognita, Executionem non merentur.* & num. 194.

195. *Adeò,*

195. *Adeò, ut pro impetranda Executione subscriptio Rationum, extra Judicium coram Notario facta, non sufficiat.*
196. *Sed omninò recognitio Calculi Judicialis requiritur.*
197. *Hâc omissâ, pars gravata semper novos Calculatores petere potest.*
198. *Calculus à Calculatoribus à Partibus electis positus, & deinde à Judice approbatus, exequendus est.*
199. *Modò Calculatores fuerint jurati.*
200. *Idem verum est in Calculatoribus, à Judice in contumaciam partis constitutis.*
201. *Computa, cum consensu Debitoris conclusa, exequenda sunt, etiamsi tertii manu scripta sint.*
202. *Factâ Revisione Rationem profitens se Debitorem in aliquibus, in iis Executionem pati debet.*
203. *Eo quo liquidum propter illiquidum regulariter suspendi non debeat, si idem Debitor esse prætendatur, tam de liquido quàm illiquido.*
204. *Ex quo cautela manat offerendi illud liquidum cum protestatione de solvendis ulterioribus ubi liquidata & liquida fuerint.*

FRequenter in Foro & Judiciis hanc Quæstionem occurrere, expe- 1.
rientia, rerum magistra, ubique testatur: Quotidie enim partes & 2.
cumprimis Pupilli pro novo Examine, & Revisione Rationum Tutelarium apud Judicem instant: vel omissa esse aliqua à suis Tutoribus, 3.
quæ ad acceptorum classem erant referenda, vel Inventarium ad amussim & præscripta Legum haud esse confectum, vel alia multa, nescio, quæ vitia, in Rationibus reperiri conquerentes. Ubi quidem in genere
dici potest, Judicem non usquequaque difficilem esse debere, in conce- 4.
denda Rationum Revisione, juxta Jason. *volum. 2. consil. 219. num. 1. & 2.* Matth. Wesenbec. *consil. 120. num. 31. in fine.* Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 1. resolut. 8. num. 18. vers. Judices.* post Gutierez *de Tutel. part. 3.
cap. 1. num. 1.* Sed nec adeò facilem, ut à Juris semitis deviare præsumat, 5.
princ. Institut. de Officio Judicis. l. 40. ff. de Judic. l. 13. in fin. Cod. de Sentent. & Interlocut. l. 23. C. de adulter. distinct. 4. cap. 3. Zas. *lib. 1. consil. 10. num. 35.* ubi ele- 6.
ganter dicit, æquitatem, quæ non est Jure scripta, sed ex motu & affectione animi apparet contra Jus scriptum, non esse sequendam. Concludo igitur:

Administrator, si semel Rationem reddidit, ad Calculi repetitio- 7.
nem, & novum Examen invitus compelli non potest, *l. semel. 2. Cod. de apoch. publ. lib. 10.* Barthol. Socin. *volum. 4. consil. 92. num. 1.* Petr. Paul. Paris. *volum. 1. consil. 89. num. 1.* Marc. Anton. Natta *consil. 40. num. 1.* Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 118.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 1.* Francisc. Niger Cyriac.

Controverſ. Forenſ. 411. num. 30. & *Controverſ. 444. num. 120.* Stephan. Gratian. *Diſceptat. Forenſ. 71. num. 2.* & *Diſceptat. 76. num. 2.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæſt. caſ. 209. num. 39.* ubi, obſervandum hoc eſſe, dicit, quod ſemel Rationibus redditis, atque calculatis, denuò nemo ſit urgendus, ad iterum calculandum, ſequitur Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 1. & 2.* Jacob. Schultes. *in Notis ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 126. num. 62.* Philip. Decius *conſil. 110. num. 1.* Maſcard. *de Probation. concluſ. 253. num. 21.* & *concluſ. 1256. num. 14.* Hector Felicius *de Societate cap. 38. num. 62.* Matth. Berlich. *part. 2. concluſ. 12. num. 44.* Barthol. Chaſſanæ. *ad Conſuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. verb. d'en rendre Comte. num. 1.* Roland. à Valle *volum. 1. conſil. 49. num. 39.* Johan. Aloyſ. Riccius *Collectan. deciſ. 1915.* & *deciſ. 3128.* Ariſmin. Tepatus *in Compend. Deciſ. tit. 489. cap. 4.* Marta *in Digeſtis noviſſ. tom. 1. verb. Rationum redditio. cap. 9. per tot.* Florez. Diez. de Mena *variar. Quæſtion. lib. 1. quæſt. 15. num. 2.* Johan. Franciſc. Balthaſar. *ad Jus Bavar. part. 2. tit. 5. reſolut. 8. num. 17.* Chriſtoph. Beſold. *in Theſaur. Pract. verb.* Vormünder. *verſ. Tutor, qui fuit liberatus:* communem hanc eſſe Scribentium ſententiam dicens, Matth. Weſenbec. *conſil. 143. num. 15.* Caſpar.
8. Klock. *volum. 3. conſil. 169. num. 12.* ubi vult Rationibus ſemel redditis, atque calculatis, ad evitandam litium infinitatem, & ne Rationes efficiantur immortales, denuò Tutorem, aliumve Adminiſtratorem urgeri non debere ad reiterandum Calculum, Ludov. Poſthius *reſolut. 73. num. 54.* Rota Genuenſ. *deciſ. 24. num. 1.* & *deciſ. 165. num. 2.* Benedict. Carpzov. *lib. 5. Reſponſ. Jur. Electoral. 69. num. 8. & 9.*

9. Ratio concluſionis eſt, quia Rationes redditæ ſubſecutâ cumprimis approbatione Judicis, vel Pacto, vel liberatione, habent præſumptionem rectæ compoſitionis, & juſti verique Examinis pro ſe, ideoque contrarium aſſerenti incumbit probatio, Florez. Diez. de Mena *lib. 1. quæſt. 15. num. 4.* Roland. à Valle *volum. 1. conſil. 49. num. 50. & 56.* Franciſc. Niger Cyriac. *Controverſ. Forenſ. 411. num. 30.* Eſcobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 28.*

10. Ampliatur concluſio 1. ut fortius procedat, quando unà cum Calculatione intervenit Abſolutio, ſeu Liberatio, Quietatio, vel Pactum de non contraveniendo, vel Tranſactio, vel quid ſimile, tum enim multò minus ad Rationes denuò reddendas Adminiſtrator obligatus eſt, Maſcard. *de Probation. concluſ. 1256. num. 15.* Johan. Aloyſ. Riccius *deciſ. 1915. verſ. Infero ſecundò.* & *deciſ. 3128.* ubi ita judicatum fuiſſe ait Johan. Cephal. *conſil. 192. num. 12.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæſt. caſ. 209. num. 27.* Riminald. Jun. *conſil. 338. num. 12. & 13.* Jacob. Schulteſ. *in Notis ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 126. num. 64.* Carpzov. *dict. Reſponſ. 69. num. 10.* Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 123.* ubi dicit, hoc caſu prætextu ſolius erroris Rationes iterum reddendas non eſſe, id quod etiam ſequitur Riminald. Jun. *conſil. 484. num. 51.* ubi ait,

ait, si præter Calculationem subsecuta fuerit Quietatio & promissio de solvendo residuo, non posse esse locum ulteriori Calculo, Menoch. *consil. 22. num. 17.* Carol. Ruin. *lib. 5. consil. 16. in fin.*

Ampliatur 2. quamvis allegatur læsio ultra dimidium ejus, quod Administrator loco reliquorum debet, non monstrato tamen Errore Calculi, Rationes redditæ non retractantur; Nec enim hîc locum habet *l. 2. Cod. de rescindend. vendit.* Pinell. *in dict. leg. part. 1. cap. 4. num. 6.* Petr. Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 44.* Molin. *de Usuris num. 182.* 11.

Eaque omnia extra dubium sunt, si perfectè fuerit Ratio reddita, per *l. 2. Cod. de apoch. publ. lib. 10.* ubi Bartol. Matth. Wesenbec. *consil. 143. num. 15.* Perfectè autem tunc dicitur esse reddita, quando omnia Volumina, Cautiones, & Instrumenta sint reddita & exhibita, data & accepta, collata, lecta, cognita, discussa, reliqua excussa & soluta, Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. conclus. 6. num. 14. & seqq.* Wesenbec. *dict. consil. 143. num. 16.* 12. 13.

Limita conclusionem 1. si Tutor aut Curator Rationes reddidit Minori simpliciter absque interventione Calculatorum istæque Rationes à Judice non sint approbatæ, nec ipse generalem liberationem Tutori aut Curatori fecerit, nec super eis pacti sint, & petat denuò revideri, etiamsi pluries petat, ne monstratis quidem, sed allegatis tantùm erroribus, audiendus est, ita post Salicet. Jason. & Curt. Florez. Diez. de Mena *variar. Quæst. lib. 1. quæst. 15. num. 3.* Arismin. Tepat. *in Compend. Decis. tit. 489. cap. 10.* 14

Limita 2. si constet, dolo esse redditam Rationem, habetur pro non reddita, ideoque de novo reddenda est, si Dominus ita voluerit, Jason. *volum. 2. consil. 219. num. .. & seqq.* Hartman. Pistor. *observat. 157. num. 10.* Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 70.* Carpzov. *dict. Respons. 69. num. 18. 19. & 20.* & *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 8. num. 6.* Regner. Sixtinus *volum. 3. Consil. Marpurg. 12. num. 19.* Petr. Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 32.* latè Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 57. & seqq.* ubi probat, in casu liberationis inter vivos, si ei, qui dolum commisit, aliquid adest, quia apparet, quod in manibus Tutoris vel alterius Administratoris aliquid remansit, quod tunc generalis liberatio vel absolutio ad hunc casum non extendatur, nec per illam dolus præteritus censeatur remissus, nisi expressè facta sit mentio doli, Schurff. *centur. 2. consil. 19. num. 9.* Plotus *de in litem jurando. §. 5. num. 36.* Bursat. *consil. 104. num. 17.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 133.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 11. num. 23.* Wesenbec. *consil. 47. num. 44. & 50.* Sixtin. *volum. 3. Consil. Marpurg. 12. num. 19.* & hoc non habere difficultatem, si de Administratoris dolo tractetur, nec 15. 16. 17.

 impe-

impediri Revisionem, etiamsi Quietatio & Liberatio fuerit subsecuta, testatur Prosper. Farinac. *volum. 1. consil. 69. num. 2.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 289. num. 38.* & *consil. 22. num. 2.* Carpzov. *dict. definit. 8. num. 6. & 7.*
18. Idem statuendum est, si in Rationibus ipsis, vel illarum Examine fraus
19. & deceptio intervenerit, Riminald. Jun. *consil. 338. num. 43.* etiamsi Liberationi Juramentum, Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 29. 30.* & post gloss. communiter approbatam Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 136.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 71.* Carol. Molinæ. *ad Consuetud. Paris. tit. 1. §. 9. gloss. 6. verb. rendre Comte. num. 21.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 13.* Menoch.
20. *dict. cas. 289. num. 39. & 40.* vel authoritas Prætoris accesserit, Escobar. *dict. cap. 40. num. 15.*

21. An autem hoc casu probatio doli veri præcisè requiratur, vel an pro impetranda Rationum Revisione dolum præsumptum docere satis sit? controversæ est quæstionis.

22. Dolum verum omninò requirunt, nec præsumptum sufficere dicunt, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 252. num. 38.* Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 41.* Matth. Wesenbec. *consil. 335. num. 128.* Paul. Christinæ. *Decis. Cur. Belg. volum. 2. decis. 98. num. 12.* pro hac opinione judicasse Rotam Romanam refert Johan. Aloys. Riccius *Collectan. Decis. 3128. in fine.* accedit Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 70.* Johan. Cephal. *consil. 192. num. 49.* ubi probat, præsumptum hunc dolum, ut si Inventarium, vel Liber Rationis non fuisset confectus, eo ipso remissum esse, quod quis ab Administratione est liberatus, Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 3. tit. de Solution. resolut. 7. num. 14. in fin.*

Contrarium in terminis defendit Prosper. Farinac. *lib. 1. consil. 90. num. 25.* ubi hanc opinionem dicit esse communem Hector Felicius *de Societate cap. 37. num. 38.* ubi docet, per liberationem à redditione Rationis, non censeri dolum præsumptum esse remissum.

23. Hæc negativa opinio ex illo confirmari potest, quòd dolus præsumptus sufficiens sit ad rescissionem contractus, Johan. Cephal. *consil. 34. num. 24.* & *consil. 62. num. 18.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 1. consultat. 35.*
24. *num. 49.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 759. num. 20.* qui & proprius vocatur dolus & liquidissimus, Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126.*
25. *num. 112.* scilicet, si præsumptione Juris constet, non hominis, Schultes. *dict. quæst. 126. num. 113.*

26. Ego distinguendum esse arbitror, an dolus ille consistat in omit-
27. tendo, uti si Tutor vel Administrator non confecit Inventarium: (præsumptum enim dolum esse Inventarii omissionem frequentius obtinuit Bartol. *in l. tutor, qui repertorium. 7. num. 7. ff. de administrat. tutor.* Stephan. Gra-

Gratian. *Disceptat. Forens. 28. num. 8.* & *Disceptat. 711. num. 8. & 64.* Matth. Wesenbec. *consil. 243. num. 27. & 45.* Johan. Petr. Surd. *Mantuan. Decis. 226. num. 20.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 18.* ubi idem meritò dicendum esse 28.
dicit, si non omnia ad Inventarium fideliter fuerunt relata, vel si Tutor non converterit Pecunias Pupillares in Usuras, aut emptionem Prædiorum, Prosper. Farinac. *in Fragment. Criminal. verb. dolus. num. 156. vers. Et in generali.*) Et tunc dicendum esse puto, in remissione & liberatione generali remissum esse hunc dolum, Farinac. *loco jam citato.* Hector Felicius *de Societate cap. 38. num. 49.* Petr. Paul. Paris. *volum. 1. consil. 84. num. 32.* Roland. à Valle *dict. consil. 49. num. 59.*

Aut consistit in committendo, id est, si Administratori aliquid ad- 29.
est, aut retinuit, sive possidet Bona ad Dominum pertinentia, & hoc casu Apocham sive Liberationem generalem non extendi, certum est, *l. tres fratres. 35. ff. de pactis.* Felicius *de Societate cap. 57. num. 49.* Jason. *volum. 2. consil. 219. num. 19.* Schultes. *ad Modestin. Pistor. dict. quæst. 126. num. 70. & 71.* Farinac. *dict. verb. dolus. num. 156. verb. Et ex prima.* Mascard. *de Probation. conclus. 1252. num. 18.* Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 1. tit. de dolo. resolut. 1. num. 5.* ubi dicit, si committenti nihil adsit, remissum dicendum esse in 30.
renunciatione inter vivos, sive quis simpliciter, sive omnem actionem remiserit, aliud verò statuendum in eo, qui aliquid retinuit, aut cui aliquid adest ex Bonis remittentis, addo Paris. *dict. consil. 84. num. 32.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 58. 59. & 60.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 13. & 17.* ubi eandem distinctionem approbat, docens, si Administrator esset Debitor ratione negligentiæ & malæ gestionis, etiam dolosæ & fraudulentæ, omnia hæc in generali liberatione remissa esse, modò ex illo dolo Administratori nihil adsit, Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 8. num. 5.* Certè si dolus esset præsumptus ex vehementi præsump- 31.
tione, non facile eum in generali Quietatione & Liberatione remissum esse, secus si ex conjecturis levibus, id est, si ex eo nihil adsit Tutori, nec absit Minori, & ita concordari posse opiniones, putat Florez. Diez. de Mena *variar. Quæstion. lib. 1. quæst. 15. num. 7.* Jason. *volum. 2. consil. 219. num. 19.*

Præterea Liberationes latissimæ etiam, & quæ, salvâ ratione recti 32.
sermonis restringi non possunt, non præjudicant in illis, quæ occultè & clam gesta & occultata fuerunt, *text. opt. in dict. l. tres fratres. 35. in fin. in verbis:* si agentibus ob portionem ejus, quod subreptum à Titio dicitur, generalis pacti conventi exceptio his, qui fraudem à Titio commissam ignoranter transegerunt, objiciatur, de dolo utiliter replicari posse. *ff. de pactis.* Jason. *volum. 2. consil. 219. num. 2. & 16.* ubi dicit, Liberationes gene- 33.
rales

rales factas Tutoribus, etiam latè conceptas, ita, ut vix sint restrictibiles, non præjudicare in illis, quæ clam facta sunt, vel dolo Tutorum occultata, ita, ut Minores illarum rerum ignorantiam habuerint. Idem docet Hector Felicius *de Societate cap. 37. num. 47.* Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 1. tit. de dolo. resolut. 1. num. 9.* post Angel. Castrens. Bald. Beroi. & Menoch. Mascard. *de Probation. conclus. 1252. num. 21. & 22. cum seqq.* Cephal. *consil. 192. num. 27. & 30.* adde *dicta suprà Loco XII. num. 133. & seqq.*

34. Præsumitur sive probatur dolus I. quando Liberatio facta est, non visis Rationibus, nec Inventario, Paul. de Castro *part. 1. consil. 343. vers. Ex quo sequuntur plura.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 11. num. 24.* Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 14.* Petr. Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 30.* ubi dicit, ex eo probari dolum, si rationes non integrè exhibitæ, explicatæque sint, & fraudulenter multa accepta occultata, Paul. Montan. *de*

35. *Tutel. cap. 38. n. 137. & 138.* ubi II. dolum doceri probat, si non exhibeantur Rationes calculatæ, vel si Tutor non confecerit Librum Rationum de Acceptis & Expensis, vel si confecerit quidem, sed confusè, inordinatè ac defectuosè, cùm exinde dolosa & deceptione plena Administratio ostendatur: idque ante eum docuit latè Barthol. Socin. *volum. 2. consil. 190. num. 2.* & *volum. 4. consil. 92. num. 12. vers. Quarto ac præcedenti.* Menoch. *consil. 22. num. 11.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 563. num. 30.* Arismin. Tepatus *in*

36. *Compend. Decis. tit. 490. cap. 4.* ubi, ut Liberatio jurata Administratori prosit, non sufficere confessionem Domini ait, sed factum requiri, exhibendo scilicet, & tradendo Volumina, Cautiones, Instrumenta, Inventarium, & alia ad Tutelam pertinentia, offerendo quoque Rationes actualiter legendas, percunctandas, ac dispungendas, non confusè, & in folle, sed explicitè & distinctè, & quicquid reliquum fuerit solvendo, his omnibus non concurrentibus, non esse dicendum, Administratorem bonam & perfectam Rationem reddidisse, adeoque meritò iterum posse conveniri per *l. 81. ff. de condit. & demonstrat.* confer. Florez. Diez. de

37. Mena *lib. 1. quæst. 15. num. 5.* ubi quoque in non exhibente Libros Rationum & Inventarium, dolum præsumit.

38. Probatur dolus III. si palam fit, quòd Administrator multa omiserit, quæ erant ponenda, & Rationibus inserenda, Barthol. Socin. *volum.*

39. *2. consil. 190. num. 2. vers. Tertiò quia.* ubi manifestum esse dolum scribit, si Administrator non posuit ad introitus multos fructus perceptos, & Pecunias à se exactas, confer. David Mevium *ad Jus Lubec. dict. tit. 7. artic. 11. num. 26.* Montan. *citat. cap. 38. num. 140.* Heigium *quæst. 20. num. 30.* Arismin. Tepatum *in Compend. Decis. tit. 490. cap. 3.* Menoch. *consil. 22. num. 13. vers. Tertiò argui.* Mascard. *de Probation. conclus. 531. num. 67.* Prosper. Farinac. *consil. 96. num.*

num. 5. & 18. ubi in dolo manifesto esse judicat Administratorem, reti- 40.
nentem penes se Pecuniam Domini, & in usum proprium convertentem, Paul. de Castro *volum. 1. consil. 343. num. 1. vers. Sed ut particularius.* ubi 41.
loquitur de Matre, quæ omiserat in Rationibus duas vineas, ex quibus annui fructus percipi poterant, & præterea integram Pecuniæ Summam, ab aliis perceptam ad classem acceptorum non retulerat, & denique ex Censibus perceptis aliquam partem suppresserat, ex quibus omnibus tum dolum præsumendum, tum Rationes, liberatione non obstante, revidendas esse concludit, Schurff. *centur. 2. consil. 9. num. 9.* Paris. *volum. 1. consil. 89. num. 16. & seqq.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 25. & seqq.* Joh. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 82. num. 23.* plus dicit Farinac. *dict. consil. 96. num. 4.* etiamsi Quietatio esset facta per publicum Instrumentum cum 42.
Juramento, ex certa scientia, pluries verbo, & facto ratificata, in amplissima forma, etiam cum Pacto, Transactione, Promissione de non contraveniendo, cum Decreto Judicis, item cum assertione, quòd computa diligenter fuerint examinata, & quibusvis aliis similibus clausulis & cautelis, hoc tamen casu, ubi omissa sunt aliqua in Rationibus, vel redditus suppressi, concedendum esse novum calculum.

Probatur IV. quando constat de enormi læsione. Vel 43.

V. Non fuit observata forma Statuti, in his & similibus requisita, 44.
ita Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 142. & duobus seqq.* ubi affirmat, Liberatio- 45.
nem hisce casibus non valere, etiamsi Juramento esset firmata, vel Transactio intervenisset, consentit Mevius *ad Jus Lubec. dict. artic. 11. num. 28. & 29.*

VI. Probatur, si aliquid adsit penes Administratorem, quod Domi- 46.
no fuerat tradendum, Jason. *volum. 2. consil. 219. num. 19.* Cyriac. *Controvers. Forens. 73. num. 26.* ubi respondet, si ex dolo præsumpto aliquid adsit, vel adesse præsumitur Tutori, & aliquid absit, vel abesse præsumitur remittenti, tunc generalem remissionem non extendi ad talem dolum, nisi ejus expressa & specialis sit facta mentio, Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 59.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 13. in fine.* ubi vult, si aliquid ad- 47.
sit Administratori, illud in generali remissione non venire, adeo, ut etiam contra liberationem jurejurando firmatam absque metu Perjurii peti possit Revisio Rationum, & reformatio erroris: huc refert compu- 48.
torum Libros Farinac. *consil. 96. num. 11.* dicens, si hosce non tradat Administrator, & quidem ultro, esse ipsum quoque in dolo.

Probatur VII. si in Inventario non descripserit illa, quæ erant descri- 49.
benda, Cravetta *consil. 215. num. 64.* Mascard. *de Probation. dict. conclus. 531. num. 64.*

50. Probatur VIII. si Administrator in Catalogo Expensarum affirmavit, se, verbi gratiâ, Mævio nomine sui Principalis, quasi ille Mævius hujus Creditor fuisset, certam Summam Pecuniæ solvisse. Mævius autem inficias eat, quòd Creditor illius, cujus nomine se solvisse dicit rationalis, unquam fuerit. In terminis Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 56.* Me-
51. noch. *consil. 22. num. 12.* & ratio potest esse, quia dolus præsumitur in illo, qui mendacium dicit, Mascard. *de Probation. conclus. 531. num. 19. & seqq.* vel
52. qui, veritate suppressa, falsum asseruit, Cravetta *consil. 282. num. 8.* Mascard. *dict. conclus. 531. num. 29.* unde dicit Anton. Perez. *in Cod. lib. 10. tit. 1. num. 17.*
53. si, aliena negotia administrans, Mendacii & Perjurii in Rationibus convincatur, ex eo solo absque alia probatione præsumi, quòd dolosè fuerit versatus in Administratione, & adversus eum deferri posse Juramen-
54. tum in litem. Quinimò, etiamsi Mævius affirmasset, se Creditorem fuisse Titii, hujusque nomine ab Administratore creditum fuisse solutum, ex hoc solo, alia cessante probatione, veritas crediti non monstratur, Menoch. *consil. 22. num. 12.*

55. Limita conclusionem 3. si probari potest, errorem in Calculatione intervenisse, Administrator ad novum Calculum urgeri potest, *l. unic. Cod. de errore Calculi.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 44.* Marc. Anton. Natta *consil. 489. num. 2. & seqq.* Paris. *volum. 1. consil. 89. num. 18. & 34.* Riminald. Jun. *consil. 338. n. 47. & 48.* Joh. Cephal. *consil. 562. num. 13. & seqq.* Felicius *de Societate cap. 38. num. 69.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 3. & seqq.* Mascard. *de Probation. conclus. 1256. num. 10.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. dict. quæst. 126. num. 65.* Joh. Petr. Surd. *Decis. Mantuan. 239. num. 1. & 2.* Petr. Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 36.* Benedict. Carpzov. *decis. 75. num. 5.* Aymo Cravetta *consil. 188. num. 10.* Paul. Christinæ. *volum. 2. Decis. Cur. Belg. 98. num. 1.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 11. num. 30.* Suarez. *Recept. Sentent. lit. C. num. 162.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 69. num. 15.* & *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 8. num. 4.* Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 145.* Klock.
56. *volum. 3. consil. 169. num. 11.* hæc limitatio non mediocri nititur æquitate,
57. Natta *consil. 489. num. 6.* Felicius *de Societate cap. 38. num. 63.* non enim verè dici potest, Rationem hanc esse redditam, quæ non plenè redditur, ita ut fides ejus undiquaque constet, *l. qui sub conditione. 111. ff. de condit. & de-*
58. *monstrat.* Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 48.* ita ut ex singulis specificatis, & articulatè deductis omnium veritas possit apparere, Barthol. So-
59. cin *volum. 2 consil. 190. num. 1.* Wesenbec. *dict. consil. 47. num. 48.* Calculus enim per se non habet vim definitivæ quoad condemnationem, vel absolu-
60. tionem, Christinæ. *dict. Decis. Cur. Belg. 98. num. 8.* & cùm Calculatio vel Computatio fuit insufficienter reddita, vel erroneè, revidenda erit, Bar-

Barthol. Socin. *dict. consil. 190. num. 3. & 4.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 40.* Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 146.* & reducenda ad rectam compositionem 61.
& veritatem, *l. error facti, 7. Cod. de Jur. & fact. ignorant.* Barthol. Socin. *volum. 4. consil. 25. num. 6.* Montan. *dict. cap. 38. num. 147.* sic etiam, Calculatio 62.
per electos facta contra veritatem, est retractanda, & denuò repetenda Officio Judicis, Mascard. *de Probation. conclus. 253. num. 12. & 13.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 30.* non quidem ex parte, uti ex textu Juris Hispanici vult Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 30. in fine.* ubi dicit, constito de errore 63.
alicujus Parcellæ, non totam Rationem, sed duntaxat illam erroneam Parcellam revidendam & retractandam esse, verùm integra, id est omnia Capita in Administratione contenta repetenda, & denuò examinanda sunt, argum. *l. sed & cùm aliquis. 16. ff. de negot. gest.* Gabriel. *consil. 61. num. 16. & 17.* Felicius *de Societate cap. 38. num. 81. in fine.* cumprimis si de alte- 64
rius læsione agatur, Ernest. Cothman. *volum. 5. respons. 30. num. 106.* siquidem 65
Calculus in pluribus erroneus, in reliquis etiam & cæteris talis præsumitur, Gratian. *Disceptat. Forens. 563. num. 35.* Mercurial. Merlin. *decis. 81. num. 21.*

Putarem tamen, ad abbreviandos labores in Examinis repetitione 66.
Summas sive partes veras concessasque, & quæ extra controversiam sunt, à falsis vel dubiis separandas, & in hisce porrò pergendum esse ex doctrina Arysmini Tepati *in Compendio Decis. tit. 490. cap. 4. in fine.* post Rotam Avenion. *tom. 3. decis. 53.*

Extenditur hæc limitatio, & procedit 1. etiam inter Mercatores, 67.
inter quos erroris demonstratio Calculi repetitionem causat, Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 3. tit. de solution. resolut. 7. num. 2.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 49.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 22.* Paul. Christinæ. *volum. 2. Decis. Cur. Belg. 98. num. 14.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 47.*

Procedit 2. licet Peritiores & Amici Rationum redditioni interfu- 68.
issent, Paris. *volum. 1. consil. 89. num. 28. & 58.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 27.* Farinac. *consil. 96. num. 32.*

Procedit 3. etiamsi pluries Calculatio facta fuisset, nihil enim im- 69.
pedit, quominus erroneæ Rationes revideantur & repetantur, *l. unic. Cod. de errore calculi.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 48.* Hector Felicius *de Societate cap. 38. num. 64.* Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 36.* Carpzov. *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 69. num. 15.* Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 148.* Cephal. *consil. 562. num. 16.* Farinac. *consil. 96. num. 1.* ubi certissimi hoc esse Juris dicit, Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 3. tit. de solution. resolut. 7. num. 12.* ubi ultra quatuor vices non admittit iterationem Calculi, nisi error esset in promptu.

70. Procedit 4. etiamsi Stipulatio intercesserit, & cum Calculatione intervenerit promissio, vel concurrat confessio, sive illa fuerit simplex sive geminata, Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 3. tit. de solution. reso-*
71. *lut. 7. num. 3. & 4.* sive etiam secuta vel data sit Administratori à Domino Liberatio, vel Quietatio per publicum Instrumentum, in amplissima forma, cum Clausulis solitis & consuetis, adhuc tamen Ratio erronea, & non sufficienter reddita, denuò examinari debet, Francisc. Vivius *Neapolitan. Decis. 400. num. 39.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 4.* Tessaur. *decis. 76. num. 7.* Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 35.* Cothman. *volum. 5. respons. 30. num. 108.* Hartman. Pistor. *observat. 158. num. 4. & per tot.* Schurff. *centur. 2. consil. 9.* & *consil. 41. per tot.* Plotus *de in litem jurando. §. 5. num. 36.* Bursat. *consil. 104. num. 17.* Adrian. Gylman. *in Symphorem. Supplication. tom. 4. part. 1. voto 33. num. 9. & 10.* Carpzov. *Decis. 75. num. 3.* & *lib. 5. Respons. Jur. Electoral. 63. num. 17.* Mascard. *de Probation. conclus. 1256. num. 160.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126.*
72. *num. 67.* Stephan. Gratian. qui de confessione & liberatione jurata loquitur *Disceptat. Forens. 563. num. 30. & seqq.* & *Disceptat. 761. num. 4.* Matth. We-
73. senbec. *consil. 47. num 44.* & quod subscriptio, approbatioque Rationum, istique subsecuta Liberatio & Quietatio, sive Absolutio ad hoc non proficiat, quin iterum Ratio reddi debeat si error intervenerit, isque probari possit, probat *text. in l. unic. Cod. de errore calculi. l. emptor. 47. §. Lucius. 1. ff. de pactis.* ubi Liberatio facta ratione Calculi, non excludit, quo minus conveniri possit ad debitum, quod in Calculo comprehensum non fuit, accedit modò citatis Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 145.* Octav. Cacheran. *decis. 58. per tot.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 55. & seqq.* Roland. à Valle
74. *volum. 1. consil. 49. num. 59.* Jason. *volum. 2. consil. 219. num. 18.* ubi quoque de jurata Liberatione loquitur, & *volum. 3. consil. 239. num. 1. & 2.*
75. Liberationes enim ejusmodi regulariter strictè sunt interpretandæ,
76. Hartman. Pistor. in terminis *Observat. 158. num. 9.* & porrigendæ ad cogi-
77. tata tantùm, Tessaur. *decis. 74. num. 7.* ubi præterea addit, Quietationem generalem, Administratori à Pupillo vel Minore etiam cum Decreto & Juramento factam, non tollere Rationis Revisionem, nec reliqua dolosè retenta: idque etiam præter alios sequitur Schurff. *centur. 2. consil. 9. num. 13.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 34.*
78. Extende hanc quartam limitationem, ut vera sit, etiam si quis, Examine Rationum finito, professus fuerit, se esse contentum, & gesta ab Administratore approbare, Hartman. Pistor. *Observat. 158. num. 1. & per*
79. *tot.* vel se ex certa scientia ipsum liberare, Riminald. Jun. *consil. 338. num. 67. & seqq.* vel sibi fuisse sufficienter Rationes redditas, Felicius *de Socie-*
80. *tate cap. 33. num. 83.* monstrato siquidem errore vel Adversarii fraude, dolo-

dolove Revisio concedenda est, Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 62.*
& duobus seqq. sed nec ex obtenta hac Liberatione & Quietatione sequi- 81.
tur, aut inferri potest, ergò & Administrator Libros Rationum restituit,
Prosper. Farinac. *consil. 96. num. 13.* Riminald. Jun. *dict. consil. 338. num. 13.*

Procedit 5. Rationes poterunt de novo revideri & retractari, non 82.
solùm ubi error consistit in Mathematicis, utputa quando Calculatores
dixerunt, duo & tres esse octo, sed etiam ubi erratum esset in Jure, ut-
puta si oneratus esset Administrator de Parcellis, quibus Jure onerari
non debuit, & vice versâ, non fuit oneratus de Parcellis Jure ab ipso
debitis, argum. *l. si post divisionem. 4. Cod. de Jur. & fact. ignorant.* Petr. Paul.
Paris. *volum. 1. consil. 89. num. 27.* Mascard. *de Probation. conclus. 252. num. 1. 12. & 13.*
ubi dicit, errorem optimè probari, si ea fuerint admissa, quæ nullo Pa- 83.
cto erant admittenda, eaque sint omissa, quæ necessariò erant inseren-
da, confer. Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 6. & 7.* Cravettam *consil. 188.*
num. 40.

Procedit 6. ut iste error Calculi possit etiam allegari in causa Ap- 84.
pellationis, sive sit deductus in causa principali, sive non, Paul. de Castro
volum. 2. consil. 10. num. 1. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 153. & 154.* Felicius *de*
Societate cap. 38. num. 6. Alexand. Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 3. tit. de solu-*
lion. resolut. 7. num. 5. utrobique dicunt, procedere, sive in prima Instantia 85.
error fuerit allegatus, sive non. Sed, si pendente primo Judicio erro-
ris fuerit facta mentio, eoque non obstante, publicata Sententia, &
hæc, omissâ Appellatione, transiverit in rem judicatam, vel Appellatio
fuit deserta, aut illi renunciatum, hoc sanè casu error amplius allegari
non potest, Trentacinq. *dict. resolut. 7. num. 5.* Paul. de Castro *citat. consil. 10.*
num. 2. & 3.

Alia quæstio est, an per exceptionem erroris Executio suspendi de- 86.
beat? id est, an iste error Executioni validè opponi possit? vide latè
Escobar. *de Ratiocin. cap. 38. per tot.* Affirmandum est, si error in continenti
doceatur, Escobar. *dict. cap. 38. num. 4. & seqq.* Petr. Paul. Paris. *volum. 1. consil.*
89. num. 35. Lancellot. *de Attentat. part. 2. cap. 4. limitat. 28. num. 5. & 6.*

Procedit 7. Rationum repetitio ob errorem usque ad 30. Annos 87.
admittitur, Gloss. *in l. calculi. 8. ff. de administrat. rer. ad Civitat. pertinent.*
Cothman. *volum. 5. respons. 30. num. 405.* Marc. Anton. Natta *consil. 259. num. 2.*
Alexand. Trentacinq. *variar. Resolution. lib 3. tit. de solution. resolut. 7. num. 7.*
etiamsi Pactum Liberatorium intercesserit, Petr. Heigius *part. 1. quæst. 20.* 88.
num. 35. Riminald. Jun. *consil. 338. num. 48.* Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 50.*
ubi vult, etiamsi reddita Ratio fuisset approbata, posse tamen illam ob 89.
errorem Calculi, aut ignorantiam alicujus omissionis, vel commissionis

ad 30. usque Annos retractari, & peti, ut de integro revideatur, & calculetur, Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 16.*

90. Procedit 8. etiamsi negasset quis, redditas sibi fuisse Rationes, Administrator verò intentionem suam, id est, se eos reddidisse probasset, adhuc, edocto errore, repetendæ erunt, Felicius *de Societate cap. 38. num. 67.* quam quidem extensionem Paul. de Castro *volum. 2. consil. 10. num. 3.* hactenus veram fatetur, quando Actor sine longo litis sufflamine, hoc est, sine Articulis & Testibus, vel ulteriori investigatione errorem in continenti docere potest, secus si ad Testium Examen, & Processum Judiciarium provocet, Alexand. Trentacinq. autem *variar. Resolut. lib. 3. tit. de so-*
91. *lution. resolut. 7. num. 6.* indistinctè negantem Calculationem admittit, sive in continenti sive in Processu Testibus errorem doceat, ita tamen, ut adversæ parti Expensas solvat, cujus opinio habet Rationem.

92. Procedit 9. Calculi Revisio peti potest, allegato errore, etiamsi restitutio reliquorum post Calculationem subsecuta fuisset, Hector Felicius *de Societate cap. 38. num. 68. & 69.*

93. Observandum hic est 1. quòd Executio sit facienda saltem provisionalis, etiamsi error Calculi allegetur: aliàs enim, si per exceptionem erroris commissi condemnatio suspenderetur, quilibet allegare posset errorem, & ita Executionem impedire ita Arresto Curiæ Parisiensis judicatum fuisse, testatur Rebuffus *de Literar. Obligat. artic. 2. gloss. unic. num. 129.* & communiter hanc decisionem solere Supremam Curiam Mechliniensem in judicandis causis sequi, dicit Paul. Christinæ. *volum. 2. Decis. Cur. Belg. 98. num. 11.* Johan. Aloys. Riccius *Collectan. Decis. 719.*

94. Observandum est 2. quòd, ut Rationum repetitio concedatur ex capite erroris, probandus sit primò ille error ab ajente, Hector Felicius
95. *de Societate cap. 38. num. 73.* nam alleganti, Rationem non fuisse sufficienter redditam, incumbit onus probandi, Barthol. Socin. *volum. 2. consil. 190. num. 3.* Borgnin. Cavalcan. *part. 1. decis. 38. num. 16.* Roland. à Valle *volum. 1.*
96. *consil. 49. num. 50.* quia Rationes semel expunctæ habent pro se præsump-
97. tionem, quòd fuerint ritè & rectè dispunctæ, *suprà hic num. 9.* & Calculationibus eorum, qui à Partibus electi fuerunt, fides est habenda, Mascard. *de Probation. conclus. 13. num. 7.* Ludov. Posthius *Resolut. 51. num. 1.* pro
98. iisque præsumitur Paul. Christinæ. *dict. Decis. 98. num. 12.* ad hoc ergò, ut Rationes ex causâ erroris ad Instantiam Partis revideri possint, prius debet Judici, constare, qualiter in illis erratum fuerit, idque in specie, allegatis erroribus, nec sufficit dicere, quòd in illis reddendis fuerit erratum, ex communi Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 28.* Florez. Diez. de Mena *dict. quæst. 15. num. 4.* Posthius *dict. resolut. 51. num. 3.* Roland. à Valle *volum.*

volum. 1. consil. 49. num. 50. Christinæ. *dict. decis. 98. num. 12.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 544. num. 123.* ubi probationem erroris manifestam requirit, Joseph. de Sesse *part. 1. Decis. Arragon. 38. num. 1.* Prosper. Farinac. *consil. 7. num. 8.* ubi ex Decio *consil. 94. num. 4. vers. Non obst. at. volum. 1.* contendit, Actorem debere expressè hanc negativam probare, quòd videlicet partitæ, super quibus prætendit dolum, seu errorem, non fuerint in Calculatione computatæ, Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 40.* ubi volebat, errorem dolosum, in reddendis Rationibus commissum, claris probationibus esse detegendum. Imò, quod in genere de allegato errore constare debeat ante Revisionem ex perspicuis probationibus, docet Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 28.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 11. num. 30.* ubi nec Pactum Liberatorium Tutori proficere dicit, sed, eo non obstante, Rationes usque ad 30. Annos iterum edendas & calculandas esse, dummodò errorem in computatione intervenisse allegetur, & simul doceatur, adde Emanuel. Suarez. *Recept. Sentent. lit. C. num. 162.* Mascard. *de Probation. conclus. 1256. num. 14. & seqq.* Petr. Heigium *lib. 1. quæst. 20. num. 36. & 44.* 99. 100. 101. 102.

Probatur autem error, si denuò subducantur computa, Mascard. *de Probation. conclus. 253. num. 3.* Francisc. Niger Cyriac. *Controvers. Forens. 65. num. 12.* id est, si ostendatur, rem aliter se habere, Matth. de Afflict. *Neapolitan. Decis. 44. num. 3.* Barthol. Socin. *volum. 4. consil. 25. num. 3.* & *consil. 33. num. 5.* Cyriac. *Controvers. 35. num. 19.* Joh. Cephal. *consil. 562. num. 10. 24. & 27.* Cravetta *consil. 188. num. 9.* Surd. *consil. 27. num. 6.* & *consil. 202. num. 13.* post Bartol. Alexand. Jason. Bald. & Decium, Honded. *volum. 1. consultat. 66. num. 69.* & *consultat. 102. num. 44.* Trentacinq. *lib. 3. tit. de solution. resolut. 7. num. 10.* & in computando fuisse aberratum, vel quid esse omissum, quod inferendum erat, vel aliqua admissa, quæ nullo Pacto erant admittenda, Petr. Paul. Paris. *volum. 1. consil. 89. num. 27.* Mascard. *de Probation. conclus. 253. num. 1.* & *conclus. 1256. num. 17.* ubi, probare posse, dicit, Rationes non fuisse legitimè redditas, si aliquid omissum ostendatur ex iis, quæ in reddendis Rationibus requiruntur, Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 30.* Emanuel Suarez. *Recept. Sentent. lit. E. num. 158.* ubi ait, errorem in Calculis, atque aliis rebus generaliter eo ipso intervenisse præsumi, quòd veritas in contrarium ostendatur, confer. Heigium *part. 1. quæst. 20. num. 37.* Mevium *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 11. num. 31.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 150.* Felicium *de Societate cap. 38. num. 74.* Johan. Vincent. Honded. *volum. 2. consultat. 34. num. 6.* Cyriac. *Controvers. 246. num. 14.* Surd. *consil. 37. num. 6.* 103. 104. 105. 106.

Et hic error præcipuè probatus esse dicitur, si aliter rem se habere constet, vel ex Actis, vel per Instrumenta, quia tunc notoriè dicitur constare 107.

de

de errore, Johan. Cephal. *consil. 562. num. 11.* Arismin. Tepatus *in Compend.*
108. *Decision. tit. 490. cap. 4.* ubi, illegitimè redditam esse Rationem, & improbè, colligi posse ex infideli descriptione, & admissione Rationum inadmissibilium, ex brevitate temporis, non visis omnibus Libris Rationum, vel si secutus fuit Minor assertionem Tutoris, si non sit servata forma Statuti, continentis clausulam annullativam.

109. Restringitur limitatio, quâ dicimus, errore probato, Rationes semel redditas denuò reddendas sive revidendas esse, 1. ut non sit vera, si error allegatus sit modicus & nullius ferè ponderis, Jason. *in l. unic. num. 2. Cod. de errore calculi.* Hector Felicius *de Societate cap. 38. num. 75.* Additionat. *ad Bartol. in l. 2. Cod. de Jure Fisci. lib. 10.* Francisc. Niger Cyriac. *Con-*
110. *troverf. Forenf. 544. num. 124.* vel, si tantùm in tempore fuerit erratum, Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 169.*

111. Restringitur 2. quando, Revisionem petens, Rationes semel approbavit, easque unà cum Inventariis, Quietantiis, & Instrumentis ad se re-
112. cepit, Matth. Wesenbec. *consil. 226. num. 43. vers. Sed nec error.* & ita, si Filius acceptavit restitutionem Bonorum à Matre Tutrice, nec appareat, quid, quantumque fuerit restitutum, nec Filius tempore rerum à Matre acceptarum fuerit protestatus de repetendis Bonis necdum traditis, præsumptio quoque est, omnia à Tutrice fuisse fideliter tradita, nisi ab Actore contrarium probetur, Francisc. Niger Cyriac. *Controverf. Forenf. 411.*
113. *num. 28.* ita quoque in terminis alicujus Socii, qui vendiderat, & tradiderat alteri Socio Libros Rationum cum Nominibus Debitorum in iis existentibus, & quod Socium Emptorem cogere non possit, ad edendum Libros, & iterum reddendam Rationem, respondit Riminald. Sen. *consil. 300. num. 68.* Felicius *de Societate cap. 38. num. 72.*

114. Ego tamen Wesenbecii doctrinam aliter non credo esse Juri consentaneam, quàm si Scripturæ, cum quibus Ratio reddita fuit, & super quibus positus fuit Calculus, à Domino, pro novo Calculo, & Rationum Revisione agente, subtractæ sint, quia tunc præsumeretur, quòd ad sui utilitatem Scripturas suppresserit, per *l. 20. Cod. de probation.* Jacob. Menoch. *consil. 988. num. 7.* Hector Felicius *de Societate cap. 38. num. 71.* Jacob.
115. Schultes. *in Notis ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 131.* ubi dicit, Administratorem, cui à Domino Rationes probè confectæ clam vel vi ablatæ sunt, atque ita effectum, ne Rationes reddere queat, à reddendis Rationibus immunem & liberum esse, sed solùm standum esse ipsius Juramento, quòd ipsi Rationes per Adversarium fuerint subtractæ, adde Tiber. Decian. *volum. 4. Respons. 7. num. 52. & seqq.* ubi testatur, hoc nullam habere difficultatem, *adde infrà num. 161.*

Illud

Illud verum est, si Administrator Rationes à se confectas Domino transmiserit, hic autem eas apud se retinuerit, non tamen hinc inferri potest, Dominum Rationum contenta approbasse, & tacendo acquievisse ejusmodi Scripturæ: Verùm integrum potius illi erit, nihilòminus ad Rationum redditionem Debitorem compellere, quamvis contra Scribentem Calculus iste plenè probet, *l. publia. 26. §. fin. ff. depositi.* Petr. Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 40.* Francisc. Vivius *Neapolitan. Decis. 153. num. 6.* & *Decis. 400. num. 33. & 36.* Barthol. Cæpolla *Cautel. 25. per tot.* 116.

Restringitur 3. si, examinatis & expunctis Rationibus, convenerunt Partes, quòd solùm intra Mensem, Anni spatium, vel aliud certum & definitum tempus Rationes reiterandæ & repetendæ essent, illo tempore elapso, Actor, etiamsi errorem docere paratus sit, non erit audiendus, Hector Felicius *de Societate cap. 38. num. 70.* ita in prima & secunda Instantia per Senatum Pedemontanum pronunciatum fuisse, latè probat Anton. Tessaur. *decis. 260. per tot.* sequitur Marta *in Digest. noviss. tom. 1. verb. Rationum redditio. cap. 2.* 117.

Pari ratione, si post Calculationem intervenit absolutio, & Pactum de non contraveniendo, tunc quoque prætextu solius erroris Rationes iterum reddendæ non sunt, Menoch. *consil. 22. num. 17.* & *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 37.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 123. 156. & 179.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 15.* Alexand. Trentacinq. *lib. 3. tit. de Solution. resolut. 7. num. 15.* adducens præterea Bartol. *in l. 2. num. 11. Cod. de Jure Fisci. lib. 10.* & Carol. Ruin. *volum. 5. consil. 16. in fin.* addo Mascard. *de Probation. conclus. 253. num. 22.* idque fortiùs procedere dicunt, quando Administrator, calculatis Rationibus, consecutus est liberationem Juramento confirmatam, Menoch. *dict. cas. 209. num. 38.* & Trentacinq. *citat. resolut. 7. num. 15.* vel, quando Administrator post redditas Rationes non sit Debitor Domini, sed Creditor, Montan. *de Tutel. dict. cap. 38. num. 180.* addens tamen, si Rationes redditæ essent dolosæ, erroneæ, plenæque iniquitatis & fraudis, etiam hoc casu Revisionem non esse denegandam. 118. 119. 120. 121.

Verùm ab hac opinione secessum fecit, & meritò Petr. Paul. Paris. *volum. 1. consil. 89. num. 39.* ubi concludit, quòd, quando Quietationi sive Liberationi ab ulteriori Rationum redditione accedit Pactum, de non contraveniendo Rationibus jam calculatis, talem Conventionem dici fallacem, & ratione fraudis præsumptæ Liberationem esse irritam, ideoque, illâ nil obstante, nil impedire, quo minus ob errores noviter repertos Rationum Examen repeti debeat, Joseph. Mascard. *de Probation. conclus. 253. num. 17. 18. & 19.* Felicius *de Societate cap. 38. num. 79. & seqq.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 65. & 66.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 11.* 122.

num. 30. Veriorem hanc dicit opinionem Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 761.* quæ probatur bono textu *in l. 29. §. error. 1. Cod. de transaction.* ubi
123. dicitur, errorem transigenti nihil nocere, quo minus ab ea recedere liceat, ita ex dicta Lege concludit Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst.*
124. *126. num. 67.* nihil enim ad rem facit, si Pars, cui ratio minùs rectè & dolosè reddita fuit, fateatur, fuisse sibi sufficienter Rationes redditas, quia talis confessio ei non nocet, Hartman. Pistor. *Observat. 158. per tot.* Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 68.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 50.*
125. *& seqq.* & eò magis confessio non erit admittenda, si Pactum de non contraveniendo adjiciatur in continenti, eodem enim errore quo facta fuit Calculatio, censetur etiam Pactum appositum, Riminald. Jun. *dict. consil. 338. num. 65.* Joh. Sichard. *in l. unic. Cod. de errore calculi. num. 3.* Mon-
126. tan. *de Tutel. cap. 38. num. 157. in fin.* vel si emanasset super impossibili, vel super inverisimili, ut si aliquo modo esset impossibile vel inverisimile, Rationem fuisse redditam, aut benè redditam, Riminald. Jun. *consil. 338. num. 39.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 54.* Jacob. Menoch. *consil. 731.*
127. Felicius *de Societate dict. cap. 38. num. 84.* Paciscentes enim, quibus de errore nihil dum constat, eâdem facilitate Pactum apponere præsumuntur, quo approbaturi Calculationem, Felicius *de Societate cap. 38. num. 80. vers. Et quia.*

128. Fœdere distinctionis has dissentientes opiniones ad concordiam reduci posse putat, Escobar. *de Ratiocin. cap. 41. num. 34. vers. Verùm prædicta. & num. 35.* ut quidem prior affirmativa procedat, quando Pactum de non contraveniendo in Rationibus initum sit ab homine callido, sagaci, & in negotiis versato, quique alios contractus maturo & propenso consilio inire consueverat, quasi tunc renunciatio erroris illi adeò noceret, ut ad retractandum errores Rationum agere non possit, maximè ubi error non esset magnus, aut multùm notabilis. Altera verò negans, quando ille, qui pactus est, fuit Minor, Mulier, Rusticus, vel alia similis Persona, quæ ex sua ignorantia & facilitate facilè potuisset circumveniri. Eandem distinctionem non improbat Farinac. *consil. 7. num. 3.* dum dicit, Personas sagaces & expertes non esse admittendas ad allegandum errorem, nec eas posse dicere, se fuisse deceptas, post Cephal. *consil. 192. num. 38. 41. 44. 46. & seqq.*

129. Ego, si casus occurreret, hanc Farinacii assertionem Juri contrariam esse dicerem. Quamvis enim contra Virum perspicacem & versutum militet præsumptio, eumque non facilè deceptum fuisse, credendum sit, si tamen hanc præsumptionem per apertam probationem erroris elidere possit, nescio sanè, cur non sit æquè ac alii audiendus?

Idque

Idque vel ideo, quòd præsumptio, quâ oneratur, apertâ probatione in contrarium enervetur, idque adstipulante Lege fieri posse, docet Menoch. *lib. 1. quæst. 31. num. 2.* ubi dicit, nullum dissentire ab hac doctrina, 130.
scilicet, quòd præsumptio contrariâ probatione diluatur.

Certè si, Ratione redditâ, & computatis omnibus, partes errori 131.
Calculi, condictionique indebiti, & omnibus istis, quæ apud Administratorem esse possunt, expresè renunciarent, Rationum Revisionem ulterius non esse concedendam, ego verius puto, Riminald. Jun. *consil. 484. num. 51. 53. & 54.* Felicius *dict. cap. 38. num. 80.* vel, si Dominus, post exa- 132.
minatas Rationes, rationali reliqua, quæ exigere posset, gratis remitteret, *l. 8. §. 1. ff. de administrat. ad Civitat. pertinent.* Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 165.* vide infrà *num. 158.*

Restringitur 4. si Rationum Examen Transactione fuerit sopitum, 133.
l. unic. Cod. de errore calculi. Paul. Christinæ *volum. 2. Decis. Cur. Belg. 98. num. 1.* Barthol. Socin. *volum. 4. consil. 92. num. 4.* Philip. Decius *consil. 350. num. 2.* Paul. Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 158.* Petr. Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 25.* ubi hanc restrictionem admittit, si Partes, non quidem super Calculo 134.
comperto & liquido, sed Rationum perplexitate transegerunt, David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 11. num. 36.* quæ restrictio extra dubium 135.
procedit, si differentia vel lis fuerit super errore Calculi, & talem errorem, de quo lis erat, Transactione expresè definierunt Partes, Carol. Ruin. *volum. 1. consil. 71. num. 4.* omnes Doctores ita tenere, testatur idem Ruin. *volum. 1. consil. 134. num. 12.* accedit Felicius *de Societate cap. 38. num. 78. vers. Primus casus.* Wesenbec. *consil. 3. num. 26.* & *consil. 143. num. 18. & multis seqq.* ubi ex communi latè probat, Transactionem super Calculo initam non rescindi, etiamsi Partes errorem commiserint, Trentacinq. *variar. Resolut. lib. 2. tit. de Confessis. resolut. 1. num. 38. vers. Primus est.* & *lib. 3. tit. de Solution. resolut. 7. num. 14.* & adhuc procedit, etiamsi in continenti post excussas 136.
& examinatas Rationes transegerint Partes, Trentacinq. *dict. tit. de Confessis. resolut. 1. num. 42.*

Cessat hæc restrictio 1. si error Calculi fuit expressus in Transactio- 137.
ne, ut si dictum fuit in Transactione, quod, quæ petebantur, tertia pars essent quinquaginta, & pro quinquaginta facta fuit Transactio, hoc quidem casu Transactio non vitiabitur, rescinditur tamen, quatenus fuit erratum, vide latè Trentacinq. *de Confessis. dict. resolut. 1. num. 38. vers. Secundus casus est.* & *de Solution. resolut. 7. num. 14. vers. Tertius casus est.* Felicius *de Societate dict. cap. 38. num. 34. vers. Tertius casus.*

Cessat 2. si Transactio est evidenter iniqua & nulla, vel est dolosè 138.
extorta, tunc enim irritatur, & non est sequenda, etiamsi sit jurata, Roland.

Roland. à Valle *volum. 1. consil. 39. num. 66.* Trentacinq *de Confessis. dict. resolut. 1. num. 40. & de Solution. resolut. 7. num. 14. vers. In casibus.* ut tamen quando ex capite intervenientis doli Transactionis rescissio petitur, infra bienni-
139. um agatur, necesse est; Licet enim doli exceptio perpetua sit, *l. purè. 5.*
140. *§. ult. ff. de doli exception.* agendo tamen, biennii spatio circumscribitur, *l. 4. Cod. de transaction.* in terminis Heigius *part. 1. quaest. 20. num. 34.*
141. Cessat 3. si intervenerit dolus, per allegata *suprà num. 15.* & tradit in terminis Trentacinq. *de Solution. resolut. 7. num. 15. in fine.*
142. Cessat 4. si lis super Rationibus examinatis non erat mota, nec moveri sperabatur, hoc quoque casu, errore deprehenso, Transactio irritatur, *l. 1. ff. de transaction.* Carol. Ruin. *dict. consil. 71. num. 4.* Joh. Cephal. *volum. 4. consil. 562. num. 18. & 19.* Trentacinq. *de Confessis. resolut. 1. num. 40.* Heigius *part. 1. quaest. 20. num. 27.*
143. Cessat 5. si fortè Dominus, cui Rationes redditae sunt, de remittendo errore, sibi tum adhuc incognito, ne quidem generaliter cogitavit, vel erroris necdum aperti mentio non fuerit facta, Matth. Wesenbec. *consil. 3. num. 26.*
144. Restringitur 5. si Sententiâ Definitivâ Rationum lites finem acceperint, *dict. l. unic. Cod. de errore calculi.* Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 159.*
145. ubi omnes ita sentire testatur. Vel Decreto Judiciali Calculus finalis fuerit confirmatus, Heigius *part. 1. quaest. 20. num. 20. & 21.* David Mevius *ad Jus*
146. *Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 11. num. 33.* non quidem Calculus ipse, cùm hoc ad obtinendam securitatem non sufficiat, sed de Calculo seu Rationibus redditis litem & controversiam moveri, eamque sententiâ sopiri, necessum est, Heigius *dict. quaest. 20. num. 27.* nisi in ipsa sententia & confirmatione error intervenerit, qui quidem, si expressè deprehendatur, reddit Sententiam ipso Jure nullam, *l. 1. §. 1. ff. quae Sententiae sine Appellatione rescin-*
147. *dantur.* Mevius *dict. artic. 11. num. 34.* sive error in Sententia fuerit expressus, id est, sive fuerit Facti sive Juris, qualis est Sententia contra Leges lata, Sichard. *in l. unic. Cod. de errore calculi. num. 6.* Hinc dicit Antonius Perez *in*
148. *Cod. lib. 10. tit. 1. num. 16.* Rationes Sententiâ Judicis confirmatas, retractari posse, si appareat, fraude & dolô aliquid in illis fuisse expunctum, promissum, quantumvis in priore Calculatione fuerint adhibitae Renunciationes, & poenae statutae adversus Contradictores.

De hac autem materia, an & quando Calculus Sententiâ confirmatus adhuc revocari possit? vide latissimè Trentacinq. *de Confessis. resolut. 1. num. 44. & seqq.* & Felicium *dict. cap. 38. num. 77.* Sichard. *in dict. l. unic.*
149. *Cod. de errore calculi. num. 7. & seqq.* Calculatoris à Judice deputati Relationi standum esse, communis quidem est conclusio, Marc. Anton. Natta *consil.*

consil. 39. num. 5. per *l. 2. ff. de usufruct. legator.* sed eousque donec contrarium probatur, prætextu enim erroris usque ad Sententiam retractanda est, Trentacinq. *de Solution. resolut. 7. num. 9.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 48.* Felicius *dict. cap. 38. num. 64.* 150.

Restringitur 6. si quis jurejurando aliquem, redditis Rationibus, liberaverit, perinde ille tutus erit, atque si per Sententiam, vel Transactionem Liber pronunciatus fuisset, Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 209. num. 28.* Sichard. *in l. unic. Cod. de errore calculi. num. 5.* Heigius *part. 1. quæst. 20. num. 28.* Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 11. num. 35.* Montan. *de Tutel. cap. 38. num. 160. & 161.* ubi, errantem non posse errorem deinde prætexere dicit, *& num. 124. cum seqq.* Hippolyt. Riminald. Jun. *consil. 338. num. 2. & seqq.* ubi vult, si Dominus post examinatas Rationes jurato promiserit, se nolle contravenire, sed potius stare factis, non posse retractari Calculum. Idque magis tunc dicendum est, quando pars agens juravit, omnia & singula Rationum capita esse, & fuisse vera, Riminald. Jun. *dict. consil. 338. num. 25. 26. & 27.* Si verò Liberatio jurata dolo extorta est, idque probari potest, Revisio admittitur, Heigius *dict. quæst. 20. num. 30.* dummodò dolus in ejusmodi Liberationibus in specie remissus non fuerit, qui per verba generalia remissus esse non censebitur, nisi hoc apertè verba innuant, *l. 12. & l. 20. §. 1. ff. de liberation. legat.* Mascard. *de Probation. conclus. 1253. num. 8. & seqq.* Heigius *dict. quæst. 20. num. 33.* Gabriel. *lib. 2. consil. 62. num. 1. & seqq.* vel error non intercesserit: Juramento enim nihil removente, errorem allegari posse, docent Barthol. Socinus *volum. 2. consil. 19. num. 11. & seqq.* Felicius *de Societate cap. 38. num. 80.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 79.* Paris. *volum. 1. consil. 89. num. 39.* Matth. Wesenbec. *consil. 47. num. 44.* ubi dicit, si quis Rationes Tutorum approbaverit, & Quietationem fecerit, si tamen postea, re melius exploratâ, errorem aliquem, aut se deceptum esse, deprehenderit, semper ipsum posse petere, Rationes revideri atque examinari, & contra opponere, & excipere, etiamsi Quietatio atque Liberatio fuisset jurata, Gratian. *Disceptat. Forens. 563. num. 31. & 46.* Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 162. num. 10.* Tessaur. *decis. 74.* ubi Liberationem vel Quietationem generalem non extendi dicit, ad ea, quæ captionem vel læsionem respiciunt, ideoque datam à Pupillo, etiam cum Decreto Judicis & cum Juramento non tollere Rationis Revisionem, atque ita per Supremam Curiam fuisse judicatum, dissent. Montan. *dict. cap. 38. num. 161.* 151. 152. 153. 154. 155. 156.

Restringitur 7. si confessio, de ratione probè & benè reddita, esset geminata. Quo casu errorem allegari non posse, docet Montan. *dict. cap. 38. num. 162. & duob. seqq.* Prosper. Farinac. *consil. 7. num. 6.* Cephal. *consil. 192. num.* 157.

num. 18. & seqq. Verùm ego hanc restrictionem, ubi de errore vel dolo constat falsissimam esse judico, eamque rejicit ex professo ipse Farinac. *consil. 96. num. 30.* volens, ex geminata, & iterata Calculatione, eamque secutâ Quietatione, non excludi doli allegationem, adde in terminis
158. Paris. *volum. 2. consil. 89. num. 7.* & dicta *suprà num. 69.* Illud verum est, si Calculatio & Computatio facta fuisset per gratiam à parte: utpote Tutor meus remanserat mihi verè obligatus, ego Major factus, computando cum eo, gratiam ipsi facio multorùm Capitum, quæ cancellare poteram, Computatio tamen concluditur: postea ejus me pœnitet, & volo illam Calculationem gratiosam retractare, respondetur, me non posse, *l. calculi. 8. vers. Sed si gratiose. 1. ff. de administrat. rer. ad Civitat. pertinent.* Montan. *dict. cap. 38. num. 165. & seq.* ubi limitat, illud non procedere in Cura-
159. tore, Reipublicæ Procuratore, Tutore, vel alio Administratore, cùm non possint gratiosas Computationes facere, adde *suprà num. 132.*

160. Restringitur 8. si Rationum repetitionem & Revisionem petens non simpliciter fassus sit sibi redditas esse Rationes probè & ad beneplacitum, sed insuper etiam dixerit, sibi omnia in Inventario contenta fuisse reddita, & insuper integrè fuisse sibi satisfactum, tunc urgendum eum non esse, ad iterum calculandum, deducit latissimè Johan. Cephal. *con-*
161. *sil. 192. per tot.* eumque sequitur Prosper. Farinac. *consil. 7. num. 7.* Verùm ego & hoc casu credo Revisionem non esse denegandam, quando ab Actore rationalis dolus probari, vel errorem in Rationibus commissum esse, & quòd Administratori sine causa aliquid adsit, monstrari possit.
162. Nec illud negare audet Cephal. *dict. consil. 192. num. 40.* dum ibi affirmat, Liberationem à Domino datam, in qua profitetur ille, Rationem sibi fuisse sufficienter redditam, & reliqua omnia restituta, non valere, si fuerit fundata super falsa causa. Idque in individuo jamdudum docuit Barthol. Socin. *volum. 2. consil. 159. num. 22.* adde dicta *suprà num. 114.*

163. Idem concludendum est, si palam sit, in redditione Rationum, & Administratione rerum, dolum intervenisse, Cephal. *dict. consil. 192. num. 42.*
164. vel si absolutio à redditione Rationis, Pactumque de non contraveniendo, aut Transactio intervenit, non quia Administrator Rationes reddiderat, cæteraque, quæ ad Rationis redditionem pertinent, præstiterat, sed fortè, quia Tutor vel Administrator id falsò asseruit: tum enim iterum postulari potest, ut Ratio reddatur, Liberatione, imò etiam Decretô Judicis, vel Juramentô, si aliquod intervenerit, non obstante, Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 68.*

165. Limita 2. Conclusionem, quâ statuimus, Rationem semel redditam, iterum non esse reddendam, ut non sit vera, quando Ratio fuit

reddi-

reddita imperfectè, & non eo modo, quo reddi debuit, paria enim sunt, non reddere Rationem, & reddere, sed non plenè & sufficienter, argum. *l. quoties. 6. ff. qui satisdar. cogant.* August. Beroi. *lib. 2. consil. 113. num. 33.* Riminald. Jun. *consil. 338. num. 40.* Felicius *dict. cap. 38. num. 81.*

Ex quo fundamento sequentem casum, in lite adhuc hærentem, decidendum esse puto: Duo Socii ita inter se convenerunt, ut alter Pecuniam ex re communi provenientem solus susciperet, & deinde de singulis alteri redderet Rationem, quod & aliquibus Annis ita fuit observatum. Socius administrans binis vicibus, & distinctis Annis Consocio Rationes, in iisque accepta & expensa monstravit, easque ceu probas & veras, omissâ tamen Calculatione, & absque Examine prævio, à Consocio sibi per subscriptionem approbari curavit. Anno dein sequenti tertio, cùm hic alterius Socii fraudem, & se in Rationibus prioribus deceptum fuisse, animadverteret, Rationes priores nimiâ facilitate à se confirmatas, repeti & revideri petit. Quæritur quid Juris? pro Actore pronunciandum esse, dixi, ex doctrina in terminis Johan. Francisc. Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 9.* qui allegat Baecam *de Decim. Tutor. cap. 2. num. 152. & 177.* Johan. Gutierez. *de Jurament. Confirmator. part. 1. cap. 40. num. 10. & 19.* utrobique volunt, requiri Calculationem Rationum, 166.
alioquin Liberationem factam absque Calculatione non valere, addo Paul. Christinæ. *volum. 3. Decis. Cur. Belg. 162. num. 10.* qui subjungit, Liberationem cum Juramento, fraude tamen non extortam, valere, confer etiam Hippolyt. Riminald. Jun. *consil. 338. num. 40.* ubi expressè quoque dicit, si non omnes Rationum, & non omnium Annorum Libri fuerint perfectè & integrè visi, & lecti, Rationem non dici plenè, legitimè, & sufficienter redditam, adeoque iterum reddendam esse, Marta *in Digest. noviss. tom. 1. verb. Rationum redditio. cap. 10. per tot.* Valeron. *de Transaction. tit. 3. quæst. 4. num. 40.* David Mevius *ad Jus Lubec. lib. 1. tit. 7. artic. 11. num. 24.* ubi, dolo Rationes esse redditas, dicit, si Liberatio facta sit, non viso vel confecto Inventario accedit, Escobar. *de Ratiocin. cap. 14. num. 16.* ubi quoque affirmat, nullam Liberationem admitti, si data sit, antequam Rationum Libri inspiciantur, Jacob. Schultes. *ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 66.* Florez. Diez. de Mena *variar. Quæstion. lib. 1. quæst. 15. num. 12.* ubi notabiliter dicit, si constet quidem de redditione Rationum, non tamen ex Probationibus vel Scriptura appareat, quòd Administrator reddiderit eam integrè & perfectè per Inventarium, & Librum Rationis, non obstante quacunque Quietatione, denuò eam in forma solemni reddendam esse, Benedict. Carpzov. *in Jurisprud. Forens. part. 2. constitut. 11. definit. 8. num. 1.*

Marginal numbers: 167. 168. 169. 170. 171. 172.

Quin-

173. Quinimò si sumus in dubio, & non constat de Rationibus redditis, vel in forma solemni vel minus solemni, sed solùm profertur Liberatio generalis, Administratori facta, concedenda est Revisio, nisi rationalis verè probaverit, se integrè Rationem reddidisse, juxta Florez. Diez. de
174. Mena *lib. 1. quæst. 15. num. 13.* nisi fortè Liberatio esset antiqua, puta ante viginti & plures Annos data, tunc enim omnia præsumerentur solemniter acta, ideoque Minori vel Domino incumberet onus probandi, Rationes
175. minus legaliter redditas esse, de Mena *dict. quæst. 15. num. 14.* Si probat Administrator, se integrè & sine fraude de omnibus Bonis Domini Rationem reddidisse, isto casu, etiamsi Inventarium non fuisset productum, multò minus inspectum, Revisio Rationis cessabit, Florez. Diez. de Mena *variar. Quæstion. lib. 1, quæst. 15. num. 9.*

176. Limita 3. si Ratio dolosè & fraudulenter reddita fuit, iterum erit reddenda, monstrato tamen prius dolo & fraude, *per allegat. suprà num. 15.* addo Bursat. *consil. 104. num. 17.* Felic. *dict. cap. 38. num. 82.*

177. Limita 4. quando de alterius læsione agitur, tum Rationes etiam ante redditæ denuò sunt computandæ à capite & integraliter, Augustin. Beroius *volum. 1. consil. 191. num. 14.* & *volum. 2. consil. 112. num. 33.* Ernest. Cothman. *volum 5. respons. 30. num. 106.*

178. Limita 5. Liberatio facta in favorem Administratoris, per quam ei omne Jus, & quæcunque res, quæ ratione Administrationis ab eo exigi possunt, remissa fuerunt, non extenditur ad alias Administrationes, de quibus in Examine priorum actum non fuit, Escobar. *de Ratiocin. cap. 40. num. 20. & seqq.*

179. Rationes porrò examinari & revideri debent Expensis eorum, quorum interest illas expungi, atque adeò sumptibus Domini, vel si sit Tutor, sumptibus Pupilli aut Minoris, *l. 1. ff. de contrar. & util. action. tutel.* Mu-
180. noz. de Escobar. *de Ratiocin. cap. 42. num. 6.* sed si Judex, aut Superior Magistratus, fortè ex officio, Rationum Examen repetere, & semel examinatas denuò revidere intendit, debet id fieri sumptibus ipsius Magistratus, Revisionem urgentis, & non communitates, ubi examinantur Jacob. Menoch. *de Arbitrar. Judic. Quæst. cas. 228. num. 18.* Escobar. *dict. cap. 42. num. 6.*
181. *vers. Si tamen Comes.* Cujus rei ratio est, quia, quando aliquis aliquid fieri desiderat, propriis Expensis id facere debet, *l. quoniam liberi. 11. Cod. de Testibus.*
182. Cravetta *consil. 238. num. 15. vers. Quarto respondeo.* ex quo fit, ut si ad Civitatis, vel alterius instantiam Rationum Revisor petitus fuerit, debeat id fieri Expensis petentis, Surd. *de Aliment. lib. 4. quæst. 47. num. 10.* Escobar. *dict. cap. 42. num. 6.*

Certè

Certè, si Examine vel Revisione finitâ, appareret, Administratorem vel dolosè, vel malâ fide in Administratione versatum fuisse, id est, aliquid eum subtraxisse, vel occultasse, isto casu dolosis Villicis, & malis Administrationibus sumptus imputandi essent, Cravetta *dict. consil. 238. num. 15.* Escobar. *citat. cap. 42. num. 6. in fine.* 183.

An Administrator, vel ejus Hæres redditionem Rationis temporis lapsu evitare, adeoque Præscriptione se defendere, & tueri possit; loco conclusionis hic quæritur: Et neutrum ullo unquam tempore posse, tum quod ille in mala fide versetur, hic autem sit Successor vitiorum defuncti, de facto pronunciavit Rota Genuens. *decis. 20. num. 12. 13.* & *decis. 203. num. 4. 5.* Cæterum, ubi mala fides abest, quæ aliàs longissimam etiam Præscriptionem, juxta veriorem, & in Praxi ubique locorum receptam opinionem excludit, prout infinitis, & per aliquot columnas in hanc rem adductis authoritatibus probat Ernest. Cothman. *volum. 2. respons. 63. num. 32. & seqq.* Mynsing. *centur. 4. observat. 6.* 30. Annorum curriculum metam Actioni de Rationibus reddendis ponere, id est efficere, ne Administrator deinceps molestari queat, plerique tradunt, Escobar. *dict. tractat. cap. 5. num. 25. 26. & 27.* Balthasar. *ad Jus Bavar. part. 1. tit. 5. resolut. 8. num. 10.* Anton. Faber *in Cod. lib. 7. tit. 13. definit. 10. num. 1. in allegat.* Roland. à Valle *volum. 1. consil. 49. num. 15.* Gutierez. *de Tutel. part. 3. cap. 1. num. 27.* Mascard. *de Probation. conclus. 1256. num. 10. 11. & 12.* Ludov. Bellus *consil. 124. num. 32.* Michaël. Angel. Gizzius *in Notis ad Hector. Capyc. Latro decis. 113. num. 3.* Arismin. Tepatus *in Compend. Decision. tit. 489. cap. 2.* Nicol. Boër. *decis. 59. num. 1.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 760. num. 5. & 6.* 184. 185. 186.

Limitant hanc conclusionem multi in Hæredibus, Sociis, aliisque rem communem possidentibus, statuentes, si unus vel alter rei communis fortè habuisset Administrationem, subsecutâ deinde divisione, & elapsis ab hac Annis decem, vel viginti, præscriptum esse Actioni de Rationibus reddendis, ita nominatim Paul. à Castro *part. 2. consil. 126. num. 2.* cumque postea alii secuti, inter quos est Johan. Cephal. *consil. 240. num. 8.* qui & Corneum *lib. 4. consil. 277. col. 2. vers. Ideo non esset.* allegat. 187.

Alii autem huic opinioni verius contradicunt, ad excludendam Actionem hanc 30. Annorum lapsum etiam hoc casu requirentes, August. Beroius *lib. 1. consil. 191. num. 39.* Mascard. *cum ibi citat. dict. conclus. 1256. num. 10. & 12.* Stephan. Gratian. *Decis. Marchic. 46. num. 8. 9. & 11.* Jacob. Schultes. *in Notis ad Modestin. Pistor. quæst. 126. num. 136.* 188.

Coronidis loco hic adhuc quæri potest: An rationes examinatæ paratam habeant Executionem? si finaliter sint conclusæ, affirmandum hoc est ex doctrina Rebuffii *de Literar. Obligation. artic. 6. gloss. 3. num. 37. vers.* 189.

Octavus casus. Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 183. num. 1.* Matth. Coler.
190. *de Processibus Executivis part. 2. cap. 2. num. 34.* ubi dicit, si partes hinc inde sint concordes, Rationibus videlicet utrinque discussis, & expunctis, annotatumque sit reliquum vel residuum, quod debetur ei, ad quem res administrata pertinebat, posse pro tali resto consequendo viam Exe-
191. cutionum intentari absque alio Processu Judiciario. Sed ista intelligenda sunt in computo judicialiter recognito, quando videlicet Debitor fatetur, computationem factam, & scripturam residui, Nicol. Boër. *decis. 295. num. 16.* Coler. *dict. cap. 2. num. 25.* Gratian. *dict. Disceptat. 183. num. 3.* ubi
192. recognitionem in Judicio, & probationem per Testes requirit ad hoc, ut locus esse possit paratæ Executioni, Munnoz. de Escobar. *de Ratiocin.*
193. *cap. 31. num. 1.* computa enim necdum recognita pertinent solùm ad probationem, regulariter Executionem paratam non habentem, Gratian. *Disceptat. 183. num. 4.* Johan. Parlador. *Rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. primâ parte.*
194. *§. 6. num. 1.* ubi dicit, Rationes à Partibus ipsis adscitis etiam Calculatoribus, inter privatos parietes, omisso Judice, excussas, Executionem
195. necdum mereri. In tantum, ut etiam, pro obtinenda Executione, approbatio & subscriptio extra Judicium, coram tamen Tabellione sive Notario facta, non sufficiat, *l. 41. ff. de minor.* Alexand. *volum. 7. consil. 92. in princ.* Gratian. *dict. Disceptat. 183. num. 5.* Escobar. *citat. cap. 31. num. 1. & seqq.* Parlador. *dict. tractat. §. 6. num. 1.* ita judicatum fuit Arresto Parisiensi apud Johan. Papon. *lib. 15. tit. 8. arrest. 2.*

196. Executio igitur ut fiat, necessarium omninò est, vel Partes in Judicio Rationum Examen & Conclusionem à se factam agnovisse, Parlador. *dict. §. 6. num. 1.* Escobar. *citat. cap. 31. num. 5.* Gratian. *Disceptat. 183. num.*
197. *10. 11. 12. & 21. cum seqq.* hâc omissâ, si Rationes extra Judicium examinatas & conclusas Actor Judici obtulerit, earumque vel Confirmationem, vel Executionem petierit, alteri Parti, quæ se gravatam esse putat, Revisio, novique Calculatores, si id petat, non sunt denegandi, sed imò concedendi, Escobar. *dict. cap. 31. num. 6.* Gratian. *citat. Disceptat. 183. num. 28. & seqq.*

198. Certè si Tabularii sive Examinatores Rationum, Judice auctore, à Partibus ipsis fuissent nominati & electi, & Calculus ab istis positus deinde à Judice approbetur, quin Rationes ita examinatæ Executionem mereantur, dubium non est, Parlador. *dict. §. 6. num. 1. vers. Aut verò. &*
199. *num. 2.* addens tamen, necessarium esse, ut Calculatores isti sint jurati.
200. Idem quoque verum esse statuit in Calculis, factis à Deputatis à Judice, & in contumaciam partis ad examinandas Rationes constitutis,
201. Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. 183. num. 13. & seqq.* ubi latè deducit, com-

computa, etiam manu alterius, & non Debitoris scripta, exequenda esse, si Testibus probatum fuerit, Calculum fuisse factum cum consensu illius, qui reperitur obligatus.

Præterea, si post calculatas Rationes Revisionem petat Administrator, & in aliquibus quidem se Debitorem in Judicio fateatur, in aliis verò se gravatum esse contendat, liquida exequenda, & reliqua ad quæstionem revocanda sunt, siquidem liquidi Executio propter illiquidum impediri non debet, Gratian. *dict. Disceptat. 183. num. 30. & duobus seqq.* Escobar. *de Ratiocin. cap. 31. num. 7.* Ad evitandam autem hoc casu Executionem cautela est, ut Administrator offerat liquidum, cum Protestatione, se reliquum quoque soluturum, factâ novâ liquidatione, Gratian. *Disceptat. 183. num. 49.* Huc faciunt bina Curiæ Parisiensis Arresta apud Johan. Papon. *lib. 15. tit. 8. arrest. 3.* ubi ait, si Rationes putentur, atque vigore subductionis earum, salvo Calculi errore, Debitor conventus, se opponat, & errorem Calculi alleget, de quo properè constare possit, vel de nonnullis Articulis illarum Rationum, tunc prædictum Debitorem, propter hos Articulos repræsentare per provisionem non teneri, ubi error manifestus est. Verùm ob alios Articulos, ubi error majorem cognitionem requirit repræsentare debere, atque ita fuisse pronunciatum. 202. 203. 204.

INDEX
RERUM ET VERBORUM,

In quo

Major Numerus, Locum: Minor, Marginalem Numerum, designat.

A.

Admi-

Et

Admi-

Admi-

Admi-

Quæ

Æs

Apochæ

B.

C.

Calcula-

Culpa

Cul-

D.

Damnum.

Damni

Secus

Domi-

Expen-

F.

Factum

Hæro-

Hospita-

Inven-

Contra-

Tenea-

Inven-

Non

L.

Libri

Liber

M. *Magi-*

M.

Minister

N.

Princi-

Q.

Qualitas.

Quæstor.

Quæstores.

Quantitas.

Quietantia.

Ratio-

Et

S.

Salarium.

Sala-

Solvere,

Thesau-

Tuto-

V.

Valor.

FINIS.